Digitized by Google

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY ORGANIZED 1891
Digitized by Google

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY · ORGANIZED 1891
Digitized by Google

Digitized by Google

Kohl, J. P.

JOHANNIS PETRI KOHLII
IN ACADEM. SCIENTIAR. PETROPOLITANA HISTOR. ECCLES. ET HUMAN. LITERAR. PROFESSORIS

INTRODUCTIO IN HISTORIAM ET REM LITERARIAM SLAVORUM,

IMPRIMIS SACRAM,
SIVE
HISTORIA CRITICA VERSIONUM SLAVONICARUM MAXIME INSIGNIUM,
NIMIRUM
CODICIS SACRI
ET
EPHREMI SYRI,
DUOBUS LIBRIS ABSOLUTA.

ACCEDUNT
DUO SERMONES EPHREMI SYRI, NONDUM EDITI, DE SACRA COENA, FIDEI LUTHERANÆ TESTES AC VINDICES.

ALTONAVIÆ,
IMPENSIS *JONÆ KORTEN,* BIBLIOPOLÆ ALTONAVIENSIS,
CIↃ IↃ CCXXIX.

Digitized by Google

BS292
K6

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER I. HISTORIA CODICIS SACRI SLAVONICAM IN LINGUAM CONVERSI.

Cap. I. De codice Slavonico ipſo, rebusque in eo contentis.

Cap. II. De Primo Slavonicæ bibliorum Verſionis auctore.

Cap. III. De Verſione Slavonica ipſa variisque rebus ad codicem S. Slavonicum ſpectantibus.

Accedit ad librum I. appendix de codice bibliorum Slavonico Oſtrovienſi.

LIBER II. Hiſtoria Verſionum Ephremi Syri, imprimis Verſionis Slavonicæ.

Cap. I. De variis Ephremi operum verſionibus.

Cap. II. De verſione Ephremi Syri Slavonica.

Cap. III. 1. exhibet diſſertatiunculam de falſitate Teſtamenti Ephremiani.

2. Continet duos ſermones Ephremi Syri adhuc ineditos, inque codice Slavonico repertos, de ſacra coena Slavonicis latinisque verbis expreſſos, notisque quibusdam ab auctore illuſtratos. ex quibus ſimul demonſtratur Ephremianum ſeculum a ſententia vel errore potius transſubſtantiationis plane fuiſſe alienum.

Præfatio

Digitized by Google

Præfatio ad Lectorem.

Librum hic tibi offero, *Amice Lector*, non omnia licet, præcipua tamen literaturæ Slavonicæ, a nemine hucusque de induſtria pertractatæ, (a) capita enarrantem. Non incongrue propterea introductionem in rem hiſtoriamque Slavorum inſcribi poſſe judicavimus (b). Ad eum me ſcribendum quid induxerit: alio loco indicatum eſt. Jam, quid in hoc præcipue libro a nobis præſtitum, quidque in poſterum, ſi tibi non ingrata plane hæc noſtra fore cognoverimus, vel ſimile huic argumeneo, vel diverſum edere nobis conſtitutum ſit: paucis, Lector, accipe. Quod igitur ad præſens inſtitutum ſpectat: id potiſſimum in hac hiſtoriæ noſtræ parte, quam, Deo

(a) De libris & re literaria Ruthenorum peculiare ſcriptum meditabatur *Nicolaus Bergius*, ſummus in Livonia ſacrorum antiſtes. Verum hunc nobis librum præmatura Viri fata inviderunt.

(b) Eo etiam conſilio generaliori hoc titulo uſi ſumus, ut alia etiam Slavonicæ literaturæ partes, in poſterum fortaſſe prodeuntes eodem titulo inſcriptæ, commode adjungi poſſent.

volente, plures poſthac ſequentur, nobis datum eſſe putavimus, ut accuratam quandam, certisſimisque ex monumentis erutam Slavonicorum bibliorum hiſtoriam qua decet fide, traderemus. In hanc quippe Slavonicæ literaturæ partem, quæ vel in ipſa hiſtoria Eccleſiaſtica caput conſtituit non poſtremum, paululum inquirens: tam incertam illam, tot plenam erroribus, tanta denique caligine obductam atque offuſcatam inveni, ut præ ceteris omnibus exquiſitam inveſtigantis induſtriam expoſcere ac flagitare videretur. Initium disquirendi fecimus a binis iſtis Slavonicorum bibliorum editionibus, Oſtrovienſi una, altera Moſcuenſi: quarum hanc quidem eo diligentius accuratiusque exponendam duxi, quod reliquos omnes, quotquot hanc materiam tetigere, ſcriptores, vel nullam omnino, vel leviter admodum mentionem illius feciſſe intelligerem. Majorem his lucem allaturi, binas NICOLAI HEINSII epiſtolas nondum editas, Holmiæ unam, alteram Hagæ exaratam, varia notatu digna complectentes, hiſtoriamq; Ruſſicam quodammodo illuſtrantes attexuimus. In auctorem deinde Slavonicæ verſionis ipſum inquirendi induſtria converſa: duas potisſimum res faciendas putavi. primum ut communi illo ac pervulgato hominum errore, quo HIERONYMUS verſionis hujusce auctor vulgo eſſe creditur, ſublato; METHODIUM ac CYRIL-

LUM

Digitized by Google

LUM veros auctores eſſe oſtenderem. deinde ut fontem erroris ipſum aperirem. HIERONYMUM auctorem falſo dici, variis rationibus, ex hiſtoria ipſa petitis, demonſtravimus. Fabulam hinc eſſe natam a Pontificiisque excogitatam oſtendimus, ut extortam illam a METHODIO ac CYRILLO de bibliis Slavonica domeſtica lingua legendis, Pontificis diſpenſationem eo melius excuſarent. Ulterius hinc progreſſi: alia etiam Slavonicæ dialecti biblia adduximus & examinavimus. Atque hic novus ſeſe error refutandus nobis obtulit. eorum ſcilicet, qui præter biblia in Slavonicam linguam converſa, Ruthenice etiam conſignata alia extare opinantur. qui tam longe patens error eſt, ut a nemine, Slavonicorum bibliorum mentionem aliquam inferente, commiſſum non eſſe videam. Hac denique verſionis hiſtoria abſoluta: ad alteram reliquis inſigniorem Slavonicam verſionem, nimirum EPHREMI SYRI partim hiſtorice, partim Critice exponendam nos contulimus, de variis Ephremi Syri verſionibus nonnulla præmittentes. (c) Verum hæc aliaque pluribus commemorare jam non vacat. quæ benevolus ipſe lector, hæc noſtra pervolvendo, optime cognoſcet. Addam tamen ver-

(c) *De bibliotheca quadam Slavonica ſcribenda* diſſertationem addere nos quidem promiſimus. ſed ob temporis anguſtiam nobis præſtare id jam non licuit: impoſterum daturis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Kohl, J. P.

JOHANNIS PETRI KOHLII
IN ACADEM. SCIENTIAR. PETROPOLITANA HISTOR. ECCLES. ET HUMAN. LITERAR. PROFESSORIS

INTRODUCTIO IN HISTORIAM ET REM LITERARIAM SLAVORUM, IMPRIMIS SACRAM,

SIVE

HISTORIA CRITICA VERSIONUM SLAVONICARUM MAXIME INSIGNIUM, NIMIRUM CODICIS SACRI ET EPHREMI SYRI,

DUOBUS LIBRIS ABSOLUTA.

ACCEDUNT
DUO SERMONES EPHREMI SYRI, NONDUM EDITI, DE SACRA COENA, FIDEI LUTHERANÆ TESTES AC VINDICES.

ALTONAVIÆ,
IMPENSIS *JONÆ KORTEN*, BIBLIOPOLÆ ALTONAVIENSIS,
CIↃ IↃ CCXXIX.

Digitized by Google

BS292
K6

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTUS TOTIUS OPUSCULI.

LIBER I. HISTORIA CODICIS SACRI SLAVONICAM IN LINGUAM CONVERSI.

Cap. I. De codice Slavonico ipſo, rebusque in eo contentis.

Cap. II. De Primo Slavonicæ bibliorum Verſionis auctore.

Cap. III. De Verſione Slavonica ipſa variisque rebus ad codicem S. Slavonicum ſpectantibus.

Accedit ad librum I. appendix de codice bibliorum Slavonico Oſtrovienſi.

LIBER II. Hiſtoria Verſionum Ephremi Syri, imprimis Verſionis Slavonicæ.

Cap. I. De variis Ephremi operum verſionibus.

Cap. II. De verſione Ephremi Syri Slavonica.

Cap. III. 1. exhibet diſſertatiunculam de falſitate Teſtamenti Ephremiani.

2. Continet duos ſermones Ephremi Syri adhuc ineditos, inque codice Slavonico repertos, de ſacra coena Slavonicis latinisque verbis expreſſos, notisque quibusdam ab auctore illuſtratos. ex quibus ſimul demonſtratur Ephremianum ſeculum a ſententia vel errore potius transſubſtantiationis plane fuiſſe alienum.

Præfatio

Digitized by Google

Præfatio ad Lectorem.

Librum hic tibi offero, Amice Lector, non omnia licet, præcipua tamen literaturæ Slavonicæ, a nemine hucusque de induſtria pertractatæ, (a) *capita enarrantem. Non incongrue propterea introductionem in rem hiſtoriamque Slavorum inſcribi poſſe judicavimus* (b)*. Ad eum me ſcribendum quid induxerit: alio loco indicatum eſt. Jam, quid in hoc præcipue libro a nobis præſtitum, quidque in poſterum, ſi tibi non ingrata plane hæc noſtra fore cognoverimus, vel ſimile huic argumeneo, vel diverſum edere nobis conſtitutum ſit: paucis, Lector, accipe. Quod igitur ad præſens inſtitutum ſpectat: id potiſſimum in hac hiſtoriæ noſtræ parte, quam, Deo*

(a) De libris & re literaria Ruthenorum peculiare ſcriptum meditabatur *Nicolaus Bergius*, ſummus in Livonia ſacrorum antiſtes. Verum hunc nobis librum præmatura Viri fata inviderunt.

(b) Eo etiam conſilio generaliori hoc titulo uſi ſumus, ut alia etiam Slavonicæ literaturæ partes, in poſterum fortaſſe prodeuntes eodem titulo inſcriptæ, commode adjungi poſſent.

volente, plures poſthac ſequentur, nobis datum eſſe putavimus, ut accuratam quandam, certiſſimisque ex monumentis erutam Slavonicorum bibliorum hiſtoriam qua decet fide, traderemus. In hanc quippe Slavonicæ literaturæ partem, quæ vel in ipſa hiſtoria Eccleſiaſtica caput conſtituit non poſtremum, paululum inquirens: tam incertam illam, tot plenam erroribus, tanta denique caligine obductam atque offuſcatam inveni, ut præ cæteris omnibus exquiſitam inveſtigantis induſtriam expoſcere ac flagitare videretur. Initium disquirendi fecimus a binis iſtis Slavonicorum bibliorum editionibus, Oſtrovienſi una, altera Moſcuenſi: quarum hanc quidem eo diligentius accuratiusque exponendam duxi, quod reliquos omnes, quotquot hanc materiam tetigere, ſcriptores, vel nullam omnino, vel leviter admodum mentionem illius feciſſe intelligerem. Majorem his lucem allaturi, binas NICOLAI HEINSII epiſtolas nondum editas, Holmiæ unam, alteram Hagæ exaratam, varia notatu digna complectentes, hiſtoriamq. Ruſſicam quodammodo illuſtrantes attexuimus. In auctorem deinde Slavonicæ verſionis ipſum inquirendi induſtria converſa: duas potiſſimum res faciendas putavi. primum ut communi illo ac pervulgato hominum errore, quo HIERONYMUS verſionis hujusce auctor vulgo eſſe creditur, ſublato; METHODIUM ac CYRIL-

LUM

LUM veros auctores eſſe oſtenderem. deinde ut fontem erroris ipſum aperirem. HIERONYMUM auctorem falſo dici, variis rationibus, ex hiſtoria ipſa petitis, demonſtravimus. Fabulam hinc eſſe natam a Pontificiisque excogitatam oſtendimus, ut extortam illam a METHODIO ac CYRILLO de bibliis Slavonica domeſtica lingua legendis, Pontificis diſpenſationem eo melius excuſarent. Ulterius hinc progreſſi: alia etiam Slavonicæ dialecti biblia adduximus & examinavimus. Atque hic novus ſeſe error refutandus nobis obtulit. eorum ſcilicet, qui præter biblia in Slavonicam linguam converſa, Ruthenice etiam conſignata alia extare opinantur. qui tam longe patens error eſt, ut a nemine, Slavonicorum bibliorum mentionem aliquam inferente, commiſſum non eſſe videam. Hac denique verſionis hiſtoria abſoluta: ad alteram reliquis inſigniorem Slavonicam verſionem, nimirum EPHREMI SYRI partim hiſtorice, partim Critice exponendam nos contulimus, de variis Ephremi Syri verſionibus nonnulla præmittentes. (c) Verum hæc aliaque pluribus commemorare jam non vacat. quæ benevolus ipſe lector, hæc noſtra pervolvendo, optime cognoſcet. Addam tamen verbum

(c) *De bibliotheca quadam Slavonica ſcribenda* diſſertationem addere nos quidem promiſimus. ſed ob temporis anguſtiam nobis præſtare id jam non licuit: impoſterum daturis.

bum unum de binis, adhuc ineditis Ephremi Syri, in calce libri poſitis ſermonibus. Hos ipſos Lutheranæ, de ſanctisſimo Euchariſtiæ ſacramento doctrinæ vindices ac teſtes appellavimus. Neque id immerito. Tam aperte enim Ephremianum ex iis allatum teſtimonium pro Lutherana cauſa ejusque veritate pugnat, ut laterem omnino lavent adverſarii, in his EDMUNDUS ALBERTINUS, *Theologus inter Reformatos celeberrimus* (d), & GERARDUS VOSSIUS *Doctor Pontificius*, (e) *ſi & ſuam de ſacra cœna ſententiam ex* EPHREMI *ſcriptis, præcipue ex ſermone ejus* de natura Dei curioſe non ſcrutanda *adſtruere & confirmare velint, nihilque omnino reſtare videatur, quam ut recta via, relictis omnibus, in Lutherana caſtra contendant.*

Hæc de præſenti libello noſtro impreſſo. Nunc de iis, quæ in poſterum, Deo volente, in lucem fortaſſe publicam exibunt, quæque partim prelo jam parata, partim inchoata & imperfecta ſunt, ſcriptis pauca ſubjungemus. Sunt autem illa ſequentia.

I. Verſio latina manuſcripti cujusdam Slavonici, quod in celeberrima Hamburgenſium bibliotheca Johannea aſſervatur, rarisſimi, hoc

(d) In libro de Euchariſtia Daventriæ 1654. in folio edito p. 449. eo quo Ephremi teſtimonia examinat, capite.
(e) In notis ad ſupra citatum ſermonem p. 684.

hoc titulo inſigniti. Concilium ultimum Moſcoviticum, concernens remotionem Patriarchæ Niconis, qui varias fovebat opiniones orthodoxiæ contrarias, quod bibliothecæ Hamburgenſi conſecravit Johannes Reuter M. Doctor & V. D. Miniſter. *quod pretioſisſimum hujus bibliothecæ* κειμήλιον *uti palmaria hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Ruthenorum momenta pandit, ita egregium quoddam hiſtoriæ conciliorũ ſupplementum eſſe poteſt.* (*f*)

II. Hiſtoria Ruthenæ Eccleſiæ ſchiſmatica: ſive hiſtoria de ortu & progreſſu ſectæ illius quæ ſuperiori jam ſeculo, Niconis Patriarchæ temporibus a Ruthena eccleſia divortium fecit, quæq; Raskolnika hoc eſt Schiſmatica vulgo appellatur, ex fide dignis domeſticis monumentis hauſta, variis obſervationibus illuſtrata.

III. Vera antiquæ Ruthenorum fide ac religionis effigies, ex antiquo incorrupto Eccleſiæ Ruthenæ ſymbolico libro, qui de fide inſcribitur (g) *delineata.*

 IV.

(f) Hoc poſtquam in Hamburgenſi bibliotheca extare Vir ſumme Reverendus *Joh. Chriſtoph. Wolffius*, Theologus in Lutherana Eccleſia hoc ſeculo doctisſimus ac celeberrimus, Fautor ac patronus noſter ſummo animi cultu proſequendus benevole nobis indicaſſet: a bibliothecæ illius præfecto, clarisſimo ac politisſimo Surlandio amice nobis conceſſum, deſcripſimus: duodecim plagulis in quarta forma conſtans.

(g) Hanc librum quem posſidemus, in multis præſertim iis qui-

GRAEVII & ANTONII MAJORAGII, quorum poſtremi Diſſertationes epiſtolicæ *Mediolani quidem impreſſæ, ſed in Germania tamen rariſſimæ ob argumenti partim raritatem, partim dicendi elegantiam ac puritatem inprimis dignæ, ut typis denuo exſcribantur.*

XI. *Vita JOHANNIS HEVELII, Mathematici ſuperiori ſeculo celeberrimi, ex commercio ipſius epiſtolico, ſeptendecim in folio tomis conſtante, autographo* (k) *aliisque fide dignis monumentis hauſta.*

Hæc inquam ſunt, quæ ab aliquo jam tempore meditamur, non gloriolæ cujusdam captandæ, ſed lectori inſerviendi ſtudio breviſſime hic indicata ſcripta. Quod reliquum eſt, ea qua par eſt obſervantia, B. L. a te contendo, ut conatibus hiſce meis quantumvis exiguis benevolentia tua obſecundare, quaque in ſcribendo forte a nobis commiſſa ſunt errata, pro tua humanitate benevole excuſare, pro doctrina corrigere modeſte velis. Vale. Scribebam Hamburgi 1729. die 13 Aprilis.

(k) Magno pretio Dantisci comporatum hoc commercium nunc poſſidet Celeberrimus Vir *de Lilius* in utrisque Academiis ſcientiarum Petropolitana & Pariſienſi Mathematicus & Aſtronomus, fautor & amicus noſter maximopere colendus, a quo liberaliter nobiscum Petropoli communicatum accepimus multoque cum ſtudio excerpſimus.

LIBER PRIMUS.

HISTORIA CODICIS SACRI SLAVONICAM IN LINGUAM CONVERSI.

CAPUT PRIMUM, DE CODICE SLAVONICO IPSO, REBUSQUE IN EO CONTENTIS.

CONSPECTUS PRIMI CAPITIS.

§ 1. Continet præfationem de occaſione præſentis inſtituti, deque iis, qui in hoc argumento olim verſati ſunt, ſcriptoribus.

§ 2. De binis ſacri codicis Slavonici verſionibus, vel potius editionibus: OSTROGIENSI & MOSCUENSI in genere.

§ 3. Oſtendit, quomodo ſub CONSTANTINI Voliniensium Ducis imperio frequentior facta ſit bibliorum lectio.

§ 4. Docet bibliorum typis exſcriptorum in Ruſſia quondam defectum, ejusque defectus cauſam.

§ 5. Quo tempore ars typographica Ruthenis innotuerit, deque primis, qui in Ruſſia divulgati ſunt, libris.

§ 6. De bibliis aliisque libris SUMMI RUSSORUM DUCIS MICHAELOVITII (ſ. Michaelis filii) juſſu atque auſpicio impreſſis, deque Græco ſermone in Slavonicum converſis.

§ 7. Verſionis editionisque Bibliorum Oſtrogienſis brevis deſcriptio; ſimul auctoris, tituli &c. mentione facta.

§ 8. Editionis bibliorum Moſcuenſium titulum, auctores, variasque præfationes, aliaque diligenter excerpta continet.

§ 9. Indicat ſeriem librorum V. T.

§ 10. De ordine librorum N. T.

§ 11. De argumentis unicuique libro tum veteris tum novi fœderis præmiſſis.

§ 12. De nonnullis in calce libri poſitis; nimirum indice lectionum in Eccleſia habendarum, itemque diviſione librorum in certas portiunculas ad legendum deſtinatas.

§ 1. In-

Digitized by Google

§. I.

Inter cœtera ad Slavonicæ litteraturæ cognitionem pertinentia, non immerito deſiderari adhuc videbatur expoſitio quædam accuratior verſionum Slavonicarum. Nam etſi bene multi hodie ex Græca, Latina, Germanica aliisque linguis traducti in Slavonicam extent libri, (a) exquiſita adeo induſtria confecti, ut

(a) Plerique libri Ruthenorum e Græco ſermone, a Græcis, quorum magna ſemper in his terris frequentia, ipſorum ſermone in Slavonicum; paucisſimi, vel omnino nulli in linguam Rusſicam ſunt translati. Hujus generis magnum numerum ſuppeditat Bibliotheca Cæſarea Moſcuenſis, cujus Catalogum nondum editum, quem Clarisſimus ac politisſimus Vir, Bibliothecæ Academicæ Petroburgenſi Præfectus, J.D.SCHUMACHERUS liberaliter mecum Petropoli communicavit, posſideo. In quo præter codices Græcos manuſcriptos, in Clarisſ. SCHIADÆ Catalogo jam reperiundos, non exiguus etiam numerus Slavonicorum librorum, inprimis Græcorum patrum in Slavonicum translatorum, JOH. CHRYSOST. BASILII, ISAACI SYRI, JOHANN. CLIMACI (Leſtwitza Slavonice dicti) aliorumque exhibetur. Sed & non pauci ex Latino idiomate translati libri proſtant. Horum inter rariores referendi ſunt duo priores Tomi Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ BARONII, quos a nemine, quod ſciam, ullibi commemoratos, neſcio quo loco impreſſos in folio Petropoli aliquando inter alios Slavonicos libros

cum aliis multis cujuscunque linguæ verſionibus certare queant: pauciſſimorum tamen a ſcriptoribus mentionem factam reperimus. (b) De codice ſacro in Slavonicam linguam converſo, quæ doctorum virorum ſcriptis memoriæ prodita leguntur, ejusmodi ſunt, ut eruditi cujuscunque & harum rerum ſtudioſi Lectoris ſitim commovere magis, quam reſtinguere poſſe videantur. Etenim ea, quæ partim doctiſſimus Gallus, inque arte Critica verſatiſſimus RICHARDUS SIMONIUS, *in hiſtoria Critica Veteris & Novi Teſtamenti* de hoc argumento ſcripſit, (c) partim eruditiſſimus ejusdem nationis Vir, JACO-

ad vendendum expoſitos videre mihi contigit. De aliis libris, e latino, Italico & Germanico in Slavonicum converſis, quorum Catalogum nuperrime auxit SAMUELIS PUFENDORFII, *de officio hominis & civis* liber, a doctiſſimo quodam Archimanditra in Ruthenam, quæ ipſi vernacula eſt, linguam traductus.

(b) Reliquis accuratius hæc perſecutus eſt Clariſſ. NICOLAUS BERGIUS, in libro ſuo de Eccleſia Ruthena, non uno in loco.

(c) Duobus in locis hanc verſionem laudat. Primo in hiſtoria Veteris Teſtamenti, (hiſtoire critique de vieux Teſtament) cap. 16. pag. 292. ubi ſacrum codicem, a Ruthenis in domeſticam (potius Slavonicam) linguam converſum, Ruſſicisque characteribus impreſſum memorat. Deinde pag. 490. ubi hæc verba leguntur. C'eſt pourquoi je me contenterai, de remarquer, que Walton aſſure ici pluſieurs choſes, qui ne ſont pas tout a fait certaines; comme ce qu'il dit de la verſion Armenienne par Jean Chryſoſtome, de la verſion en langue de ceux de Dalmatie par S. Jerome, de la verſion en langue Slavone par

COBUS LELONGIUS in *Bibliotheca* ſua *ſacra* (d) partim qui primo loco nominandus erat, magnum patriæ quondam ſuæ & Kilienſis Academiæ decus, CHRISTIANUS KORTHOLTUS, in eleganti de variis ſcripturæ editionibus libro (e) tradit, ſpectemus, ejusmodi ſunt, ut aliorum diligentiam exci-

A 3 cita-

par Cyrillus ou Methodius &c. & paulo poſt. Il n'eſt point auſsi marqué, que dans l'epitre de St. Jerom a Sophronius, que ce Pere ait traduit l'ecriture en la langue de ceux de Dalmatie comme Walton l'aſſure. Mais St. Jerome temoigne ſeulement en ce lieu-la, qu'il a corrigé l'ancienne verſion de ſeptantes pour la donner a ceux qui parloient la langue, c'eſt a dire aux latins &c.

(d) Hic cap. XI. Sect. prima & reliquis controverſiam primo de auctore verſionis Slavonicæ, quam poſtea perſequemur, ediſſerit, ſuamque de hac cauſſa ſententiam aperit ac confirmat, dein ſect: 4. Bibliis Slavonicis manuſcriptis variisque ſacri codicis libris ſeparatim editis breviter recenſitis, Biblia Ruthenica (imo Slavonica) dialecto Moſcovitica (quod & ipſum falſum eſt) impreſſa, breviter deſcribit.

(e) In hoc libro 1686. Kilonii in 4. edito pag. 373. Cap. XXX. §. 10. de Ruſsica, proximaque pagina de Slavonica ſacri codicis verſione commemorat. Nullius tamen quam Wittebergenſis, Latinis litteris impreſſi, meminit. Nec de Methodii verſione, niſi pauca & incerta habet. Innuere tamen videtur duplicem illam, de qua mox dicturi ſumus, Slavonici codicis editionem his verbis: „p. 372. Habent ad hoc Ruſsi ſeu Moſcovitæ Biblia vernacula, quæ & ſuperiori ſeculo & noſtro non adeo pridem „tempore prodierunt. Provocat ibidem KORTHOLTUS ad OLEARII, in Itinerario Moſcovitico Perſico teſtimonium; at nihil amplius, quantum ex lectione ipſius conſtat hac de verſione tradit, quam ut vetus Teſtamentum ad ſeptuaginta virorum interpretationem, novum

Digitized by Google

citare potius voluiſſe, quam propter ſcriptorum Slavonicorum inopiam huic argumento ſatisfacere potuiſſe videantur. Haud difficulter itaque nonnullorum, fama doctrinaque eminentium virorum ad litterarias Slavorum res, ſcripto mandandas me, cum Petropoli adhuc agerem, Profeſſoriumque obirem munus, identidem per litteras cohortantium, auctoritate conſilioque ſum adductus, ut mea qualicunque opera ac induſtria,

vum autem ad Græcum codicem ipſum translatum eſſe ſcribat. vid. pag. 276. Alios etiam auctores, qui tanquam aliud agendo, Slavonici codicis mentionem intulerunt, celeberrimus noſter FABRICIUS in Biblioth. Græc. Lib. V. p. 259. adducit: USSERIUM de ſcripturis & ſacris Vernaculis. p. 118. 371. JOH. SAUBERTUM in in polegomenis ad varias lectiones Evangel. Matthæi. p. 46. ſeq. Verum nihil hi novum afferunt. Sub initium hujus ſeculi prodiit quoque in octava forma Pariſiis liber hoc titulo: *Syllabus omnium Scripturæ editionum ac verſionum ſerie linguarum quibus vulgatæ ſunt diſpoſitarum* cum notis hiſtoricis ac criticis; de quo Richardus Simon. in Biblioth. Crit. Tom. III. p. 420. ſis judicat. *En general les habiles gens & les curieux le trouveront trop ſec. Il leur paroitra plutôt un ſimple catalogue de libraire, qu'une veritable Bibliotheque: Car a la reſerve d'un tret-petit nombre d'endroits, ou il y à d'aſſez belles remarques de Critique, que quelques ſçavans de Paris vous ont données, ce n'eſt, qu' un ſimple Index Biblicus.* Eundem autem hic liber, quantum ex Bibliotheca Critica Sainjorii ſ. Rich. Simon. colligere eſt, auctorem habet, quem Bibliotheca ſacra, nimirum ſumme Reverendum Patrem Lelongium. Nihil itaque ab illis quos jam enumeravimus ſcriptis diverſi habere vel inde conſtat.

Digitized by Google

ſtria, aliorum hic errata, facile excuſanda, pro mei ingenii modulo corrigerem domeſticæque huic inopiæ ſubvenirem. Ac conſtitueram equidem (ut ſubjuncta in calce hujus opuſculi, de Bibliotheca quadam Slavonica ſcribenda diſſertatio docebit) reliquas omnes Slavonicas verſiones, cum omnibus qui reperiuntur, Slavonice conſignatis libris, percenſere & ſcripto complecti. Sed partim librorum, quibus carere commode non poteram, & Slavonicæ linguæ interpretum defectus, partim meus ab Academia Petropolitana diſceſſus cogitata perficere tum non ſinebant. (f) Ad reliquas igitur Slavonicæ litteraturæ partes æquali ſtudio pertractandas dum varia, quæ poſſum, undecunque ſubſidia conquiro, hæc interim ſpecimina *Benevole Lector* ſerena fronte accipias, meisque conatibus, ac hisce operis, etiamſi mutilis, parumque exaſciatis, non tamen, ut ſpero, plane inutilibus lectuque injucundis, quæ tua eſt humanitas rectumque in literas ſtudium faveas quæſo.

§. 2.

Longisſime, ſi quæ alia, Slavonica gens lin-

(f) Quid in hac eruditionis parte præſtiterit, quidque molitus olim ſit ſummus ſacrorum in Livonia Antiſtes NICOLAUS BERGIUS, rei Slavorum litterariæ ſuo tempore, cum a SPARFVENFELDTIO diſceſſeris omnium peritisſimus; in ſubjuncta de Slavonica quadam Bibliotheca ſcribenda conſultatione uberius expoſuimus.

linguaque patet. (a) Nec ea tantum, quæ in notiſſimo illo, quod Romano Imperatori ſubeſt, Slavoniæ regno ſedem domiciliumque habet natio, verum omnes etiam genere linguave cognati populi, cujusmodi ſunt Bohemi, Ungari, Poloni, Rutheni, aliique multi Slavorum nomine appellantur. Hanc gentis varietatem lingua, ut plerumque fit, ſequitur. Proinde tot linguas dialecto Slavonicas, quot genere Slavos populos, habemus. Slavonica e. g. vocatur *Wendica* (b) *Sorabica*, *Bohemica*, *Polonica*, *Hungari-*

(a) Slavonicæ linguæ amplitudinem multi ſcriptores literis conſignarunt. in his *Herberſteinius* rerum Moſcovitarum P. 1. *Brerevvoodus* in libro Anglico, in latinam poſtea linguam converſo: de ſcrutinio religionum & linguarum & alii, inprimis Clariſſ. & Doctiſſ Vir, Gymnaſii Berolinenſ. Rector *JOH. LEONH. FRISCHIUS*, in *binis ſuis de Hiſtoria lingua Slavonica Schediaſmatibus*, omnium accuratisſimis. Quamquam autem reliquis facile ampliorem hanc linguam eſſe fateamur: nonnulli tamen præter modum ſupraque omnem fidem hiſtoricam extendere conantur. Ita CONRADUS GESNERUS in tractatu *de different. linguarum* p. 54. ſexaginta, qui hac lingua utantur, populos enumerat. vid. JUST. GEORG. SCHOTTELII opus *de Germanica lingua*, germanice conſcriptum p. 132. BREREWOODUS ipſe amplitudinem ejus exaggerare dicendo & tollere altius videtur. Ex nonnullis enim, quæ duobus populis communia ſunt vocabulis, linguæ ipſius communio non ſtatim efficitur.

(b) De hac lingua accuratius acturum ſe promiſit modo laudatus FRISCHIUS in tertio ſuo de Slavonicæ linguæ hiſtoria ſchediaſm. Eandem hujus linguæ hiſtoriam perſtrinximus, in Diſſertatione quadam Petropoli jam concin-

garica, *Ruſſica*, aliæque quas omnes enumerare longum eſt, complures. Nec unius itaque generis eſſe vides verſionem bibliorum Slavonicorum ipſam, ſed pro linguarum, quæ Slavonicæ appellantur diverſitate numeroque & ipſam variare. Quapropter & Wen-

cinnata, de linguæ Slavonicæ ſatis præſertim in Germania; illiusque cum aliis linguis, præcipue cum Germanica concentu; ubi, rejectis eorum opinionibus, qui vel ex Hebraico fonte eam, cum Abrahamo Frenzelio derivare, vel Græcæ cognatam eſſe volunt, ad eorum ſententiam acceditur qui plurima vocabula vel cum germanica lingua vel cum aliis ex hac ortum habentibus Anglica &c. convenire arbitrantur &c. De lingua Slavonica ejusque amplitudine conf. doctiſſimum Anglum EDUARDUM BERNHARDUM in lib. quem V. E. LOESCHERUS in *literatore Celta* p. 29. ſub titulo Schediasmatis *de convenientia linguæ Britannicæ cum Slavica* paſſim citat: Verus libri titulus eſt *orbis eruditi literatura a Charactere Samaritico deducta*: Oxon. 1689. f. Atque idem ſine dubio liber eſt Eduardi, de quo Joh. Georg. Eccardus in Hiſtoria Studii Etymol. p. 33. *Deceptus etiam*, inquit, *valde eſt Vir alias doctus Eduardus Bernhardus in ſpecimine Etymoligici Britannici, quod e promiſſa ſed non edita diſſertatione, orbis eruditi literatura, excerptum paſſus eſt Hickeſiana Grammat. Anglo-Saxonicæ annecti. &c.* Miror itaque pro inedita hanc diſſertationem etiam tum habuiſſe Eccardum, jam dudum editam. Cœterum de linguæ Slavon. amplit. conf. etiam. JOH. HERBINIUM. qui & ipſe ex Hebraico fonte hanc linguam derivat, *in Religioſis Kjovienſibus Cryptis* Jen. 1675. 8. editis p. 169. nec non G. C. *Kirchmayerum* diſſertat.: *De lingua Slavonica* Witt. 1697. & *Martin. Quiatcovium de Rozicze* in libro *de Utilitate linguæ Slavonicæ* Regiomont. 1569. 4.

Digitized by Google

dica & Bohemica, & Polonica, & Ruthena, (ſi quæ extarent) biblia, Slavonica dici poſſunt. Nos brevem quandam, codicis ſacri in linguam Slavicam tranſlati hiſtoriam tradituri, proprie ſic dictam Slavonicam verſionem, reliquarum matre lingua (c), conſcriptam reſpicimus.

Du-

(c) Sunt qui inter mortuas, qualis Latina & Græca eſt, linguas Slavonicam antiquam referunt, & in libris tantum ſuperſtitem eſſe credunt. Quærenti tamen affirmaſſe Ruthenum quendam in Slavonia peregrinatum memini, incolas ejus regionis non alia lingua, quam vel antiqua Slavonica vel parum ab ea aut nihil diverſa, uti. Clariſſ. tamen *FRISCHIUS in orig. Character. Slavon.* iſtius provinciæ linguam non niſi antiquæ Slavon. dialectum agnoſcit. vid. init. ejus Schediaſmatis. p. 4. Eruditus quidam Italus, *Benedictus Varchi*, in libro admodum raro, quem *l'Hercolano* inſcripſit, *nel qual*, (ut in tituli pagina legitur) *ſi ragiona generalmente delle lingue ed in particolare della Toſcana e della Fiorentina:* Venet. 4. 1570. in hoc inquam libro p. 94. ubi de diviſione indoleque linguarum agit, Slavonicam ſimiliter ut Turcicam &c. vivis linguis adnumerat: ſic ſcribens: *Lingue vive ſi chiamano tutte quelle, le quali da uno o più popoli naturalmente ſi favellano, come la Turca, la Schiavona, l'Ingleſe, la Fiamminga, la Franceſca,*&c. Forte an optime illi judicaverint, qui nec inter mortuas plane, nec vivas Slavonicam linguam referunt. Mortua non eſt quatenus cum appellatione, plurima vocabula in hodiernum diem antiqua retinuit. Non viva tamen, quatenus nullibi fortaſſe locorum pura & incorrupta hodie auditur. Mediam hanc quaſi ſententiam amplectitur quoque M. *Alexand Döderlin* Lycei Weiſſenb. Rector in libro quem *Slavoniſch Ruſſiſch Heiligthum* inſcripſit p. 13. „*die wahre alte Slavoniſche ſprache* inquit, „*iſt diejenige, die eben heut zu Tage nicht ſowol*

„ *von*

Duplex igitur hujusce verſionis, ſ. Slavonicorum Bibliorum Slavonicis in terris eſt editio. (d) Quarum altera & prior editio Oſtrogiæ, quæ Polonica, in Volinienſi dominio ſita urbs eſt (e) anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo (1581): altera vero & poſterior Moſcuæ, (ubi ſedem ſuam Rutheni Duces quondam fixerant) anno milleſimo, ſexcenteſimo ſexageſimo tertio, (1663) majori utraque forma prodierunt. Illius edendæ dux & auctor fuit Sereniſſimus ille *Princeps Oſtrogienſis & Palatinus Kiovienſis, Voliniæque DUX CONSTANTINUS* pace non minus quam bello ſummus.

§ 3.

Nimirum is præter cæteras heroicas, & Chriſtiano Principe dignas virtutes, ſingulari quodam Eccleſiæ doctrinæque Chriſtianæ fines propagandi ſtudio eminebat. (a) In hac

„von dem gemeinen Mann geredet und geſchrieben, als „von den Gelehrten in alten Büchern, wie oben erwehnet worden, geleſen wird. Mit welcher aber die Kiauviſche, oder der dialectus *um die Stadt Kiov in der „Ukraine und dem Strich Landes gegen Morgen in Moſcau „hinnein (wie die Worte aus dem Munde eines hohen „Ruſſen in einem Briefe lauten) ſonderlich noch über„einſtimmen mag.*

(d) Cæterum & in Germania Slavon. biblia prodierunt: quæ tamen, ut alibi oſtendemus, non mera Slavonica dici queunt.

(e) A nonnullis Oſtroſia, ſed falſo appellatur.

a) Quoniam hic tanti Principis injecta mentio eſt: non ingra-

hac igitur curam tota mente incumbens, cum vix

gratum fore lectori putamus, eximia ejus in religionem merita, inque Evangelicos benevolentiam haud vulgarem ac prædicandam breviter commemorare. Hujus enim potiſſimum auctoritate & conſilio circa finem ſeculi decimi ſexti in Polonia, de unione, ut vocant ſive conſenſione & concordia ſacrorum græcos inter, Ruthenos & Evangelicos concilianda quam Græci aliquoties tentarant, concilia & conventus ſunt habiti. Idem *Palatinus Kiovienſis*, anno 1595. ad ſynodum generalem Thoruni celebratam legatos miſit, amicitiam ſuam officiaque Eccleſiis Evangelicorum deferens; ſeque ſuorum nomine ſacrorum cum illis concordiam ſocietatemque initurum declarans. vid. *Wengerſcii*, vel qui hic ipſe auctor eſt *Regenvolſcii* hiſtoriam Eccleſiarum Slavonicarum Cap. 3. lib. III. ubi inter alia de laudatiſſimo Principe noſtro hæc affert: Fuit is *CONSTANTINUS Dux* „*ab Oſtrog*, *Palatinus Kiovienſis*, Parens duorum „filiorum *Januſſii Caſtellani* Cracovienſis &c. & *Ale*„*xandrini Palatini Volinienſis*, quorum ille ad Pon„tificios tranſiiſſe, hic in græca religione perſtitiſſe dici„tur. Cum eodem hoc Principe anno 1599. *Chriſtophorus Radzevilius Dux Birzenſis* aliique Evangelicorum rebus ſtudentes, de concordia ſacrorum Græcos inter & Evangelicos conjungenda ſermones conſiliaque contulerunt. Et Conſtantini quidem animum a pace concordiaque minime alienum ipſius verba illa de„clarant p. 480. non aliter violentam Eccleſiæ Dei op„preſſionem in hoc regno & M. D. Lithuaniæ inhiberi „quam conjunctione hominum græcæ religionis cum E„vangelicis, quo Deus in flexerit animos tum Oſtrogenſis „Ducis tum aliorum &c. Res in eum quoque locum tum adducta eſt, ut articulis, in quos utrinque conſentiretur conſcriptis, in *Conſtantini* Principis palatio conventus ageretur: in quo conventu ipſe initium dicendi fecit, inflammatum ſuum concordiæ conſtituendæ ſtudium in hanc ſententiam declarans. *Quod ſi mihi in hac vita diem illum videre contingat, quo Eccleſia noſtra*

vix majorem Evangelii lucem in ſuis terris ſperandam putaret, niſi ſanctus ille codex, qui vel nullus plane (b) vel admodum rarus illo tempore in Polonia reliquisque Slavonicis (c) terris extabat, in Slavonicam (d) linguam converſus typisque exſcriptus omnibus & ſingulis ad legendum pateret: communem

ſtræ cum veſtra in ſacris conveniret, libenter poſtridie tanto ſolatio me conſolans, ex hac vita diſcederem.

b) De prima Slavonica verſione quæ & qualis fuerit & quo tempore conſcripta ac edita ſit certum non ſcimus. Temere hic quidem multi ſtatuunt, ſed nihil probant. Omnium vero audacisſime illi judicant, qui ſanctum *HIERONYMUM* verſionis primæ auctorem non tantum faciunt, ſed & annum propemodum ipſumque, quo conſcripſerit diem, quibusque characteribus in ea uſus ſit determinare non dubitant.

c) Obſervatiunculam hic addendam eſſe puto de vera accurataque vocis *Slavi* ſcriptione, quam alii cum litera *C.* alii ſine ea ſcribendam volunt. Nimirum ex etymologia vocis, ſcripturæ veritas judicanda eſt. Optima autem eſt a Slavonico vocabulo *Slava* gloria derivatio, quam ſolam etiam Rutheni aliique Slavici ſcriptores agnoſcunt. Non dubium igitur quin verius absque c ſcribatur. vid. ſynopſin Ruthenorum Slavonice ſcriptum. p. 10. conf. M. Döderlin in lib. Rusſiſches Heiligthum &c. ubi p. 11. *Slavoniſch* inquit, *& Sclavoniſch wird promiſcue nach Belieben von den Scribenten geſchrieben. Doch jenes öffters von den Alten, als welches abſtammet von dem Wort Slavi, wie dieſes von Slava, welches Wort im Slavoniſchen ſo viel als* Lob und Ruhm bedeutet.

d) A Methodii quippe temporibus conſuetudo fuit, ut per totam Slavonicam Eccleſiam non domeſtica, ſed ea ipſa qua Methodius in ſacris utebatur lingua, nimirum antiqua Slavonica, & ſacra adminiſtrentur, & omnia ad cultum divinum pertinentia ſcripta emittantur.

Digitized by Google

nem hanc ſacroque coetui Slavonico perincommodam inprimisque gravem bibliorum inopiam levavit. Plurima quidem initio (quod e præfatione Græca & Slavonica diſcimus) huic laudabili inſtituto optimi principis impedimento fuerunt : inprimis falſæ & iniquæ malevolorum hominum criminationes. (e) Quibus ille rebus ad maturandum concitatus eſt : tantum aberat ut iis deterreri ſe pateretur. Prima fuit verſionis Slavonicæ ad Græcam ſeptuaginta virorum interpretationem exigendæ cura.(f) Viris itaque qui Slavonicam pariter & Græcam linguam probe noviſſent æquis conditionibus invitatis negotium dat, ut conjunctis operis ac conſiliis vetus primum deinde & Novum Teſtamentum ſ. fedus ea qua par eſſet

e) Quæ fata plerumque illi experiuntur, qui cauſſam Dei agunt & pro veræ religionis incremento incolumitateque animo excubant, eadem & Princeps noſter expertus eſt. Non deerant igitur, qui pium eius fervorem, puræque diſciplinæ propagandæ ſtudium ſugillabant, inimici. inprimis autem animus illius, in Evangelicos eorumque ſacra adeo propenſus, plurimorum, etiam ex ſuis, odium illi concitabat,

f) Quantum ex præfatione Moſcuenſibus bibliis præmiſſa & aliunde potuimus colligere, nulla iis verſio Slavonica, ante jam comparata, nec *Methodii* nec *Hieronymi* in transferendo ſubſidio fuit. Unde vel nullam extitiſſe vel temporis diuturnitate intercidiſſe, conſequitur. Non enim probabile eſt illos extantem ac parabilem illam non adhibituros fuiſſe

ſet diligentia, retentis ſingulis, quantum fieri poſſet textus Græci verbis ac phraſibus transferrent. (g) Quod illi mandatum, cum pro ſua quisque parte iisque quibus inſtructus erat doctrinæ & linguarum præſidiis (h) aliquot annorum ſpatio effectui dediſſent: excuſus tandem liber eſt, brevique tempore tantum emptorum numerum invenit, ut, licet non exiguus exemplarium numerus impreſſus eſſet, intra paucos tamen annos, exempla ad unum omnia diſtraherentur. Ab hoc tempore in Volinia viciniſque regionibus frequentior bibliorum uſus eſſe cœpit.

§ 4.

Minor tamen fuit exemplorum numerus, quam ut cæteris etiam apud quos biblia Slavonice conſcripta recepta ſunt, (a) populis ſupe-

g) Nimis profecto accurate hoc illi obſervarunt; adeo ut ne latum quidem unguem plerisque in locis a textu declinarint, quo tamen ipſo obſcurum ſæpenumero ſenſum reddidere.

h) Hebraicæ linguæ non peritos admodum fuiſſe, verſio ipſa loquitur, unde & fatentibus ipſis, Græcum quam Hebraicum codicem ſequi malverunt.

a) Perantiquam illam & a majoribus acceptam & per manus traditam Slavonica lingua Scripturam ſacram ſacris conventibus Ruſſorum legendi conſuetudinem, non tam legibus ſancitam quam ſucceſſu temporis paulatim introductam eſſe credo. Quemadmodum apud inferioris Saxoniæ gentes in conſuetudinem venit, ut eadem qua in ſuperiore Saxonia utuntur dialecto Germanica, divinus codex in ſacris conventibus legatur atque etiam explicetur. Nimirum quoniam primi ſacrorum antiſti-

tes

nem hanc ſacroque coetui Slavonico perincommodam inprimisque gravem bibliorum inopiam levavit. Plurima quidem initio (quod e præfatione Græca & Slavonica diſcimus) huic laudabili inſtituto optimi principis impedimento fuerunt: inprimis falſæ & iniquæ malevolorum hominum criminationes. (e) Quibus ille rebus ad maturandum concitatus eſt: tantum aberat ut iis deterreri ſe pateretur. Prima fuit verſionis Slavonicæ ad Græcam ſeptuaginta virorum interpretationem exigendæ cura. (f) Viris itaque qui Slavonicam pariter & Græcam linguam probe noviſſent æquis conditionibus invitatis negotium dat, ut conjunctis operis ac conſiliis vetus primum deinde & Novum Teſtamentum ſ. fedus ea qua par eſſet

e) Quæ fata plerumque illi experiuntur, qui cauſſam Dei agunt & pro veræ religionis incremento incolumitateque animo excubant, eadem & Princeps noſter expertus eſt. Non deerant igitur, qui pium eius fervorem, puræque diſciplinæ propagandæ ſtudium ſugillabant, inimici. inprimis autem animus illius, in Evangelicos eorumque ſacra adeo propenſus, plurimorum, etiam ex ſuis, odium illi concitabat,

f) Quantum ex præfatione Moſcuenſibus bibliis præmiſſa & aliunde potuimus colligere, nulla iis verſio Slavonica, ante jam comparata, nec *Methodii* nec *Hieronymi* in transferendo ſubſidio fuit. Unde vel nullam extitiſſe vel temporis diuturnitate intercidiſſe, conſequitur. Non enim probabile eſt illos extantem ac parabilem illam non adhibituros fuiſſe

Digitized by Google

ſet diligentia, retentis ſingulis, quantum fieri poſſet textus Græci verbis ac phraſibus transferrent. (g) Quod illi mandatum, cum pro ſua quisque parte iisque quibus inſtructus erat doctrinæ & linguarum præſidiis (h) aliquot annorum ſpatio effectui dediſſent: excuſus tandem liber eſt, brevique tempore tantum emptorum numerum invenit, ut, licet non exiguus exemplarium numerus impreſſus eſſet, intra paucos tamen annos, exempla ad unum omnia diſtraherentur. Ab hoc tempore in Volinia vicinisque regionibus frequentior bibliorum uſus eſſe cœpit.

§ 4.

Minor tamen fuit exemplorum numerus, quam ut cæteris etiam apud quos biblia Slavonice conſcripta recepta ſunt, (a) populis ſupe-

g) Nimis profecto accurate hoc illi obſervarunt; adeo ut ne latum quidem unguem plerisque in locis a textu declinarint, quo tamen ipſo obſcurum ſæpenumero ſenſum reddidere.

h) Hebraicæ linguæ non peritos admodum fuiſſe, verſio ipſa loquitur, unde & fatentibus ipſis, Græcum quam Hebraicum codicem ſequi malverunt.

a) Perantiquam illam & a majoribus acceptam & per manus traditam Slavonica lingua Scripturam ſacram ſacris conventibus Ruſſorum legendi conſuetudinem, non tam legibus ſancitam quam ſucceſſu temporis paulatim introductam eſſe credo. Quemadmodum apud inferioris Saxoniæ gentes in conſuetudinem venit, ut eadem qua in ſuperiore Saxonia utuntur dialecto Germanica, divinus codex in ſacris conventibus legatur atque etiam explicetur. Nimirum quoniam primi ſacrorum antiſti-

Digitized by Google

ſuppeteret. Pauca enim illa quæ interiores Ruſſiæ partes importabantur exempla, defectui bibliorum ſupplendo non erant. Nullus enim adhuc, quantum nobis quidem innotuit, ſacer codex in Ruſſia impreſſus conſpiciebatur. Sed ab eo, quo Græca religio introducta erat tempore, vel Græca, vel plane nulla fortaſſe legebantur, ad minimum non integrum bibliorum codicem, ſed novum duntaxat teſtamentum, vel unum alterumve Scripturæ ſacræ librum impreſſum, vel potius manuſcriptum habuiſſe probabile eſt. Diligentisſimi enim ſemper fuerunt Rutheni in deſcribendis ſuis, vel a ſe factis, vel alia ex lingua translatis libris. Quo ſubſidio ut officinarum typographicarum defectum quondam, ita nunc impreſſorum quoque librorum penuriam multum ſublevant. (b)

§ 5.

Sero namque ad Slavicos populos in primis

tes hac lingua utebantur in eamque codicem ſacrum vertebant: non ſine ſummis incommodis ac difficultatibus potuit abrogari.

b) Nullum credo populum in deſcribendis libris tam laborioſum ac frequentem eſſe quam Rutheni ſunt; hinc plurimos apud eos homines videas qui per totum diem nihil aliud agunt, quam ut libros Ruſſicos deſcribant, nulla alia re victum quæritantes: hisque non tantum manuſcriptos & nondum editos, cujus generis ſunt libri hiſtoriam patriam complectentes, annales dicti, ſed impreſſos etiam rariores ac pretioſiores deſcribendos tradunt: ac ſæpe tabernas mercatorum Petropoli ingreſſus in quosdam ſermones Chryſoſtomi vel Ephremi Syri, vel ſacræ Scripturæ libros deſcriptos incidi.

Digitized by Google

mis Ruſſos literarum elementa, *Methodii* vel *Cyrilli* potius opera illata: ſerius imprimendorum librorum ars iisdem tradita. Circa medium enim ſeculi decimi quinti, admirando hoc artis ingeniique humani opere, qvod nemo neſcit, jam invento, nec a Germanis tantum, quibus ſola hujus inventi laus debetur, ſed *Italis*, *Gallis*, *Batavis* aliisque populis vehementer exculto: ſub finem ſequentis ſeculi demum, ex quo crebriora cum *Germanis* aliisque populis commercia intercedere cœperunt, nonnullorum ex ſacro ordine virorum, officinas typographicas inſtituentium opera hanc facultatem illi adepti ſunt. (a) Sed vix imprimendi initium factum erat, cum in acerrimo, quod tum incidebat bello, irrumpentibus in urbem Polonis eamque depopulantibus inſtitutæ nuper officinæ cum omni apparatu typographico, charta nimirum ad imprimendum deſtinata, varii generis typis, multisque ſine dubio jam tum impreſſis librorum exemplis conflagrarent. (b)

§. 6.

Ab illo tempore hæc ſcientia tanquam ſepulta

a) Literarum quidem elementa jam pridem tum habebant, quod clariſſ: *Friſchius* in orig. characteris Slavon. p. 4. „his verbis teſtatur. Seculo poſt C. N. nono Philoſo„phus quidam natione Græcus, religione Chriſtianus, „nomine *Conſtantinus*, primus fuit qui linguam Slavo„nicam literis Græcis ſcribere cœpit &c. Nec diſſentiunt Ruthenorum Slavonicæ linguæ manuſcripti.

b) De artis typographicæ in Ruſſia fatis hactenus commemo

pulta jacuit, donec Potentiſſimus ſummaque

morata ex libro Slavonicæ linguæ, quem poſſidemus manuſcripto depromſimus: cujus hic titulus eſt: *Roſisk o Raskolnitſcheskoi Brinskoi Wierie, o utſchenni ich, o dielach ich*, h. e. inquiſitio in fidem, doctrinam & facta Roskolnikorum Brinskienſium: ubi circa initium rariſſimi hujus nec in ulla alia Bibliotheca a me reperti codicis, in hæc fere verba ſcribit doctiſſimus famaque apud ſuos celebris auctor, Roſtovienſis quondam Præſul „*Demetrius*. Typographicæ, inquit, artis natales in „annum mundi circiter 7061 cum *Magnus ille Moſcoviæ* „*Dux Magni Baſilii* filius imperio, Eccleſiæ autem Me„tropilita *Macarius*, Moscuæ habitans præſideret, inci„dit. Prima libris imprimendis deſtinata domus ſ. of„ficina Moſcuenſi in oppido extructa eſt. Factum autem „non diu poſt in obſidione, devaſtationeque hujus ur„bis, quam a Polonis patiebatur, ut cum multis ſplendi„diſſimis palatiis officina hæc typographica incendio „periret. Quo ipſo ſimul magna papyri copia cum re„liquo apparatu abſumebatur. Tandem reparatum hoc „damnum eſt a Magno Duce *Michaele Federovitzio* ſub „imperii ipſius finem, dignitatem Patriarchalem tum tenente Joſepho. Primus qui ex hac officina, quam ad ſuam manſiſſe memoriam *Demetrius* dicit, liber typis exſcriptus eſt, circa annum a condito mundo 7152. in lucem exiit. Ut totum adeo ſeculum a primæ officinæ incendio ad reparationem a *Michaelis* filio factam præterfluxerit. Conf. Clariſſ. Friſchii de hiſtor. ling. Slavon. ſchediaſma alterum: qui, cum manuſcripto noſtro quodammodo conſentiens, Johannis Baſilii imperio primam in Ruſſia typographiam conditam, indeque anno mundi 7c72. Evangelia, Acta Apoſtolorum & epiſtola Apoſtolorum exiiſſe ſcribit. De re typographica Ruthenorum confer ſi libet: *Nicol. Bergium* l. c. p. 151. *Plures ſunt*, inquit, *typographiæ. Antiqua videtur illa ſatis quæ Oſtrogiæ adhibita eſt ad Biblia imprimenda, quam comparavit Dux Oſtrogenſis circa annum 1580. Deinde Kio-*

que decorum fama celebratus *Princeps Michaelovizius* ſapientiſſimo ſane conſilio eam cum cineribus quaſi collapſam erexit ac inſtauravit. Tam proſpere enim ac feliciter hoc illi ſucceſſit negotium, ut non exiguus, pro illorum temporum conditione, librorum numerus ex Moſcuenſium officinis tum ejus auſpicio prodirent. Hi, ſi non omnes, plerique tamen Eccleſiaſtici erant argumenti, tam puris, nitidisque characteribus, tamque candidæ chartæ impreſſi, ut mirum dictu ſit, & in Batavica quadam ſimilive officina typographica excuſi videantur. Qua in re conſentire mecum video Clariſſ. *Nicol: Bergium* p. 155. c. l. ſequentia referentem: *Nitidisſimis & charta & ſtilo utuntur, ut nihil reliquis typographiis Europæis concedant, vel in ullo inferiores ſint, cujus teſtes adduco biblia, libros Chryſoſtomi de ſacerdotio, liturgias & vitas ſanctorum anno 1700 editorum.* Præter cœteros Eccleſiæ libros, omnes propemodum, qui ab Eccleſia Ruthena recepti ſunt, doctores Græci, totus *CHRYSOSTOMUS*, aliquot in folio ſat ſpiſſis voluminibus conſtans (c) *BASILIUS* item magnus (Slavonice *BASILI WELIKI* dictus), aliique, quos aliquoties ipſe in privatis Ruthenorum bibliothecis oculis uſur-

Kiovia inſtructam crediderim: itidem *Moſcua*, ubi nunc Palatium Typographorum magnifice exſtructum plura prela continet. &c.

c) Aliam editionem in 4to forma, quæ neſcio tamen an omnia *Chryſoſtomi* opera contineat, Petropoli conſpeximus.

pavi (d) in folio pleroſque editos, meroque Slavonico ſermone ſcriptos tum temporis prodiere (e). Inprimis autem rariſſimus adhuc in Ruſſia ſacer codex imprimentis manus flagitabat. Quare & de eo imprimis edendo typiſque exſcribendo Princeps ad religionis incrementa natus curam egit. Emiſſus igitur & hic liber eſt in folio ſ. majori forma: typis quidem non ineleganti-bus chartaque non immunda, reliquis tamen vel iſto tempore vel poſtea divulgatis libris, præcipue *Ephremi Syri operibus*, quæ Petropoli nobiscum apportavimus, omnium

(d) Privatarum bibliothecarum Petropoli, imprimisque Moſcuæ inſignis eſt numerus, non alijs tamen quam Slavonico-Ruthenis vel Polonicis libris conſtantium. Nec Principem facile (Ruthena lingua Knas vocatum) vel nobilem illic invenies cui non Bibliotheca ſit Eccleſiaſtici pleriſque argumenti libris, & annalibus Ruthenorum manuſcriptis inſtructa.

(e) Qui ad *Petri I.* glorioſiſſimæ memoriæ Ruthenorum Imperatoris memoriam ſacri æque ac profani libri prodierunt, ſermone omnes mere Slavonico utuntur At pie defuncti Imperatoris auſpicio dialecto Moſcovitica conſcripti quoque libri non pauci prodierunt, in his Sereniſſimi Principis Moldavienſis *Demetrii Cantemirii* ſyſtema religionis Muhamedanæ latino ni fallor idiomante ab auctore compoſitum, poſteaque ab interprete quodam Rutheno, homine ſane non indocto & inpolito *Iliuski* appellato, in Moscoviticam qua Rutheni hodie utuntur linguam traductum. Conf. clariſſ. FRISCHII ſæpe jam citatum ſchediaſma ſecundum: de lingua Slavon.

um quos vidi nitidisſimis longe poſtponendus. (f)

§. 7.

De binis Slavonicæ verſionis editionibus, earumque auſpicibus generatim commentati: de ſingulis ſpeciatim nunc agemus: contentas in iis res ordine exponentes. Oſtrogienſem, ut fatear, editionem ipſemet non vidi: nec potui ſane Petropoli cum eſſem, licet diligentisſime quæſitam inveſtigare. Habere ſe quidem in ſua librorum ſuppellectile, ex ſacro ordine quidam Polonus genere at græcæ religionis coram affirmabat, mihique mutuum eſſe daturum liberaliter ſatis promittebat: ſed, neſcio qua cauſa impulſus, promiſſo non ſtaret. Raritas fortaſſe libri ſummumque quod illi ſtatuitur, pretium fecit, ut detineret. Tam raro ſcilicet hunc codicem reperiri amicus quidam meus (a) vario eruditionis genere perpolitus ſignificavit ut a nemine, quantum ſibi conſtaret, præterquam ab Illuſtri Comite de Bruce, ſummo quondam rei armamentariæ

B 3 apud

(f) Inter cœtera, peculiare hoc habet *Ephremi* verſio quod typis exſcripta eſt grandiusculis: cum ſacer ille codex minuſculis conſtet, propter commodiorem fortasſis uſum.

(a) Idem me certiorem faciebat, varia in Oſtrogienſi verſione deprehendi, quæ Papiſmum ſaperent, ſuæque religioni non conſentanea Ruthenis videantur; in Moſcuenſi poſtea verſione omiſſa ac emendata.

Digitized by Google

apud Ruthenos præfecto (b) Petropoli poſſideatur. Ne quid tamen eorum, quæ de hac Oſtrogienſi editione aliunde ſciri poſſunt, lectorem celemus: ea, quæ doctiſſimus *Lelongius* in bibliotheca ſua ſacra (c) licet minus accu-

b) Hic vir, cujus majores Angli, quantum ſcio, fuerunt, inter principes Ruſſiaci regni togatos æque ac ſagatos heroes numerandus, multisque in pace non minus quam bello illuſtribus factis conſpicuus, non poſtremum gratiæ locum apud beate defunctum Imperatorem Ruſſiæ tenebat, quam cum aliis ſuis dotibus tum præclara multarum artium, imprimis Mechanicæ, Aſtronomicæ ac Phyſicæ fuerat conſecutus. Inſtrumentorum ad Mechanicam & Aſtronomiam ſpectantium, itemque librorum varii generis rariorum tantus æſtimatur eſt, ut multis ſumptibus apparatum eorum ingentem ſibi comparaverit. Imperatore mortuo munere ſe abdicavit inque villas ſuas non procul a Moſcua ſitas, ut per quietem otiumque remotus a belli cœteriſque turbis conſeneſceret, ſeceſſit. Confer de eo ſi vis Schendonis vanderbegii Diſſertationen epiſtolicam *de ſtatu præſenti rei litterariæ* in Ruſſia: non uni diario, inter alia *Galleria di Minerva* inſertam; ubi ſub ipſum initium de hoc Viro illuſtri ſic commemorat. „Cujus celeberrimi rei metallicæ indagandæ ac promovendæ dicati Collegii laudes enunciaturus, ſi illud tantum addidero, rerum Chymicarum experientisſimum & ſagacisſimum cultorem, ſupremum rei tormentariæ atque armamentariis inſtrumento bellico & navali refertis Præfectum *de Bruce* huic præſidere, Virum videlicet, ſummam ab arte & marte gloriam conſecutum, ſerium & ſolidum ſubterraneorum inveſtigatorem & in rebus mineralogicis tam ad Theoriam, quam Praxin inſtructisſimum, pro omni encomio ſufficiet.

(c) Nemo quod ſciam præter hunc ſcriptorem, editionis hujus meminit, ſaltim nemo uberius. Facit ejus quoque men-

accurate de ea congeſſit, proferemus. Scilicet hic Cap. XI. editionis Pariſienſis, quo capite de Bibliis Slavicis, ſeu quæ ab idiomate Slavo habent originem (d) commentatur, ſectione quarta hunc codicem ſic recenſet. Bi„blia, inquit, Veteris & Novi Teſtamenti Sla„veno Rusſica (e) ſ. ex Græco ſermone in lin„guam Slavam vel Illyricam translata, a Con„ſtantino, *Cyrillo* dicto, Slavorum Apoſtolo, dia„lecto Moſcovitica & characteribus Cyrillia„nis (f) juſſu & impenſis Ducis Oſtroviæ „*Conſtantini Baſilii*, cum ejus admonitione, „Sla-

mentionem in Biblioth. Græc. lib. IV. p. 200 *Celeberrimus noſter FABRICIUS*, ſed ὡς ἐν παρόδῳ tantum

(d) His verbis quæ rem iſtam auctori non ſatis cognitam fuiſſe indicio ſunt, biblia ut opinor Slavonica dialecto ſcripta denotat. nam in eodem capite etiam Polonica, Bohemica Wendica aliaque Slavicæ dialecti biblia recenſet.

(e) Perperam Slaveno Rusſicus vocatur hic codex, pura & incorrupta Slavonica lingua contextus. præterea nec *Slavenus* recte dicitur. *Slavi, Slavini, Slavoni*, dicimus non Slaveni: quod apud nullum ſcriptorem facile reperias. Accuratius autem vocantur hi populi vocabulo Slavorum, quod & antiquisſimum & derivationi & origini vocis maxime reſpondet.

(f) Falſum eſt in Oſtrogienſi codice dialectum Moſcoviticam deprehendi. Tantum enim abeſt ut is dialecto Moſcovitica utatur, ut ſit omnino Slavonicus. nam ſi Moſcovitica foret dialectus: Rutheni legentes omnia intelligerent. Jam vero ex *ERNESTI GLÜCKII*, narratione Actis Eruditorum de anno 1705. inſerta patet, nullam fere periodum totam Ruthenos, præſertim Laicos legentes intelligere. Deceptus eo fortaſſe eſt auctor, quod a Rutheno typis mandatum codicem in fine legerit.

Digitized by Google

„Slavonice & Græce (g) & oratione inter-
„pretis ad Deum Slavice item & Græce, in
„fol. Oſtroviæ typis *JOHANNIS THEODORI* filii ex Magna Ruſſia Anno mundi 7089. Chriſti 1581. Titulum hujus codicis, quem ſine dubio ob Slavonicæ linguæ imperitiam, non intellexit, prætermiſit. Admonitionem autem & ipſam Græce ſcriptam Latine redditam attexuit, quæ ſic habet.

„Ego *CONSTANTINUS* dictus & in ſacro
„baptiſmate vocatus *BASILIUS*, gratia DEI,
„ſalvatoris noſtri, Dux Oſtroviæ (h) Vaivoda
„Kioviæ, Palatinus Volhiniæ electis in Chri-
„ſto & dilectis fratribus, non ſolum ſecun-
„dum carnem ſed & in ſpiritu ſancto, omni-
„bus linguam Slavicam ſcientibus & viventi-
„bus in Eccleſia apoſtolica (i) & catholica ma-
„gno ſtudio pronuncio, verſionem iſtam bi-
„bliaque legenda commendo, Deoque grati-
„as

(g) Hinc probabile fit Græcum natione in codice transferendo adfuiſſe.

(h) Haud ſcio an recte Oſtrovia dicatur. Si namque ex Slavonico ſermone dijudicanda appellatio ſit, Oſtrogium vel Oſtroſium potius appellandum id oppidum fuerit. Oſtroblam alii vocant. *Oſtrov* quidem alias Ruthena & Slavonica lingua inſulam ſignificat, unde & una ex inſulis, quibus Petropolis inædificata eſt, in quamque Academia jam nunc translata Baſilii inſula, Ruthenice Waſili Oſtrow vulgo appellatur. Non puto tamen Polonicæ regionis oppidum inde denominatum, Oſtroviumque vocandum eſſe.

(i) Nam ut Pontificii Eccleſiam ſuam: ita & Græci, idque majori fortaſſe jure, apoſtolicam ſuam vocant: alias autem omnes maxime Pontificiam veram non agnoſcunt.

„as ago, quod benedictione & miſericordia „ſua atque erga homines amore dignatus ſit „DEUS, qui me in hunc finem principem „conſtituit, ut hoc opus abſolutum viderem, „quod nunc ubique videtis, np. Vetus & „novum Teſtamentum typis impreſſum, in „civitate a DEo cuſtodita & in primaria ſede „noſtra Oſtroviæ in Volhinia a creatione „mundi ſepties milleſimo octingenteſimo „primo: natoChriſto 1501: ſ: milleſimo quingenteſimo primo (k)

Hanc Principis admonitionem, barbare ſatis & impure ab interprete translatam, ſequuntur Typographi, Deo pro conceſſis ſibi viribus gratias agentis, & coronidem quaſi abſoluto operi imponentis verba:

„Johannes Theodori filius, ex magna Ruſ„ſia qui biblia iſta Baſilii juſſu typis excuderat „gratias Deo reddit, quod dignus eſſet habi„tus, qui in omnibus divinam Scripturam „typis impreſſam publicaret.

Hæc ſunt, quæ ex *Lelongio* mutuanda duximus. Reliquorum defectum Moſcuenſis, quæ ad Oſtrogienſe exemplar tota propemo-

 dum

(k) Error hic ſine dubio eſt typographicus, & pro octingenteſimo primo ſcribendum octogeſimo nono: ut ex ſuperioribus patet: pro quingenteſimo primo, ponendum eſt quingenteſimo octogeſimo primo.

Digitized by Google

dum expreſſa eſt, editionis uberior expoſitio ſupplebit.

§ 8.

Ut ipſum codicis Moſcuenſis (a) titulum eumque non latinis tantum ſed & slavonicis verbis expreſſum principio indicemus, ex impreſſo exemplo ipſo ſic deſcripſimus:

Hoc

(a) Rarisſimus quoque in Rusſia, Petropoli præſertim hic codex eſt. Quindecim Petropoli, Moſcuæ duodecim numis argenteis (Rubeln) conſtare ſæpius audivi. Pauciſſimorum igitur in manibus eſt, egoque nusquam niſi apud illuſtrisſimum Archiepiſcopum Novogrodienſem, Theoph. Procopowitzium, ſacri ordinis in Ruſſia Principem ac præcipuum, Virum, ſupra quam dici poteſt, eruditionis, ingenii, humanitatis facundiæque laude florentem, deinde apud perilluſtrem Epiſcopum, Athanaſium Condoidi, natione Græcum, amicum meum ac fautorem omni animi cultu ac veneratione proſequendum: virtute, ingenio, doctrina, comitateque ſummum: denique tertio apud illuſtrem virum, inſigni apud Ruthenos munere conſpicuum, literarumque fautorem Dom. Poſnakovium videre eum licuit: qui poſtremus etiam liberalisſime mecum communicavit.

primo [illegible] abſolutum, nulliſque legibus circum ſcriptum imperatorem ſignificat, ex Græco αὐτοκράτωρ factum. Nam eſt Slavonica vox compoſita eſt ex *Sam*

ipſe,

dui
tio

eu
cis
im

—
(a

Pag.

Вновваго завѣта
п еллинискій ıа
зыцрыми превод
нıБога и спазитель
нпятидесятихь лѣть,
нФıладелфа, цара
еıнѣ на Желаемое
Жязя Алеѯıа Ми

Hoc eſt : (b) Biblija, ſirietz (c) knigi wetchago, i nowago ſawieta po jaſiku ſlawensku ot ebreiska w' elliniskii jaſik ſedmideſiatmi i dwiema bogomudrimi prewodniki, preſchde woploſchtſchenija goſpoda boga i ſpaſitel naſchtſchego jiſuſa Chriſta trech ſot piatideſiatich liet, na ſchelaiemoje powelienije Ptolomea Philadelpha, Tzara iegypſtka prewedenago prewodu, ninie na ſchelemoie podobnie powelienije welikago knaſa (d) Alexia Michailowitza wſeja welikija i malija i bielija Rosſiii Samoderſchtza (e) i po blagoſlowenno preoſchweſch-

(b) Quoniam Slavonicus hic character, Cyrillicus vulgo, perperam Hieronymianus dictus in Germania plerisque ignotus eſt ; voces ſingulas, latinis literis expreſſas, hic apponere, nobis viſum eſt.

(c) Quod hanc vocem, in Slavonico claudit, literæ figuram habens, litera tamen non eſt ſed ſignum tantum quo tonus vocis indicatur. Habent quippe duo ſigna Slavi Jeri & Jad, quæ vocibus in fine adjecta tonum earum temperant, ultimamque ſyllabam vel leniunt, vel exaſperant : duobus Græcorum ſpiritibus quodammodo reſpondentia. Peculiare autem exterisque vix imitabilem pronunciationem deſiderant. Ut exemplo hoc illuſtrem Jasik vocabulum tonum ſuum in ultima, Spasìtel autem in penultima habet.

(d) Olim Summus Ruthenorum imperans vocari ſe volebat Weliki Knas. h. e. magnus Princeps.

(e) Hic, quo a longis iam temporibus Rutheni Imperantes, uſi ſunt, titulus, Samoderſchetz (ut in nominativo ſ. primo caſu dicitur) abſolutum, nullisque legibus circumſcriptum imperatorem ſignificat, ex Græco αὐτοκράτωρ factum. Nam eſt Slavonica vox compoſita eſt ex *Sam* ipſe,

Digitized by Google

ſweſchtſchennich Mitropolitow i Archiepiſkow i iepiskow prewodu biblii oſtroſchkija typographii, iaſche ſtoja drewnija biblii prawlena, ieliko moſchno po moſchtſchiju boſchieju posliedovvaſa, napetſchataſa vv' lieto ot ſosdanim mira ſ. r. o. vv. ot vvoploſchtſchenija ſche boga ſlovva a. ch. x. g.

Hactenus libri titulus, quem interpretis, quo Petropoli ſolebam uti, ſubſidio in latinum ſic convertimus:

„Biblia (f) hoc eſt liber Veteris & novi Te„ſtamenti, ſecundum linguam Slavonicam, „ex Ebræo in Græcum ſermonem ſeptuagin„ta duorum a Deo doctorum interpretum „ante incarnationem Domini Dei & Salva„toris noſtri, Jeſu Chriſti, trecenteſimo quin„quageſimo anno ex zeli pleno mandato „Ptolemæi Philadelphi Ægyptii Regis olim „translatus, nunc vero æque zeli pleno man„dato Magni Ducis Alexii Michailovvitzii „totius magnæ & parvæ & albæ Ruſſiæ Auto„cratoris & ex benedictione Sanctiſſimo„rum Metropolitarum & Archiepiſcoporum „& epiſcoporum (g) ex translatione bibliorum

ipſe, & derſchaju teneo, Germanice Selbſterhalter; amat enim Slavonica lingua compoſitionum frequentiam, tamque felix eſt in vocabulis rotunde ac ſcite componendis, ut vel tria ſæpe in unum poſſit compingere.

(f) Ut eo facilius latina cum Slavonicis comparari poſſent latinitatis non adeo obſervantes ad verbum ita transtulimus.

(g) Hæc olim impreſſis libris præſertim ſacris præponimos

rum Oſtrogienſis typographiæ, quæ ſecundum vetera biblia (h) correcta, quantum fieri potuit, ex potentia divina, expreſſus & impreſſus anno poſt conditum mundum 7102. poſt incarnationem verbi 1663. (indicta ſecunda menſe 6to.)

In ſuperiori paginæ, quæ titulum exhibet, parte hæc leguntur. Tzar (i) slavvi, h. e. rex gloriæ, quibus Chriſtus, ſalvator noſter, indicatur. Inferius poſiti ſunt hi verſus, Slavonico idiomate compoſiti :

Ma-

mos erat: Nunc vero poſtquam ſ. Synodus, quæ ſupremum Eccleſiaſticum in Ruſſia judicium eſt, ubique omnes ad Eccleſiam & Eccleſiaſticum ordinem, matrimonium &c. pertinentes cauſſæ cognoſcuntur, quæque uno Archiepiscopo, quatuor, ni fallor, epiſcopis, & neſcio quot Archimandritis conſtat, a pie defuncto Imperatore conſtituta eſt, hæc verba præmittuntur Blagoslovveniem Svvietieiſchago etc. Synoda, h. e. benedictione Sanctæ &c. ſynodi.

(h) Quantum ego ſuſpicor, Græca antiqua Biblia vel impreſſa vel manuſcripta, ex quibus Oſtrogienſis codex emendatus eſt, hic innuuntur: de Slavicis enim bibliis antiquioribus altum ubique eſt ſilentium.

(i) Hinc planum eſt vocabulum Tzar, quo Magni Ruſſiæ Duces quondam inſigniti ſunt, Slavonica lingua Regem proprie ſignificare. Suo jam tempore hoc obſervavit doctiſſimus & celeberrimus Vir *Nicolaus Heinſius* in epiſtola quadam ad Joachimum Paſtorium ab Hirtenberg miſſam: quam ob argumenti raritatem, & quia adhuc, quantum ſcimus inedita, inter illas quas celeberrimus Vir *PETRUS BURMANNUS* in ſylloge epiſtolarum Tomo V. de eo evulgavit epiſtolas non reperitur, variaque quæ ad præſens argumentum pertinent, complectitur, ita ut ſcriptam habemus, hoc loco inſerere libet.

Intempeſtivum profecto accidit nobis & prор-

Mati w'ruzie ſchiwota duſchu predavvat
Nadeſchdu imuſchich k' nei vv'ſchivvot woswoſchdaiet.
Jaſche jako Chodataitzu imuſchtſchii ſchiwota
Otſtupiti blaga kako imut takowa.

Hoc eſt:

Mater in manus vitæ animam tradit
Spem in ea collocantes, ad vitam ducit.
Illam ſicuti patronam habentes vitæ
Quomodo relinquere poſſunt tanta bona?

Hos pagina ſequenti excipiunt alii verſus in tres illas, quas Ruſſicum inſigne præfert, co-

---

prorſus incommodum iter (a) Ruthenicum &c. Menſes plus minus denos exegi ea in aula; ac primo temporis propemodum ſemeſtris ſpatio hæſi cubiculo adfixus, aut lecto, utplurimum tentatus quippe pedum acutis doloribus, cum interea equitationem mihi imperarent aulici agreſtes, (b) ſi venerari Principem & ad conſpectum ejus admitti vellem: ita enim ferre ritum gentis. Rheda cum venturum me in aulam ſæpe numero offerrem, etſi ne geſtationem quidem hanc ſat commode laturus, repellebantur oblata, nec acceſſus interea temporis cuiquam ad me dabatur aut popularium meorum aut exterorum. Quæ nunc non enarro in contumeliam gentis, ſed ut intelligas ac cognoscas, vix patuiſſe ad

coronas, caput aquilæ tegentes, facti non ille pidi. „Wo-

ad nos aditum illis, aut ad illas nobis, ex quorum colloquiis erudiri poſſem aut ea doceri quæ curioſitati tuæ meæque ulla ex parte reſpondeant. Compellavi ſemel Metropolitam Gazenſem, Paiſium (c) Ligariden, hominem Græcum multaque artium bonarum fruge inſtructnm, utpote qui ætatis partem potiſſimum Romæ peregiſſet., ſenem per humanum. Sed poſtero die ſignificatum eſt mihi juſſu Athanaſii Laurentii Nazckini, qui negotiis principum exterorum curandis eſt præpoſitus, rem aulicis indignam viſam, quod non impetrata venia Czareæ Majeſtatis, hominem inter Eccleſiaſticos multæ dignitatis compellaſſem. Miſſi etiam ad Ligariden, qui id ipſum in illo factum culparent: non enim me debuiſſe admitti. Ita fibula utrique noſtrum injecta eſt, ne quam contraheremus alterius neceſſitudinem &c. Non erat, cujus conſuetudine rerum Ruthenicarum peritior callentiorque evaderem. Didici tamen Czaaris nomen eſſe Slavonicum, ac Regem deſignare. Czaares in bibliis Slavonicis Davidem Salomonem, alios Iſraelis reges nuncupari. Unde in Slavonicam linguam irrepſerit id vocabulum non eſt meum pro certo aſſeverare. Germanicis vocibus hic illic

„Wopreſchuſchtſchu miarzi w'kuju ſibył-
lo wientzi
„Tri Moſcovia Triwienetzſchnoie imat?
„Ja-

illic Ruthenicam linguam adſperſam eſſe, eosque a Boruſſis originem traxiſſe, qui Mosciæ partem antiquitus inſederint, illud quoque narratum eſt mihi a noſtris hominibus. Addebant ſeniores, Patruum Principis hujus qui nunc imperat adſcire ſolitum ſibi in familiaritatem atque amicitiam interiorem Germanos ac Belgas, ſine ullo dignitatis aut natalium ſplendidorum delectu. Cum his illum commiſſationes inſtituiſſe ſat frequentes, totasque noctes perpotaſſe ac genio in dulſiſſe (d), veſtitum quoque compoſuiſſe ad ritus Germanicos, quod ex Boruſſia gentem ſuam oriundam eſſe aſſeveraret: cum Ruthenis vix ullam illi conſuetudinem fuiſſe; quos de ſuperbia ejus igentidem eſſe conqueſtos: peritiam ad hæc habuiſſe Germanici ſermonis: & hæc quidem, dum frater ejus rerum Ruthenicarum potiretur. Oratorem Polonicum, ſive is nuncius fuit, compellare ante diſceſſum haud potui, non permittentibus id Ruthenis. Miror ſparſiſſe illum, non potuiſſe me valedicturum admitti ad Principis conſpectum &c. Cœterum quod hactenus in literis Principis ad proceres Belgii noſtri tituli ſolerent adhiberi pa-

„Jako ieſt Troitzi teplaja ſluſchebniza, jako
wosderſchawſtwuiet.
„Europoiu, Aſieju, Semleju, Tritzſchaſtnija
Libyi
„Jako trech blagodati, ſoditelniza, jako
chranit
„Slatoja jeſperid. ot dobraja wſia tri

Hoc eſt:

Quærenti mihi dic Sibylla cur coronas
Tres Moſcovia tricoronata habet.
R. Quia eſt trinitatis ſedula cultrix
Quod dominabitur Europæ, Aſiæ, terræ
tripartitæ Libyæ
Quia trium gratiarum genitrix, ſervans
Aurea Heſperidum mala. O bona tria!

Aliis adhuc verſibus, in verba illa Pſalmi

C *Otno-*

parum reſpondentes Rei publicæ majeſtati, ac aliorum Principum exemplo, ut uſus probroſus hic ac indignus tolleretur, obtinui ac pervici, non tamen ſine multo ſudore, quod fruſtra ab oratoribus noſtris ante me iſtam in aulam deſtinatis fuerat tentatum &c. Holmiæ Suecorum a. d. VIII/XVIII Martii cIɔ Iɔc LXLI.

(a) Itineris hujus mentionem quoque infert J. G. GRÆVIUS in epiſtola quam ad HEINESIUM Moſcuæ adhuc degentem ſcripſit, inter reliquas GRÆVII epiſtolas a Clariſſimo BURMANNO editas reperiundam. *Hac hieme* inquit, *tanta fuit hic, ubi cœlo longe fruimur clementiore frigoris acerrimi immanitas, ut vix ejus injuria potuerit in noſtris lectis vitari. Hinc facile licet exiſtimare, quo vos loco fueritis in illo tractu qui* *ver-*

Otnowitſia jako Orla junoſt iwoja. h. e. *renovatur ſicut*

perpetuo frigore riget. Incredibili hac cura, per quam carebam omni delectatione, me iſta relaxavit epiſtola, quæ te Moſcuam incolumem veniſſe nunciat. Sed omnem tamen moleſtiam non exhauſit, nec exhaurietur, antequam te reducem viderimus ſalvum & incolumem.

(b) Aliqua in hac *HEINSII.* epiſtola occurrunt ab odio potius in Ruthenam gentem, quam ſtudio veritatis profecta, quæ nos quidem tantum abeſt ut approbemus ut ne excuſanda quidem penitus eſſe judicemus: quo pertinet, quod *agreſtes atque incultos aulicos Ruthenorum*, appellat: nam etſi Ruthenorum quondam proceres non politis adeo excultisqne, quam nunc ſunt, moribus extiterint, non tamen agreſtes propterea vocandi ſint.

(c) Aliquoties Præſulis hujuſce Rutheni meminit *GRÆVIUS* in epiſtolis ſuis ad alios eruditos ſcriptis. Primum in ſupra laudata *ad HEINSIUM* epiſtola: ubi ſic ſcribit: *In ipſo barbariei penetrali inveniſſe te muſarum κειμήλιον vehementer miror, planeque animum induco meum ab ipſis muſis Tui cauſa eo eſſe perlatum, ut eſſet, quo tuam oblectares ſolicitudinem, & obſidionem. Orationes Photii lucem nondum viderunt. Si a σεβασμιωτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ Paiſio Ligarida illos poſſis impetrare, faxo ut hic edantur.* Deinde epiſtol. apud Burmann. 68. *Ad Paiſium quoque*, inquit, *Ligaridem meas literas videbis propediem*: & in epiſt. 70. *Tu viciſſim fac memineris ad Paiſium Ligariden eſſe tibi literas parandas, quas uti paraturum te, jam ſæpe numero es pollicitus, ſic parari eas mora ſine ulteriore jus faſque eſt, ni mavis meas ſine tuis propediem Moſcuam contendere.*

(d) Putida hæc ſunt mendacia Glorioſiſſimo Principi affecta, inque maleferiatorum hominum ingeniis inſulſis nata; non tam Heinſio quam, qui falſo hæc retulerant, hominibus imputanda.

Tantum quod finieram hanc epiſtolam ab *HEINSIO* ad *Paſtorium* exaratam, cum alia

cccc

ſicut aquila juventus tua, præmiſſis: ſequuntur

ecce *Heinſii* epiſtola, perinde ut ſuperior inedita, ſimilisque propemodum argumenti, ad alium tamen Virum, nempe *JOHANN. PETR. TITIUM*, Dantiscani quondam Gymnaſii moderatorem celeberrimum, ſcripta, mecum a quodam amico meo ſingulari communicatur. Nec hanc igitur pigebit hoc loco adjungere, atque ab interitu forte timendo vindicare; Sic igitur illa habet:

NICOLAUS HEINSIUS
S. P. D.
JOH. PETR. TITIO.

Perveni ante menſem jam quintum ſalvus ad paternum larem, Vir Clariſſime, poſt exantlatos in publicis negotiis animi ac corporis labores haud perfunctorios, præſertim in itinere Ruthenico, ubi vix dixerim, plusne moleſtiæ devorandum nobis fuerit, cum barbara illa (a) & præfracta ingeniorum agreſtium contumacia luctantibus, an cum maxima viarum difficultate conflictatis aſſidue. Non jactarem hæc incommoda, ſi aut eo mentis eſſem robore, ut obfirmare me ſine tædio faſtidioque poſſem adverſus ſummam inſulſæ atque arrogantiſſimæ gentis ruſticitatem, aut iis corpuſculi ſane perquam imbecilli viribus, quæ jactationem moleſtioris viæ diuturnam facile ſuſtine-

tur preces ad Deum, gratias eidem agentes, quod

reret. Nam quod ſalvum me perveniſſe in patriam teſtabar modo, ita interpreteris volo, ut in lucro a me numerari ne neſcire videaris, quicquid lucis etiamnum traho poſt ſuperatas ac diſcuſſas feliciter Cimmerias barbariei tantæ tenebras, quarum meminiſſe animus etiamnum horret ac horrebit, quoad vixero. Sum enim adeo proſtratis viribus, ut & prodeam rariſſimus in publicum, & pedem ex hoc oppido non moverim, ex quo reverſus ſum ad meos. Cum continua præſertim debilitate pedum mihi eſt negotium, quam etſi profligari poſſe ſub vernum tempus uſu thermarum Aquenſium medicorum filii jubent ſperare; metuo tamen ne remedia intempeſtiva adhibenda ſint poſt inveteratum jam morbum. Sed hoc *θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.* Illud pejus moleſtiusque me habet, quod nunciant Leidenſes amici Gronovium noſtrum non poſſe cum valetudine in gratiam redire &c. Nathanaelem Frederum fovebo pro viribus ac officioſe habebo, quando mihi ſeſe is offeret. Juvenem enim non vidi hactenus, miſſis tuis ad me per noſtrum Grævium, una cum munere Jaskiano: pro quo gratias auctori muneris jam nunc per te ago. Nam ne ipſe per literas ſatis poſſim, valetudo prohibet minus confirmata

quod auxilio ſuo dignatus ad optatum finem bibliorum opus perduxerit. Interalia Ducis *Alexii Mirbeatovitzi* in Deum pietate religioneque ſummis in cœlum laudibus elata, Divinæ ſupplicatur Clementiæ, ut ſi quid forte in convertendis bibliis erratum ſit, corrigeac ſupplere ipſa velit. Toti denique orientali Eccleſiæ, omnibusque Græco coetui addictis Slavonica lingua loquentibus, etiam atque etiam hic liber ad ſedulo legendum commendatur, æqui bonique ut conſulere velint, rogatis. (k) Proximum his locum tenet, præmiſſa operi epiſtola, qua quid præſtiterint

ta &c. Vale vir eruditiſſime, & me inter tuos habe, qui tuis ſtudiis immane quantum faveo. Dabam Hagæ Comit. CIϽ IϽC LXXI. III id. Decemb.

P.S. Gronovius animam agit.

(a) Neſcio qua iracundia commotus, privatoque in Ruthenos odio percitus hæc & ſequentia clariſſimus auctor ſcripſerit: certe nimis dura liberiusque, quam par erat, dicta.

(k) Non unum ſed plures operi huic perficiendo manus admoviſſe ex his præloquii verbis patet: iakoſche i mi i „aſchtſcheſa ne moſchtſchiet pregrieſchtſchenii naſchig „i nam ſotruſchda iuſchtſchich ſia dielatalei ne doumic„nim oukratiſa, ili priloſchiſa ili otmieniſa ſam iſprawi. „Hoc eſt: Qui, ſi pro infirmitate noſtra, peccatis noſtris „contracta, eorumque qui nos adjuvant, auctorum im„potentia, vel aliquid deeſt, vel abundat, vel a re alie„num eſt, corrigas ipſe velim. Nomina ipſa vero auctorum qui vel huic vel Oſtrogienſi editioni operas ſuas impenderunt, ſilentio plane involvuntur. Nec aliunde de his conſtat.

Digitized by Google

quid non præſtiterint editores inprimis indicant. Et in prima quidem præfationis parte ſacroſanctum divinarum rerum ſtudium extollitur, juſtumque ei pretium conſtituitur. Hoc unicum veritate fulciri, omnique ſtudio ac contentione dignum: ab hoc denique uno quidquid in vita humana expetendum eſt pendere, graviter ac dilucide demonſtratur. Et quæ hujusmodi generis ſunt alia ad dignitatem, ſcrutinium indefeſſum, principium, ſcopum &c. SS. pertinentia. In cæteris obſervatione dignum ſcitumque illud eſt de Sacro cadice effatum: Ot boga s″ bogom, k″bogu. h. e. a Deo cum Deo, ad Deum, quæ ſic intellgenda verba ſunt: Sacram ſcripturam & auctorem Deum habere, & divina ejus gratia addiſci, & in Dei gloriam converti oportere. Brevius: de virtute verbi divini, in commovendis percellendisque hominum animis, ſumma atque admirabili, aliisque ad ſacram ſcripturam pertinentibus, non aliter, ac orthodoxos recteque ſentientes viros decet clariſſimi editores noſtri diſſerunt. (l) Qua quidem occaſio-

(l) Ut in plurimis doctrinæ Chriſtianæ capitibus Græcorum ſacris addicti cum Lutheranis ſ. Evangelicis nemine non fatente concordant, ita de auctoritate dignitate & efficacia Scripturæ Sacræ, reliquisque ejus attributis pie ac religioſe ſtatuunt. Confer ſi vis libellum meum quondam a me Lubecæ editum de Eccleſia Græca Lutheranizante &c. quem ego libellum ut res tempusque tulerit locupletiorem aliquando accuratioremque emittam.

Digitized by Google

ſione pietatem, ſummaque in cœtum ſacrum merita Principis ſui iterum honorifice prædicant: his præcipue verbis. Sie wiedenie „ſiu premoudroſt wosliubi i wſiska ot iunoſt, „ſwojeja po niekoiego mudrago ſloweſi ne„wieſtu woditi ſbie i liubitel bit kraſot ie„ga, blagowiernii welikii Goſudar Tzar i we„likii knaſ Alexii Michaelovvitz i ne ſebie „iedinomu po Sirachu trudiſa w' ſikanie ie„ja, no i wſiemiſchtſchſchtſchim nakaſani„ja wiedii iako premudroſt ſakrowenna, i „ſakrowiſchtſche. h. e. hanc doctrinam & ſapientiam adamavit expetiitque a juventute (m) non aliam ex ſapientis illius effato ſponſam ambiens, non alia pulchritudine delectatus, ſummæ pietatis ſupremus Dominus, Imperator & magnus *Dux Alexius Michailowitzius* (n) nec in ſuum tantum ut Syracides loquitur, ſed & aliorum, diſciplinam appetentium uſum, inquirendi laborem convertit, non ignorans ſimilem eſſe abſconditam ſapientiam theſauro, nulli hominum patenti.

 His

(m) Slavonicum vocabulum iunoſt, valde conſonat cum latino juventus: & multæ ſunt aliæ voces tam ſibi ſimiles, ut vel latinas quis dicat ex Slavonicis (quod mihi fit vero ſimilius) vel ex latinis Slavonicas progerminaſſe, de quo, ſi Deo voluerit, ac vivamus alibi fortaſſe plura.

(n) De hujus laudatiſſimi Principis vita factisque diarium manuſcriptum rariſſimum in folio, Slavonice conſcriptum ac Petropoli quondam emptum poſſideo: quod etſi in tritis ac vulgaribus maxime occupetur: multa tamen & momoratu digna habet.

Digitized by Google

His verbis, quantum huic Principi Slavonica gens codice ſacro propemodum deſtituta, pro hoc edendorum bibliorum beneficio debeat, ſubjungitur. Primum eſſe ajunt *Alexium Michaliden*, qui de bibliis vel recognoſcendis vel divulgandis ſalutare conſilium inierit: cum nemo majorum ſuorum inſigni regio evinctorum ad hoc animum adjecerit (o). Exponunt deinde quid in hac Moſcuenſi editione (p) præſtitum ſit ſingulare. Primam fuiſſe errorum tollendorum curam. Non pauci quippe in codicemOſtrogienſem irrepſerant typographorum non minus quam editorum translatorumque culpa commiſſi errores, in ipſum Eccleſiæ Græcæ diſciplinam, ut accepimus, ex parte aliqua impingentes, qui ſi non omnes, extantiores certe in noſtro codice ſublati ſunt: pleriſque in margine certo quodam ſigno notatis. At libere tamen ac ſincere ipſi fatentur, loca ſupereſſe bene multa politius a doctis limanda & emendanda majorique cum ſtudio accurationeqne ad Græcam quam

(o) Hoc loco ſancti etiam concilii omnium np. Metropolitarum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum in eandem tum curam incumbentium induſtria ac pietas laudatur.

(p) Clariſſimus Bergius in Moſcuenſi codice deſcribendo paulo diligentior, de Oſtrogienſi nihil aliud fere commemorat, quam ut editionem ejus ſcribat, multo illa ſplendidiorem eſſe. Unde utraſque ab eo oculis ſaltim eſſe uſurpatas, ſuſpicor.

Digitized by Google

quam ſecuti ſunt (q), ſeptuaginta interpretnm verſionem, exprimenda ac conformanda. Hanc eſſe tamen culpam ſuam negant; varia, quo minus accuratioribus ſibi eſſe licuerit impedimenta excuſantes. Primum quidem manuſcriptis, quibus illi tamen, qui ſcriptas jam olim impreſſa corrigunt ac recognoſcunt, inſtructi eſſe debeant, codicibus antiquis fideque dignis caruiſſe. Dein præſto fuiſſe negant in transferendi corrigendique negotio tales, quales ad id rite obeundum requiruntur, Slavonicæ juxta ac Græcæ linguæ bene gnaros & ad minutiſſima quæque accurato ſtudio intentos laborum adminiſtros. Tempora denique cauſantur tranquilla minus bellaque neſcio quæ Ruthenis eorumque Sacris infeſta, quæ præter cœtera multa, hoc ſecum incommodum ferre ſoleant, ut ſcientia plane omnis jaceat cumque religione literæ divinæ pariter ac humanæ ſepeliantur: omniaque vel evertantur, vel impediantur ad religionem amplificandam bonasque artes colendas percipiendasque ſuſcepta conſilia. Magnam quoque hujusce culpæ partem tribuunt maleſanæ quorundam ineptorum hominum, qui jam tum Eccleſiam Ruthenam turbabant, hæreſi, qua

 ni-

(q) Sunt qui vel Hebræum textum vel vulgatam Hieronymi verſionemMethodium æque ac reliquos codice in vertendo ſecutos aſſerunt, quod Pontificii præſertim magnopere defendendum putant: verum irrito plane, ut ex ſequenti capite patebit, conatu.

nihil rectum, nihil orthodoxum, niſi quod antiquis ſcriptis, erroribus licet varii generis quam maxime ſcatentibus (r) conveniat, opinentur. Quo fiat, ut quidquid tandem in antiquis Eccleſiæ libris, cum cura emendatum, & maculis quæ jam dudum inſederant, repurgatum inveniant, non probent, ſed innovatum, ſacroque cœtui damnoſum exiſtiment (s) Horum quantum fieri poſſit vel in-

(r) De erroribus quibus antiquiores libri partim interpretum, partim ſcribarum inſcitia ac incuria paſſim affecti reperiuntur, eorumque errorum cauſis late diſſeritur in ſupra nominato Slavonico manuſcripto ab archimandrita Roſtovienſi Roskolskiorum hæreſi oppoſito Cap. VIII. *de libris veteribus & novis.* Refert. ibidem pleroſque ſacros libros Wolodomiri jam tempore a Græcis hominibus e Cherſone advectis, paucos poſtea a Ruthenis in linguam Slavonicam converſos: verum ut difficillima ſit ex alia lingua in aliam minus notam translatio, plurimis & vocibus & phraſibus paſſim male intellectis, confuſe alia, nonnulla ambigue, perperam pleraque ac vitioſe translata reperiri. Mendorum numerum auxiſſe officii ſui negligentes & indoctos ſcribas, qui vel omittendis aliquot litteris, quod vitium Opis Slavonice dicitur, vel immutandis ac transponendis, vel obſcure pingendis literis, ſæpe lapſi ſint. Tantum tamen abeſſe ut in impreſſis poſtea libris menda expurgata, ut potius adaucta videantur. Quos ipſos tamen mendorum pleniſſimos libros, a *Raskolskiorum* doctoribus vere antiquos (Starii Knigi) & genuinos æſtimatos, legi, ſuiſque unice commendari &c.

(s) Sine dubio enim ſchiſmatici illi, quos *Raskolski* Rutheni vocant, hoc loco innuuntur: quos eo jam tempore ab Eccleſia Græca, vel Ruthena potius divortium feciſſe conſtat. Qui præter cætera quibus a reliquis diſſen-

inſcitiæ vel pertinaciæ cedendum putantes, corrigere omnia, ſi vel maxime ex autographis e Græcia allatis (t) potuiſſent, conſulto tamen noluiſſe. Futurum quippe prævidebant, ut mutatum nimis codicem cane & angue pejus fugientes, his contra ſe verbis uterentur: quam tu nobis apportas verſionem depravatam penitus & corruptam? quid malum! ad nos e Græcia ſervitutis jugo oppreſſa, omnique plane doctrina nunc carenti, allata ſubleſtæ fidei manuſcripta? His aliisque rebus, quæ accuratiorem verſionem tum impediverint obtentui ſumtis inque excuſationem ſui allatis, ſatius quidem viſum fuiſ-

diſſentiunt, doctrinæ momenta, nullos recentioris ævi libros in Ruſſia impreſſos, & vel leviter immutatos ac correctos admittunt, ſed ut hæreticos fideique antiquæ & incorruptæ contrarios damnant eosque averſantur. Hos enim hoc loco indicari, præfationis illa docent. „Suſpicari hoc eos poſſe, qui ex incongrua ſua & inſeſ„ſa penitus opinione, veteres unice libros retinendos ac „legendos, novos omnes, præſertim emendatos de me„dio tollendos clamitent, mala omnia iis apprecantes „qui &c. De his autem Ruthenæ Eccleſiæ ſchiſmaticis, data opera nos agemus, cum totam hujus ſectæ hiſtoriam, quibus doctoribus, quo tempore, qua occaſione exorta, quomodo ad noſtram usque memoriam propagata ſit, ex manuſcripto, quod ſæpius jam citavimus, codice fideliter excerptnm deſcribemus.

(t) Utrum codices bibliorum manuſcriptos, Græcos ac Slavonicos qui in Moſcuenſi bibliotheca aſſervantur, præſertim antiquiſſimum illum & pretioſisſimum quatuor Evangeliorum codicem Græcum in ſubſidium vocaverint: non conſtat. Vero ſimile tamen eſt cum, niſi fallor, jam tum adfuerint.

Digitized by Google

fuiſſe dicunt, in tempus magis opportunum hoc edendorum bibliorum negotium differre, quam minus accurata emittere. Sed morem gerendum fuiſſe juſſui ac voluntati Summi Ducis, impreſſionem urgentis, ſapienterque ita judicantis: conſultius eſſe præſentibus quibuſcunque uti, quam longiori mora interpoſita animorum populi ſui ſalutem negligere ac retardare. (u)

Ad calcem præfationis nonnulla a ſe correcta loca ſpeciminis loco afferunt. Ita in libro Geneſ. cap. 42. v. 3. pro isjadoſcha ſedmie kravv, hoc eſt & comederunt ſeptem vaccas, in Slavonica Oſtrogienſi editione perperam impreſſum legitur i Vidoſcha ſedmie kravv,

(u) Nos quidem de nullis antea jam luci expoſitis bibliis commemoratum quidquam legimus. Nec doctisſimus clarisſimusque *Joh. Leonh. Friſchius*, in diſſertatione de Slavonica lingua, poſteriori, cap. ſecundo hiſtoriam Ruſſiæ typographicam brevisſimis quaſi lineis depingens, ullius ante Moſcuenſem Alexii Principis auſpicio adornatam editionem, viſæ meminit. Verba ejus digna quæ apponantur. Ruſſi, inquit ab urbe Moſcovia (vel potius Moſcua) ſede Tzaris, Moſcovitæ dicti non inter ultimos fuerunt qui typographias inſtituerunt. Primam quidem Tzaris *Johannis Baſilii* filii *Iuvan Baſilevvitz* curæ debent. E qua anno mundi 7072. prodierunt Evangelia, Acta Apoſtolorum & epiſtolæ Apoſtolorum, poſtquam integrum decennium Typographiæ hujc adornandæ inſumptum eſt. Typographi primi fuerunt *Juvan Hoderſon*, & *Peter Timoſieſſon*. Poſt hæc vero integra biblia juſſu *Alexii Michaelovvitſch* in lucem edita ſunt & quidem ut in titulo hujus editionis Ruſſi fatetur (forte fatentur) literis Oſtrogicis ſecundum iſtud vetuſtum exemplar (1581. editum) correcta.

Digitized by Google

kravv, h. e. & venerunt ſeptem vaccæ & in Judith. cap. 1. lin. 3. pro jegda tum impreſſum eſt ggo. (x) Finitur tandem præfatio verſibus quibusdam Slavonicis, Stichi (y) Slavonice appellatis, quibus ad biblia ſedulo legenda ac veſtiganda lectores excitantur: ſic incipientibus: Wſakago tzſchina pravvoslavvnii tzſchitateliu, goſpodu bogu blagodarenije vvosdai, jako blagodateliu &c.

§. 9.

Subſequitur in codice noſtro ſeries & ordo librorum Veteris & Novi Teſtamenti, Slavo-

(x) Hæc vox contracta eſt & per compendium ſeu abbreviaturam ut barbare vulgo vocant, ſcripta, id quod ſuperpoſita curva linea indicat. amant enim hujusmodi literarum compendia Rutheni. In impreſſis libris non adeo frequentia ſunt, in manuſcriptis autem libris frequentiſſima, quæ obſcuriſſimam propterea ſcripturam & difficillimam lectionem efficiunt. Unde merito clariſſ. *Friſchius* c. 1. diſſ. prima pag. 9. furorem calami calligraphicum & tachygraphicum reprehendit, cæterum de his ſcribendi compendiis, literisque ſuperpoſitis lineis eundem *Friſchium* cit. loco p. 16. ubi quomodo abbreviaturæ legantur aperit.

(y) Finita præfatione tempus locusque impreſſionis accuratius indicatur. Scilicet decimo nono anno regiminis *Alexii Michaelovitzii* 20. ætatis filii Principis *Alexii Alexovitzii* primo, & *Theodori Alexovitzii* tertio anno (hi poſtea ambo mortui ſunt) a condito mundo 7072. Error itaque ſine dubio typographicus eſt apud clariſſ. *Friſchium*, quando hoc ipſo 7072. anno Evangelia aliosque libros ex prima Ruſſiſiæ typographia, quam *Johannis Baſilidis* curæ adſcribit, prodiiſſe memoratur. In qua typographia impreſſi libri nulli hodie conſpiciuntur; nec aliqui fortaſſe prodierunt.

vonice Riadovvii Tzſchin, (a) h. e. conſtitutus vel verus ordo dictus. Atque hunc ordinem ab eo qui in ſeptuaginta virali, (Schmidii ſaltim editione) verſione ſervatur, paulo diverſum eſſe animadvertimus. Cum enim ibi poſt Nehemiam ſequatur ΕΣΘΗΡ, Ιωϐ, *ψαλμοι*, in Slavonico codice, Nehemiam liber ſecundus & tertius Esdræ (b) Esdram Tobid. h. e. Tobias, & hunc rurſus Judith atque Eſther, hos denique Hiobus & Pſalterium excipiunt. Deinde in Slavonico cantici canticorum librum e viſtigio ſequitur ſapientia Salomonis, qui contra ea in ſeptuaginta virali verſione Prophetis eſt poſtpoſitus. Jeremiam ſequitur Baruch, qui in Græco codice inter Prophetas vix numeratur, ultimumque fere Veteris Teſtamenti locum tenet. Omiſſi denique in Slavonico codice, libri ſunt Apocryphi *ἡ ἐπιςολη Ιερεμιȣ, των τριων παιδων αἰνεσις, Σωσαννα* &c. His de collocatione ſacro-

(a) Hæc fortaſſe vox Slavonica ortum habet a Rada Pactio: quia hic ordo ab Eccleſia ſemel ordinatus ac conſtitutus eſt. *Tzſchin* ordinem ſignificat, quod & de ſacro munere uſurpatur.

(b) Non deſunt hi libri in Græco, ſed in alium tantum locum ſunt conjecti. Nimirum ſecundus ſequitur Malachiam, qui Slavonice ſic incipit: I ſotworil Joſia paſchu wo Jeroſolomie goſpodu bogu ſwoiemu, i poſche paſchu &c. h. e. & agitavit Joſia paſcha Hieroſolymis Domino Deo ſuo, quæ verba Græce ſic redduntur. *καὶ ἤγαγεν Ιωσιας το πασχα* &c. Tertius Esdræ liber in nonnullis editionibus non repetitur, qui in Slavonico ſic orditur. Wtorije knigi Jesdri Proroka, ſina Aſariewa, h. e. ſecundi libri Esdræ prophetæ, filii Aſriæ &c.

crorum V. T. librorum paululum immutata prælibatis, non opus eſſe arbitror ſeriem librorum ipſam apponere, vel hinc facile colligendam. Tantummodo hic titulos ac inſcriptiones librorum a Græco & Hebraico deflectentes vel obſcuriores exponam evolvamque. Vetus Teſtamentum ipſum vocatur vvetchii ſavvîeta: quorum poſtremum ſine dubio a ſavvieſchtſchavvaju: δια ταῦτω derivatur. Primus liber MoſisBitija: h e. exiſtentia, ſive ortus(c) alter isgod. h. e exitus, quartus tzſchisla: h.e. numerus: quintus liber vvtorija ſakon: h. e. ſecunda lex appellatur. Joſua vocatur Iiſus Nanin, ſecundum Græcos interpretes Ιησυς Ναυη. Judicum libri inſcribuntur Sudei Iſrailevvich, h. e. Judices Iſraelitici (d) Quatuor libri regum vocantur Slovve ſadnii. Eccleſiaſtes (e) vocatur quoque Tzſcherkovvnik

(c) Hoc vocabulum idem ſignificat quod γενεσις, ac derivatur ſinedubio a Biwaju: ſum, exiſto, procedo.

(d) Sudija. Slavonice, judiciem.

(e) Tzſcherkow, apud Slavos Eccleſiam ſ. templnm ſacrum denotat: Ruthenice dicitur Tzſcherkwe. Simile quodammodo illi eſt germanicum Kirch. longius tamen diſtat, quam ut ſecure hinc derives. Variæ ſunt alias doctorum de Germänicæ vocis etymologia ſententiæ, quorum alii ab Hebræo, alii, ut celeberrimus *Diecmannus*, in peculiari de hac voce ſchediaſmate, a Græco, derivare conantur. Nobis veroſimilior fit ex Slavonica lingua derivatio. Sero quidem ad Slavos cum religione templa pervenerunt, at nihil inde ſententiæ decedit. Forte ex iis eſt vocabulum, quæ ex paganiſmo inChriſtianum cœtum transſumta Quis enim templis plane caruiſſe cum pagani eſſent negaverit? Saltim templo analogum ut Scythæ ipſi habuerunt, Omnium

nik, quod idem ſignificans vocabulum eſt. Proverbia Salomonis appellantur Pritzſchti Salomoni. Canticum canticorum Piesni,pieſnem dicitur. Sapientia Salomonis Premudroſti Salomon; Propheta Jeſaias Jiſus Prorok (f) Threni Jeremiæ vocantur Platzſch Jeremievv &c.

§. 10.

Librorum Novi Teſtamenti hic titulus adhibetur: Oglavvlenie knigi novvaiu ſavvieta, h. e. index librorum novi Teſtamenti: eidemque hæc verba præmittuntur: Priide bo iſtinna goſpod naſchtſch Jiſus Chriſtus, ſin i slovvo boſchie na tzitajet Evangelie. h e. Exiit enim verus Dominus JEſus Chriſtus filius & gloria divina ad prædicandum Evangelium. Evangelia & acta apoſtolorum, quæ Dieliania Apoſtolskaia nuncupantur communem ordinem ſequuntur. Hæc epiſtola excipit a S. Jacobo ſcripta, hanc Petrinæ, has Johanneæ; has Judæ. Quintum locum tenet epiſtola ad Romanos (a) ſextum utraque ad Conrithios; ſeptimum epiſtola ad Galatas, octa-

um optima ac convenientisſima, minimeque coacta videtur ex Slavonico vocabulo *Kerkaju* ſepelio derivatio, Notum quippe in vulgus eſt primæ Eccleſiæ Chriſtianos, iis ipſis quibus mortui ſepeliebantur locis, ſaciorum celebrandorum gratia primo conveniſſe.

(f) Protok compoſitum eſt ex pro ante & reſchtſchiu dico: quaſi prædicens.

(a) Slavonice vocantur k"Rimlanom poslanie. h. e. ad Romanos literas. Poslanie n. vocatur epiſtola.

octavum ad Epheſios, nonum ad Philippenſes: Decimum ad Coloſſenſes: undecimum utraque ad Theſſalonicenſes (b) duodecimum utraque ad Timotheum, tertium decimum epiſtola ad Titum, quartum decimum ad Philemonem, quintum decimum denique locum epiſtola ad Hebræos (c) data tenet. Poſt illa Apocalypſis Johannea.

§. II.

Catalogo librorum ſacri codicis ſubjicitur brevis expoſitio argumentorum in unoquoque V. & N. Teſt. libro contentorum. Slavon. Oglaweni knigi wetgago i nowago ſawieta. Ita e. g. libro bitija, ſ: geneſeos argumentum tale præmittitur, quod partim de creatione univerſi, partim de turris Babylonicæ ſtructura linguarumque diviſione &c. lectorem inſtruit. Horum ſummariorum quæ vocant, Bergius quoque mentionem fa-

 cit

(b) Slavonice k"ſulunenom: h. e. ad Theſſalonicenſes.

(c) Eodem ordine has epiſtolas canon quinquageſimus nonus Synodi Laodicenæ anno Chr. 464., congregatis ad eam ex diverſis Aſiae Provinciis patribus, habitæ, eo ipſo, quo libros Veteris & N. Teſtamenti canonicos & regulares a non canonicis ſejungit, loco enumerat. Quæ quidem ſynodus cum tanti olim habita ſit, ut facti in illa canones in codicem canonum Eccleſiæ univerſæ recepti ſint, non mirum eſt Eccleſiam Græcam ejusque filiam Ruthenam, ad ſupra commemorati canonis amusſim normamque ſacrorum librorum ſeriem ac poſitum ordinaſſe. conf. Joh. Georg. Pritii introductionem in Novum Teſtamentum p. p. 16. 17. & cap. de epiſtola Jacobi, p. 40.

„cit his verbis. (d) Sed & Veteri Teſtamento „præfatio prolixa præmittitur & hinc ſubjun„guntur ſummaria ſ. præcipua capita cujusque „libri, ex quibus contenta facile poſſunt a le„ctoribus addiſci & memoriæ mandari. Non omnibus tamen libris brevia tantummodo ſummaria, ſed & integræ nonnullis præfationes præfixæ ſunt. Ita e. g. Pſalmis introductionis commentariique inſtar præmiſſa eſt epiſtola Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini ad Marcellinum, qua obſcuriora libri loca illuſtrantur. Titulus hic eſt: iſchvvos„vviatich otzſhia naſchtſchego Athanaſia (e) „Archiepiſcopa Alexandriskago k' Markeli„nu o tolkovvani Pſalmovv Poslanie. h. e. ſanctiſſimi patris noſtri Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini ad Marcellinum de explicatione Pſalmorum epiſtola. Hujus tale eſt initium: Pochvvalaju tvvoju jeſche ot Chriſtie vvoliu Prevvosliublenne Markeline &c. Non ſingulis autem Veteris Teſtamenti libris argumenta ſunt appoſita: quod factum in Novo eſt. In Matthæum præfatio reliquis eſt longior, auctore Theophylacto

(d) Vide Nicolai Bergii egregium librum de ſtatu Eccleſiæ Ruthenæ pag. m. 103. edit. Lubecenſ. prima n. edit. eſt Holmienſis: Lubecæ poſtea recuſa, utræque in 8vo prodierunt.

(e) Rutheni legunt Aphanaſia: Græcorum hodiernorum quibus hanc literam acceptam ferunt, pronunciationem imitari.

cto Bulgariæ Archiepiſcopo, (f) ſicque inſcriptus. „ Theophilacta Archiepiſcopa Bolgarskago predeslovvie , ieſche ot Mathea ſvviatago evangelia : h. e. Theophylacti Archiepiſcopi Bulgarici præfatio quæ in Matthæi ſancti Evangelium. Præfatio ipſa ſic incipit. „Iſche ubo preſche ſakona oni boſchtvvonii „Muſchie ne piſanmi &c. In ea quæ Divi Lucæ Evangelio præmiſſa eſt diſſertatiuncula, Antiochenum natione , profeſſione medicum fuiſſe, diſciplina quavis excultum , nec Hebraicæ ignarum linguæ ſcribitur : (g) cum quo tamen aſſerto minime cohærent ea quæ de eodem hoc Evangeliſta , in acta apoſtolorũ præfati ſcribunt: pictoriæ ſcilicet artis tantummodo peritum fuiſſe :(h) porro Hieroſoly-

D 2 mas

(e) Eſt hic Theophylactus Acridæ in Bulgaria epiſcopus circa a. 1070 clarus. De quo cum Bellarminus, Labbeus ipſeque Caveus ſtricte nimis egiſſet, tanto accuratior in eo recenſendo eſt Caſimirus Oudinus Tom. II. de ſcriptor. Eccleſ. p. 707. Patria Conſtantinopolitanus, Chryſoſtomi ipſiusque ſcriptorum maximus admirator fuit. De hoc inter alia Oudinus non ſub Michaele Theophili filio, quem Porphyrogenetum vocant, nec ſub Baſilio Macedone, ſed Romani Pontificis Alexandri II. imperio vixiſſe, aſſeverat. Præſens hæc Predeslovvenie deſumta ſine dubio eſt ex ejusdem in quatuor Evangelia commentariis, quæ in plurimis adhuc bibliothecis, variis ſub indicibus manuſcripta aſſervantur.

(g) Slavonice ſic ſcribitur Antiochianin oubo bie rodoi wratzſch ſche Chitroſtuo i wnieſchnei mnog. h. e. Antiochenus natione in arte autem medicus, & in diſciplinis multis &c.

(h) Primariam, quam profeſſus eſt, artem pictoriam debere dici

mas eo, quo Chriſtus Evangelium profitebatur, tempore perveniſſe ajunt. de quo tamen alii ſcriptores tacent. Evangelium ſuum decimo quinto poſt adſcenſionem Chriſti anno literis mandaſſe, ipſo Evangelii initio adducti exiſtimant. Meminere quoque incredibilis illius in Paulum Apoſtolum amoris, eumque ut perpetuum ac indivulſum ſe illi comitem dederit, effeciſſe. (i) Ut de reliquis jam librorum argumentis, quibus ſola Johannis Revelatio caret, nihil commemorem, (k) §. 12.

dici plurimi ſcriptorum affirmant. Medicinam tamen alii. ſ. Phyſicam ſubſtituunt. Ita n. Reading. in vita ejus Anglice conſcripta: he bekame, inquit, particularii well skilld in Phyſik, wich he made his profesſion. Pictoriæ arti ſe dediſſe in cæteris Pritio negare viſum eſt.

(i) Cum Evangeliſtæ cujusqne imago in Evangelii ipſius limine depicta compareat, Apoſtoli Lucæ ſic adumbrata eſt effigies, ut ſexangularem ſuperne crucem conſpicias, violentæ, qua periit, mortis genus indicantem. Notum enim eſt in Græcia Evangelii annunciati cauſa, affixum cruci periiſſe. Nicephorus ab arbore ſuſpenſum credit. Tam indiviſi cœterum comites Paulus & Lucas extiterunt: ut vix in morte ipſa alium alius reliquerit. Amicitiam eorum ſummam deſcribit Readingius p. 230. his verbis. That Luke became St. Pauls Companion in Travels and Follow labourer in the work of the miniſtry is evident from both their writings. &c. He followvd' him in all his dangers.

(k) In Johannis effigie radiis circumdatus in antro ſedens juvenis conſpicitur librum cui calamo inſcribit manu tenens: addito verbo Prorok, h. e. propheta. A juvenis latere barbâ ſtat promiſſâ ſenex; cujus ſuperne capiti hæc inſcripta ſunt. JOAN. BGSLOW. h. e. D. Johanni Benedicto.

Digitized by Google

§. 12.

In calce totius operis ſequitur hoc indice tractatulus: Sowornik Dwanadeſatim Meſezam. h. e. collectio duodecim menſium, in quo, menſium ordine ſervato, quinam ſacris diebus, in Evangeliſtæ, Apoſtoli, ſancti aut martyris, quisquis ille ſit, memoriam textus biblici in templis adſtanti populo prælegendi ſint, docetur: quales e. g. Menſe ſeptembri die natzſchalo, indicta, &c. h. e. initio novi anni & feſto beati patris Simeonis Columnaris, Slavon: Stolpnika dicti, ex Evangelio particulæ recitentur. (a) Succedit alius tractatus, qui ſic inſcribitur. Okaſanie glavvam Evangelikim outrennim apoſtolom i evangeliam is wieſtno ſedmizam vvſego lieta &c. h e. ordo vel & enumeratio capitum Evangelicorum matutino tempore legendorum, Apoſtolorum & Evangeliorum conſtituta. Non omittendum hic, ſed verbo indicandum eſt, quomodo generatim primo, deinde & ſpeciatim Novum Teſtamentum a Ruthenis diſpeſcatur. Generatim illud in binas partes Evangelii & apoſtol. (b) hoc eſt Evangelia

(a) Eſt hic Simeon στυλίτης, qui ut Græce a στύλος columna ita Slavonice a ſtolp columna ita nuncupatur, junior ſine dubio, qui ſeculo VI. vixit, qui ut a ſeniore ſeculi V ti Stylita diſtinguatur, junioris cognomen habet. Uterque autem Stylita dictus, quod in columna quadam in ſolitudine excitata ſolitariam & a celebritate hominum remotam vitam agebant.

(b) Græci eodem modo dividunt. vid. Allat. de libris Eccl. Græcorum.

lia & apoſtolica ſcripta dividunt. Quorum illud quatuor Evangelia hoc autem Acta Apoſtolorum & epiſtolas cum revelatione Johannea complectitur. Speciatim ſingula ſacrorum librorum capita in certas portiunculas, quas Satzſchali vocant, diſtribuunt. Sunt autem Satzſchali certæ ut diximus ſacri codicis particulæ in Eccleſia conſtitutis temporibus recitandæ non a ſatzſchinaiu ordino, ut nonnemo ſuſpicetur, ſed a natzſchal initium ſic dictæ. Mentionem quoque earum feciſſe video clariſſ. Dom. Nicolaum Bergium in ſæpe jam laudato de Eccleſiæ Ruthenæ ſtatu libro: ubi pag. 107. Præter diviſionem, „inquit, in certa capita noſtris reſpondentia, „plerumque (c) in minora fragmenta N. T. „quoque dividunt Zaczalas (d) ſ. inceptio„nes, ita ut apud Moſcovitas Matthæus ha„beat capitula 116 pleraque adeo parva ut „tribus aliquando tantum conſtent verſibus. Marcus 71. Lucas 114 &c. idque ad imitationem Græcorum feciſſe recte putat, qui N. T. in περικοπας dividunt.

CA-

(c) Non plerumque ſed ſemper in omnibus Bibliis, Pſalmis & Evangeliis hoc faciunt.

(d) Non ſaczalas, ſed ſatzſchalas ſcribendum erat: cum Slavonica litera hanc & ſcriptionem & pronunciationem poſtulet.

CAPUT II.

DE PRIMO SLAVONICÆ BIBLIORUM VERSIONIS AUCTORE.

CONSPECTUS CAPITIS.

§ 1. Hiſtoriam de vero Slavonici codicis interprete jampridem in controverſiam vocato brevi complectitur.

§ 2. Num *Sancto Hieronymo* prima verſio Slavonica vindicari queat Auctori?

§ 3. Argumentorum pro *Hieronymo*, ut creditur, pugnantium expoſitio.

§ 4. Refutatis his argumentis, *Hieronymum* auctorem falſo dici oſtenditur: qua occaſione & de alphabeto duplici Slavorum *Cyrillico* & *Glagolitico* diſſeritur, neutriusque auctorem eſſe *Hieronymum* probatur.

§ 5. *Joh. Georgii Stredovskii* Pontificii ſcriptoris objectio ſpecioſa diſſolvitur.

§ 6. Quæ res hunc errorem de Slavonicæ bibliorum verſionis auctore *Hieronymo* genuerit: & quis adjuverit eum.

§ 7. *Methodium* ac *Cyrillum* eosque ſolos verſionis auctores dicendos liquido confirmatur.

§ 8. *Methodii* ac *Cyrillii* genus, patria, vita denique ac facta breviter ſummatimque exponuntur.

§ 1. Quod

Digitized by Google

§. 1.

Quod libris vel deperditis, vel iis accidit, quorũ auctores ignorantur, ut ab aliis alius auctor his tribuatur: idem & codici ſacro in Slavonicã linguam translato contigit. Ab illo enim quo vel auctoris ipſius nomen ignoratum, vel ipſa bibliorum verſio (a) deſiderari cœpit, tempore de vero libri auctore varie disceptatum eſt. Tres autem potiſſimum ſunt inter ſe diſſentientes familiæ. (b) Quorum alii quidem *Hieronymum* Eccleſiæ Latinæ doctorem, alii *Methodium* ejusque ſocium verſionis auctorem habent: alii vero incertam plane rem eſſe ajunt, nec *Hieronymo* magis quem *Methudio* aut cuivis alii verſionem attribuunt. (c) Primam ſententiam, ut magis com-

D 5

(a) Prima *Methodii* verſio inter amiſſas ſine dubio referenda eſt. Saltim an ea ipſa ſit, quæ hodie in Slavonicis coetibus legitur & uſurpatur, non certo conſtat, nusquam enim quod ſciam manuſcriptum quoddam Methodiani codicis exemplar cum quo conferri illa poſſit reperitur.

(b) Reliquis accuratior in his recenſendis eſt *Jacobus le Long* Tomo primo *Bibliothecæ ſacræ* (editionis Pariſinæ de ao. 1723. in fol.) Articulo VI. p. 453. Sect. 1. a quo nonnulla prout opus ac viſum eſt mutuabimur.

(c) Nonnulli Cyrillum eumque ſolum ejus auctorem ſtatuere videntur. in cæteris Theologus noſtras, non unus e multis *Chriſt. Kortholtus* in libro *de variis Scripturæ editionibus* his verbis p. 373. *Dicuntur etiam Slavi verſionem habere Biblicam in lingua vernacula Cyrillo auctore* &c.

communem plerique Pontificii ſequuntur. Totam *Bohemorum* gentem jam olim eadem opinione imbutam fuiſſe legimus. (d) Nec ab ea diſcedit præcipuus eorum ſcriptor *Dubravius*, (e) tam indubitatum hoc eſſe ſibi perſuadens, ut ſuo tempore *Hieronymi* verſionem ipſam extitiſſe, eamque Dalmatis reliquisque Illyricis populis in uſu fuiſſe fidenter aſſerat. Immovero tempus ipſum, quo popularibus hanc ſuis translatam dederit, determinat. Nimirum *Gratiano* ac *Theodoſio* imperium gerentibus id factum tradit. In eadem opinione videtur eſſe *M. Joh. de Thvvrotz* in *Chronic. Hungar.* (f) Itemque „Slavi, diſtrictus de *Lipena*, duræ cervicis po„pulus ad fidem erat converſus, & baptiza„tus, cui ſacerdotes catholici *ſecundum trans„lationem B. Hieronymi* Doctoris, S. MatrisEc„cleſiæ ſacramenta miniſtrarunt &c. Nec adeo mirum ſit Pontificiæ diſciplinæ homines, quibus *Hieronymi* illa translatio bibliorum tanto in honore eſt, ut etiam linguis authenticis eam propemodum anteponant, hanc ſententiam tenere. Lutheranos autem ipſos, in eandem pedibus ire, cui non inopinatum accidat? Ex his *M. Abrahamus Frentzelius*

(d) In libro I. *Hiſtor. Bohem.* & Legongius. l. c.
(e) In eandem ſententiam pedibus ivit Weleslavinus in *Calendar. Hiſtor.* 30. Septemb.
(f) Cap. XLVII. p. 108. qui auctor junctus reperitur aliis *Bohem.* ſcriptoribus in Tomo *rerum Hungaricarum* Francofurti 1600. in fol. edito.

Digitized by Google

lius Coſela-Luſatus, verbi divini miniſter *Schonavienſis*, in præfatione ad librum *de originibus linguæ Sorabicæ* (g), quamvis verba illa ex *Hieronymi* epiſtola ad Sophronium, ad probandum eum Slavonicæ verſionis auctorem, plerumque afferri ſolita: *meæ linguæ hominibus dederim* &c. ad verſionem Hieronymianam minime trahi velit: rem tamen ipſam non negat, ſed diſertis verbis Hieronymum Slavonicorum bibliorum interpretem facit. Nec errantium hic numero plane eximendus eſt Clariſſimus doctiſſimusque noſter *Bergius*, qui cum eandem eſſe cum *Hieronymi* Dalmatica verſione, Ruthenam ſeu Slavonicam potius non aſſerat: *Hieronymo* tamen conſcriptam lingua Dalmatica verſionem Rus-

(g) Hæc præfatio præmiſſa eſt libro primo 1693. in 4to Budiſſæ edito, de vocabulis Sorabicis materialiter & formaliter Ebræis agente. In præfatione de Slavon. gentis origine, iisque omnibus, qui Slavonicam linguam vel calluerunt, vel ornarunt atque amplificarunt, viris; quibus præter Helmoldum aliosque Hieronymum quoque annumerat: denique & de antiquis Slavonicæ gentis provinciis ac terminis verba facit. Liber ipſe non adeo magni momenti eſſe videtur: plerisque derivationibus ex Hebræo fonte, coactis longeque petitis, quo factum eſt, ut ſententiam ejus adeo operoſe ſpiſſoque volumine propoſitam eruditi omnes riderent. vide de hoc libro pluribus judicantem clarisſimum ac doctiſſ. virum *Chriſt. Henric. Weisſium* in antiquitatibus MiſnicoSaxonicis 1727. 8vo Chemnitii editis. Cap. de lingua Sorabica &c. generatim ita judicat: Hebraicam ego linguam ut ſanctam veneror: ut omnium quæ ſunt linguarum genitricem non ita ſimpliciter & nude agnoſco.

Ruſſica illa priorem haud abjudicet. Si Mos„covitica, inquit Translatio eadem eſt, „quam *Hieronymus* in lingua Dalmatica exhi„buit, quæ Slavonica, vel ejus dialectus, cum „certum ſit, quod extiterit ejusmodi biblio„rum verſio, licet auctores ignorati &c. „*Hieronymo* utique tribuenda quoque Moſco„vitica, ſed ut verum fateamur non videmus „cur ab illuſtris *Scaligeri* ſententiâ receda„mus, qui obſervavit, extare translationem „in linguam Slavonicam Hieronymi, Dal„matica poſteriorem, charactere Serviano, „non ut illa Hieronymi Dalmatico; & hanc „ipſam eſſe, cujus in Moldavia Ruſſia &c. ho„dieque uſus eſt. At unum evitare errorem ſtudens vir doctiſſimus in alterum incidit. Quisquis enim alterutram harum verſionem *Hieronymo* tribuit, utramvis ei quodammodo vindicare exiſtimandus eſt. Tanta enim eſt utriusque linguæ convenientia, tantaque verſionum ſimilitudo, ut qui unam perpigerit, alteram quoque adornaſſe, facillime evincatur. Non defuere tamen ex noſtratibus ipſisque Pontificiis, qui nimiam ita ſentiendi audaciam temeritatemque facile animadvertentes *Methodio*, id quod ſuum erat poſtliminio vindicarunt. Poſtre-

Citato loco Frentzelius: ſcilicet exemplaria, inquit, omnia verſionis utriusque *Hieronymiana* & *Methudiana* (Cyrillianam alii vocant) omnia fere ad Turcas ſ Chriſtianos ſub Turcis viventes abiiſſe intellexerunt *Primus Truberus* & *M. Georg. Dalmatinus* &c.

remus non eſt graviſſimus ille hiſtoriarum ſcriptor *Cromerus*, eodem quo nos poſtea adverſantium dicta refutabimus, argumento adverſus *Dubravium*, modo commemoratum uſus, nemini niſi *Methudio* & *Cyrillo*, duobus Slavicæ nationis Apoſtolis, non modo D. *Hieronymo*, ſed etiam *Mauritio* imperatore longe poſterioribus (i) verſionem adſcribit. Ex recentioribus qui verſionem *Hieronymianam* ceu inane figmentum exploſerunt duos tantummodo, ſed qui inſtar omnium eſſe poſſunt Viros nominabo: *Richardum Simonium* & *Joh. Albert. Fabricium*, per totum qua patet literarium orbem celebratos. Quorum ille in *bibliotheca Veteris Teſtamenti* (k) contra Waltonum tuetur, *Hieronymum* non magis Verſionis Slavonicæ, vel Dalmaticæ, quam vel *Armenicæ*, *Chryſoſtomum* vel *Gallicæ antiquæ Carolum quintum* auctorem vocari oportere. Hic vero np. celeberrimus *D. Fabricius* in *Bibliotheca Græca* Volum. VII. (l) „Solet etiam, inquit, *Chryſoſtomus* a quibus-dam

(i) Scripſerat *Dubravius*, ſub *Theodoſii* & *Gratiani Imperatorum* imperio *Hieronymum* biblia tranſtuliſſe. his ita reſpondet Cromerus lib. 1. de rebus Polonicis Cap. „XV. In hoc quem auctorem ſecutus ſit, præter vulgi „opinionem non invenio. Quid autem ſi translationem „illam Cyrillo auctori non modo Hieronymo ſed etiam Mauritio imperatore longe poſterioribus adtribuamus?

(k) p. 490. Tout cela, inquit, eſt fort incertain & meme faux pour la plus part &c.

„(l) p. 682. id- lib. IV. p. 79. Quæ de antiqua, inquit, Sla-„vo-

„dam venditari auctor Verſionis Armenicæ „Bibliorum, ſed quam non minus quam „Slavonicam *Hieronymo* tributam chimæris „accenſere licebit. Multis eruditornm το ἐπεχειν hic quoque placuit, totam hanc rem incertam eſſe affirmantibus nec indubitanter poſſe alicui, præſertim uni & ſoli, quicunque ſit, verſionem Slavonicam trbui ac vindicari. Apud antiquos certe ſcriptores vel nullam omnino vel raram admodum illius mentionem eſſe factam diffiteri non poſſumus. Meminiſſe ejus cuiquam videatur *Theodoretus* ante *Hieronymi* ſeculum jam clarus, lib. 5. de curandis Græcorum affectibus, ubi ſic ſcribit: Πασα γαρ ἡ ὑφ᾽ ἡλιῳ τωνδε των λογων ἀναπλεως· Και ἡ Ἑβραιων φωνη ου μονον εἰς την των Ἑλληνων μετεβληθη, ἀλλα καὶ εἰς την τῶν Ρωμαιων καὶ Αιγυπτιων, καὶ Περσων καὶ Ινδων καὶ Αρμενιων καὶ Σκυθων καὶ Σαυρομαλων, καὶ συλληβδην εἰπειν, εἰς πασας τας γλωττας αἷς ὡπαντα τα ἐθνη κεχρημενα διατελεῖ. h. e: ex „verſione Sylburgii: Univerſa enim facies „terræ, quantacunque ſoli ſubjicitur, ejusmo„di verborum plena jam eſt: Hebraici vero „libri, non modo in Græcum idioma conver„ſi ſunt, ſed in Romanam quoque linguam, Ægypti-

„vonica ſacrorum bibliorum verſione ad *Methodium* vel *Cyrillum* aut falſo etiam ad *Hieronymum* auctorem relata plerique narrant, de induſtria prætereo. Clariſſ. *Lelongius* loc. cit. p. 435. Quid ipſe potiſſimum, in„quit, ſequar, neſcio: in *Chriſtanni* & *Cromeri* ſen„tentiam inclino, præſertim cum non ſatis conſtet an „S. *Hieronymi* temporibus *Slavi Illyricum* tenuerint, &c.

„Ægyptiam, Perſicam, Indicam, Armenicam-„que & Scythicam, atque adeo Sauromaticam: „ſemelque ut dicam in linguas omnis, qui-„bus ad hanc diem nationes utuntur. Verum enimvero ſi veterum res geſtas & antiqua fide digna hiſtoriarum monumenta fideliter perluſtrantes, quænam hoc loco Scythica quæ Sarmatica, vel Sauromatica gens ab auctore indicetur perquirimus; per neutram ab eo commemoratarum verſionum, nec per Scythicam, nec per Sarmaticam intelligi Slavonicam antiquam poſſe, conſtabit. Scythicæ quidem gentis hiſtoria, ſive originem ejus, ſeu amplitudinem propriasque ſedes ſpectes, impedita valde eſt, multisq; etiamnum tenebris involuta. At non deſunt tamen, qui valde eam dilucidarunt, magnaque induſtria expoſuerunt, atque ex ultima antiquitate eruere conati ſunt ſcriptores. Præter cœteros conſulendus eſt celeberrimus, eruditiſſimusque Vir, præcipuis noſtri temporis hiſtoricis annumerandus, Verbi divini miniſter in Hungaria meritiſſimus, *Matthias Belius*, in Prodromo Hungariæ antiquæ & novæ Noribergæ 1723. majori forma editæ: capite I & ſequentibus; ubi de origine primum Scytharum, deinde de primis eorum ſedibus, tum de migrationibus & coloniis: deinde de religione, poſtremo de lingua, ingeniis, ſapientia, bellis, coloniisque breviter ſed erudite agit, accuratius aliquando, multoque il-

luſtri-

,,dam venditari auctor Verſionis Armenicæ ,,Bibliorum , ſed quam non minus quam ,,Slavonicam *Hieronymo* tributam chimæris ,,accenſere licebit. Multis eruditornm το ἐπεχειν hic quoque placuit, totam hanc rem incertam eſſe affirmantibus nec indubitanter poſſe alicui, præſertim uni & ſoli, quicunque ſit, verſionem Slavonicam trbui ac vindicari. Apud antiquos certe ſcriptores vel nullam omnino vel raram admodum illius mentionem eſſe factam diffiteri non poſſumus. Meminiſſe ejus cuiquam videatur *Theodoretus* ante *Hieronymi* ſeculum jam clarus, lib. 5. de curandis Græcorum affectibus, ubi ſic ſcribit: Πασα γαρ ἡ ὑφ᾽ ἡλιῳ τωνδε των λογων ἀναπλεως· Και ἡ Ἑβραιων φωνη ου μονον ἐις την των Ἑλληνων μετεβληθη, ἀλλα καὶ ἐις τὴν τῶν Ρωμαιων καὶ Αιγυπτιων, καὶ Περσων καὶ Ινδων καὶ Αρμενιων καὶ Σκυθαν καὶ Σαυρομαλων, καὶ συλληβδην ἐιπειν, ἐις πασας τας γλωτλας αἱς ἁπαντα τα ἐθνη κεχρημενα διατελεῖ. h. e: ex ,,verſione Sylburgii: Univerſa enim facies ,,terræ, quantacunque ſoli ſubjicitur, ejusmo- ,,di verborum plena jam eſt: Hebraici vero ,,libri, non modo in Græcum idioma conver- ,,ſi ſunt, ſed in Romanam quoque linguam, Ægypti-

,,vonica ſacrorum bibliorum verſione ad *Methodium* vel *Cyrillum* aut falſo etiam ad *Hieronymum* auctorem relata plerique narrant, de induſtria prætereo. Clariſſ. *Lelongius* loc. cit. p. 435. Quid ipſe potiſſimum, in- ,,quit, ſequar, neſcio: in *Chriſtanni* & *Cromeri* ſen- ,,tentiam inclino, præſertim cum non ſatis conſtet an ,,S. *Hieronymi* temporibus *Slavi Illyricum* tenuerint, &c.

„Ægyptiam, Perſicam, Indicam, Armenicam-„que & Scythicam, atque adeo Sauromaticam: „ſemelque ut dicam in linguas omnis, qui-„bus ad hanc diem nationes utuntur. Verum enimvero ſi veterum res geſtas & antiqua fide digna hiſtoriarum monumenta fideliter perluſtrantes, quænam hoc loco Scythica quæ Sarmatica, vel Sauromatica gens ab auctore indicetur perquirimus; per neutram ab eo commemoratarum verſionum, nec per Scythicam, nec per Sarmaticam intelligi Slavonicam antiquam poſſe, conſtabit. Scythicæ quidem gentis hiſtoria, ſive originem ejus, ſeu amplitudinem propriasque ſedes ſpectes, impedita valde eſt, multisq; etiamnum tenebris involuta. At non deſunt tamen, qui valde eam dilucidarunt, magnaque induſtria expoſuerunt, atque ex ultima antiquitate eruere conati ſunt ſcriptores. Præter cœteros conſulendus eſt celeberrimus, eruditiſſimusque Vir, præcipuis noſtri temporis hiſtoricis annumerandus, Verbi divini miniſter in Hungaria meritiſſimus, *Matthias Belius*, in Prodromo Hungariæ antiquæ & novæ Noribergæ 1723. majori forma editæ: capite I & ſequentibus; ubi de origine primum Scytharum, deinde de primis eorum ſedibus, tum de migrationibus & coloniis: deinde de religione, poſtremo de lingua, ingeniis, ſapientia, bellis, coloniisque breviter ſed erudite agit, accuratius aliquando, multoque il-

luſtri-

luſtrius in Opere ipſo, quod Summi IMPERATORIS CAROLI SEXTI auſpicio nunc parat, cujusque magna omnium eſt exſpectatio, de ſingulis traditurus. Non parvam quoque obſcuriſſimæ huic hiſtoriæ lucem ſpondent iſta, quæ clariſſimus Vir *Theophilus Siegfriedus Bayerus*, Academiæ ſcientiarum Petropolitanæ Profeſſor, collega meus longe æſtumatiſſimus, multisque nominibus a me colendus, de hoc ipſo argumento: Scytharum ſcilicet, origine reliquisque antiquitatibus, docte commentatus eſt: quæ dudum, ut novi, abſoluta, ſi vel in actis Eruditorum Petropolitanis, quæ nunc exſpectantur vel quomodocunque edita comparebunt, non dubium eſt ingenti omnium applauſu exceptum iri. De lingua Scythica, in quam ſuo jam tempore ſcripturam ſacram converſam eſſe memorat *Theodoretus*, nemo diligentius curatiusque memoriæ prodidit ſupra laudato Clariſſimo Belio, in *Veteri litteratura Hunno-Scythica*, quam Lipſiæ 1718 duodecim fere plagulis in 4to editam, accuratius emendatiusque ſe editurum hiſtoriæque Hungariæ inſerturum clarisſimus Auctor Prodromi ſui pag. 62. promittit: in quo libro Capite V. libri primi p. 3. de lingua Scythica ſic ſcribit: Lingua Scythica nequit a „confuſione illa Babylonica, quam gentes „pleræque omnes adfectant, arceſſi, eo „quod inſano illi molimini non interfue„runt Japhetitæ, Scytharum parentes. Ad

„pri-

„primam ergo & incorruptam illam, proxi-
„me acceſſit vetus Scytharum idioma, cu-
„jus rei hodienum in vocibus Hungaricis, ex-
„tant veſtigia. Veteris linguæ Scythicæ quæ-
„dam reliquiæ ex Herodoto adferuntur. &c.

Sauromaticæ porro gentis nomen ſi quærimus: omnium illi accuratiſſime judicare, proximeque ad veritatem accedere nobis videntur, qui *Getarum* quondam populum, Sauromatas, Geticamque linguam Sauromaticam quoque dictam pronunciant. Ejusdem propemodum ambiguitatis eſſe fateor, ſarmatarum, ac ſcytharum vocabulum, iis omnibus, qui ſcythiam europæam olim inſederunt populis, *Plinio* lib. III. hiſtoriarum teſte, ſauromatis græce, latine ſarmatis vocatis: ut proinde ad ſlavos quoque nomen hoc pertinuiſſe non immerito forte quis ſuſpicetur. Sed nihil tamen his movemur, quin, ut in aliis multis hiſtoricorum locis, ita in hoc præcipue adducto *Theodoreti* teſtimonio Getas Sauromatarum nomine putemus indicari. Plures certe hoc credere ſuadent, quam diſſuadent, rationes. Primam ac præcipuam nobis ſuppeditat *Ovidius*, ſcriptor æque fide dignus, ac poeta elegans & diſertus: quiquidem in variis carminum ſuorum locis Getas Sauromataſque componit, quodque alio loco de Getis dixerat, Sauromatis alibi attribuit. Ita e. g. libro V. Triſtium Elegia VII. ſic canit:

Sarmaticæ major Geticæque frequentia gentis,
Per medias in equis itque reditque vias.
& lib. III. ex Ponto, epiſtola ad Cottam II.
Hic quoque Sauromatæ jam vos novere Getæque:
Nam didici Getice Sarmaticeque loqui.
& lib. III. Triſtium Eleg. III.
Inter Sauromatas eſſe Getasque putas?
Lib. I. Elegia IV.
Sors tulit in Geticos Sarmaticosque ſinus.

Ut taceam alia plura loca, ubi diſertus noſter Ovidius modo ad Getas, modo ad Sauromatas, ſe relegatum inque exilium miſſum queritur: quæ loca diligenter collecta & erudite illuſtrata vides in diſſertatione epiſtolica, ad illuſtriſſimum Comitem *Rabutinum*, Cæſaris Auguſti, in aula Petropolitana legatum, qui ante annum & quod excurrit Petropoli, cum Viennam reditum pararet, mortuus eſt, directa, *de Tomis Ovidii exilio* Lipſiæ 1727 quatuor plagulis in 4to edita. Vel hinc igitur patet, per Sauromaticam hic verſionem minime Slavonicam, ſed Getica lingua conſignatam indicari. Accedit *Hieronymi* teſtimonium, qui in decantata illa ad *Suniam* & *Fretelam* Hieronymi amicos, epiſtola: codicis ſ. in geticam linguam tranſlati meminit. *Quis hoc*, inquit, *crederet, ut barbara Getarum lingua Hebræam quæreret veritatem & dormitantibus imo contemnentibus Græcis ipſa Germania ſpiritus ſancti eloquia ſcrutaretur?* Cœterum de hac

Sau-

Sauromatica, aliisque antiquiſſimis bibliorum verſionibus conferre licet celeberrimi *Joh. Frider.* Mayeri Hiſtoriam verſionis Germanicæ Bibl: Lutheri &c. Hamburgi 1701. 4. editam, variis in locis, eique annexam Johann. *Reiskii* ad Mayerum epiſtolam, de verſione German. ante Lutherum. Generatim de hoc Theodoreti loco eruditi ſic ſtatuunt: oratorum more potius, quam ut hiſtoricum fide dignum, quique ea quæ ſcripſit, ſatis diligenter vel inquiſiverit, vel ſcire etiam potuerit, hic ſcripſiſſe.

§. 2.

Hiſtoria Slavonicæ verſionis in controverſiam ab eruditis vocatæ ſummatim expoſita: age jam videamus de cauſis quibus adducti iſtius ſententiæ defenſores verſionem hanc controverſam *Hieronymo* tribuendam exiſtiment.

Firmiſſimum ita ſentiendi ex ipſius *Hieronymi* verbis ſibi petunt præſidium, quæ leguntur in epiſtola ad Sophronium data, Tomo III. operum ejus f. 79. *Nec hoc dico,* „*quo prædeceſſores meos mordeam, aut quicquam* „*his arbitrer detrahendum, quorum translatio-* „*nem diligentisſime emendatam olim meæ linguæ* „*hominibus dederim* (a). Hæc verba iſtius

E 2 ſen-

(a) Eadem fere verba ab *Hieronymo* paſſim, ut Frencelius auctor eſt, repetuntur, nimirum lib. II. adverſus Ruffin. f. 227.

ſententiæ patroni de nulla alia quam Slavonica bibliorum verſione ab *Hieronymi* ſtudio profecta accipi debere contendunt. Huc enim pertinere extrema Doctoris verba : *meæ linguæ hominibus dederim*, quibus in Dalmatarum popularium ſuorum uſum comparatam eſſe demonſtretur : neminem adeo hiſtoriæ eſſe imperitum, qui Stridone quæ fuit Illyrici quondam civitas, *Hieronymum* natum, linguaque ac genere Dalmatam fuiſſe neſciat. (Ex iisdem verbis *Hieronymus* (b) characteris Slavonici inventor eſt *Stredofskio* in ſacra Mo-
„raviæ hiſtoria : Habebant quidem inquit Sla-
„voni ſuos olim characteres a S. *Hieronymo* in
„commodum ſuæ linguæ hominum inven-
„tos, & haut dubie ante hoc Moravis etiam
uſitatos &c.)

§. 3.

Quam parum firmitatis hæc habeant cum ex ipſo verborum ſenſu, tum ex hiſtoria patet. Ad verba ipſa quantum attinet, non poſſunt illa meliori jure ad Slavonicam trahi linguam verſionemve, quam Saxonis Grammatici illa, quæ in præfatione ad Hi-
„ſtoriam ſuam Danicam habet : Nec igno-
„tum

227. & 241. Non negat hoc *Richardus Simonius* in his verbis. Il n'eſt point auſſi marqué que dans l'epitre de S. Jerom a Sophronius, que ce Pere ait traduit l'ecriture en la langue de ceux de Dalmatie &c. tantum modo negat ex alio *Hieronymi* loco hanc verſionem claris verbis demonſtrari.

(b) Vid. ejusdem Cap. VI, p. 215.

„tum volo, Danorum antiquiores majorum „acta patrii ſermonis carminibus vulgata „linguæ ſuæ literis ſaxis ac lapidibus inſcul- „penda curaſſe: de Gallica aut Italica lingua poſſunt explicari. (a) Nimirum ex tota illa epiſtola ad Sophronium ſcripta perſpicuum eſt, latinam *Hieronymi* verſionem, linguæ ſuæ hominibus, id eſt eorum qui latinam linguam vel intelligunt, vel loquuntur, uſui deſtinatam his verbis ſignificari. Nec aliter hæc verba accepit e- „tiam *Richardus Simonius* (b) *S. Jerome*, in- „quit, temoigne ſeulement en ce lieu-la, „qu'il a corrigé l' ancienne verſion de „ſeptantes, pour la donner a ceux, qui par- „loient la langue, c'eſt a dire aux latins, comm' il eſt aiſé devoir, en liſant cette Epitre, & non pas aux Dalmates. Eandem horum verborum explicationem dat perſpicaciſſimi ingenii vir *Nicolaus Serrarius* (c) „*Hieronymi* locum ita explanans: *Erasmus*,

 „in-

(a) Ubi ad verba Saxonis *lingua ſua literis*, doctiſſimus *Stephanius* in not. p. 14. obſervat: Danicam hic linguam vetuſtam indicari, cujus in rhythmis uſus fuit, quam veteres Aſamal, h. e. Aſiaticam, vel Aſarum linguam vocarunt, a communi illa lingua paululum remotam, quæ nuſpiam in ſeptentrione purior adhuc quam in Islandia Danorum provincia aſſervetur.

(b) in Hiſtoire Critique de vieux Teſtament pag. 490. edit. in 4.

(c) Vid. Lelong. p. 436 & Serrarium in prolegomenis biblicis capite 20. quæſtione ſecunda: ubi ſimul oſtendit, ex hoc ipſo *Hieronymi* loco male intellecto de Hieronymiano

„inquit, Sixtus Senenſis & recentiorum alii „*D. Hieronymo* quandoque tribuunt verſio„nem Bibliorum Dalmaticam. neque tamen „*S. Hieronymus*, qui ſuas verſiones non in„diligenter notavit, ejus unquam meminit, „neque veterum ullus. nam quod ex epiſtola „ad Sophronium argutatur Franciscus Juni„us lib. 2. cap. 16. eum linguæ ſuæ hominibus „translationem dediſſe, id verum eſt de lin„guæ latinæ, non Dalmaticæ hominibus: „quia non de dalmatica, ſed latina Pſalterii „emendatione agebat, ut patet ex ejus epi„ſtola ad Paulum &c. Verum ac germanum hunc eſſe verborum *Hieronymi* ſenſum ex plurimis quoque parallelis, ubi eadem hæc verba *linguæ meæ hominibus* repetuntur, ac ſoli Romanæ linguæ, eamque loquentibus conveniunt, locis clariſſime intelligitur. Horum ut nonnulla a ſupra laudato *Frencelio* jam collecta, afferamus (d) libro I, apolog. adverſus Ruffinum Tract. fol. 200.

na bibliorum Slavonicorum verſione ſententiam unice natam eſſe.

(d) Hæc aliaque parallela loca diligentisſime jam collecta dedit ſupra commemoratus *Frencelius* in præfat ad origines linguæ Sorabicæ, in qua tametſi communem errorem ſequens Slavonicam interpretationem *Hieronymo* non abjudicet: ex his tamen *Hieronymianæ* epiſtolæ verbis ſententiam hanc elici poſſe negat. Parallelis in medium allatis locis hæc ſubjungit. Proinde in ſupra allegatis verbis, *mea lingua hominibus*, neutiquam Dalmatæ intelligendi ſunt, immo vero Latini. Nam de verſione latina e LXX. interpretum codice a ſe translata loquitur *Hierony-*

200. Laudavi, inquit, *Euſebium* in Eccleſiaſtica hiſtoria, in digeſtione temporum in deſcriptione S. Terræ & hæc ipſa opuſcula in latinum vertens meæ linguæ hominibus dedi. Idem Hieronymus in epiſtola ad Theophyl. Tom. II. fol. 311. ſic ait. Quiquidem ſuper hac re, & antequam ſcriberes ad occidentem epiſtolas miſeram, ex parte hæreticorum ſtrophas meæ linguæ hominibus indicans. Et Tom. III. præfat. in Joſuam. f. 15. Et ut inprimis, quod ſæpe teſtatus ſum, ſciat, me non in reprehenſionem veterum nova cudere, ſicut amici mei criminantur, ſed pro virili portione offerre meæ linguæ hominibus. Huc pertinet, quod Tom. III. Oper. f. 25. in præfat. ad Jobum latinam linguam ſuam vocet, quodque alio item loco latinos ſuos nuncupet. Et quomodo quæſo Dalmatas ſuæ linguæ homines vocarit piæ memoriæ Doctor, quos ille cives aut populares nunquam habuit? Scio equidem S. Hieronymum vel in ipſa, quæ Dalmatia dicta eſt, provincia, vel in vicinia ejus natum, Stridonem urbem (e) in Dalmatiæ quondam.

 Panno-

ronymus. Idque denuo ex aliis ejus locis demonſtrata e. g. lib. 2. adverſ. Ruffin. T. II. op. f. 223. Egone contra 70 interpretes aliquid ſum locutus, quos ante annos plurimos diligentiſſime emendatos *meæ linguæ ſtudioſis dedi*? &c

(e) De Patria ejus ſic ſcribit *Joh. Fabricius* in Hiſtoria Biblioth: ſuæ Tom. I. p. 202. urbe Hiſtriæ (quæ provincia vulgo Iſtria vocatur) natus; de qua vide Comenium de

Pannoniæque, ut Bonfinius auctor eſt, confinio poſitam, quam idem hic auctor a Gothis everſam, dein ab iisdem ſancti Hieronymi reverentia inſtauratam, tandemque ab Hunnis iterum everſam eſſe teſtatur, patriam habuiſſe (f). At Dalmatam genere fuiſſe aut in ea, ubi Dalmaticæ Slavicæque linguæ gentes habitarunt, vel quæ vicinas eas habuit, civitate natum inque lucem editum hunc Eccleſiæ doctorem eſſe, a nullo ſcriptorum fide digno relatum legi. Contrarium potius teſtantur gravisſima hiſtoriarũ monumenta. In his *Martini Cromeri* hiſtoria Polonica, cujus fidem nemo facile in dubium vocabit, lib: primo capite decimo quinto, pro certo tradit *Hieronymi* temporibus infeſtatam quidem a Slavis fuiſſe Dalmatiam & Illyricum

de Eccleſ. Slavonicis p. 4 Brown itinerar. p. 219. & acta menſtrua A. 1700. p. 275. De hac ipſa Du Pinius in Bibliotheca Eccleſ: eodem, ubi de Hieronymo agit, loco, Tom. Tertio p. 138. in notis hæc habet. Cette ville eſt appellé Stridona par Ptolomée, quelques uns la confondent avec Strigna, qui eſt dans l'Iſtrie, d'autres pretendent qu'elle eſt differente. conferatur: etiam de hac urbe, Chriſtophori Cellarii liber utilisſimus, omnibusque qui antiquitates rimantur imprimis neceſſarius, quem Geographiam antiquam inſcribit, duobus in 4 voluminibus conſtantem, quem Lipſiæ nuper recuſum eſſe conſtat.

(f) Hæc diſſertatio cum aliis in ſimili fere argumento verſantibus doctisſimorum eo tempore ac celeberrimorum virorum diſſertationibus reperitur in Chamberlaynii, clarisſimi Angli collectione orationum Dominicarum variis linguis ſcriptarum: quæ collectio omnium ſine dubio in hoc genere eſt accuratisſima, p. 29.

cum, at minime occupatam. Ex eodem Bohuslaus Balbinus in epitome rerum Bohemicar. ad annum 1677. inque notis ad *Chri-*
„*ſtannum* p. 69. Slavos, inquit, non eſſe veteres
„Dalmatas neque Illyrios, ſed Juſtiniani tem-
„pore, aut paulo prius occupaſſe paulatim Dal-
„matiam & Illyricum. Eandem cum memoratis ſcriptoribus ſententiam tuetur illuſtris *Leibnitzius* in diſſertatione philologica de variis linguis, (f) diſerte tradens: circa *Juſtiniani* demum tempora Slavos Illyrium intraſſe; eodemque loco, perperam Glagoliticum alphabetum a nonnullis auctori Hieronymo, gente Illyrio adſcribi putat, falſa perſuaſione linguam veterem Illyricam ex Slavonicarum genere fuiſſe. (g) His igitur aliisque ſcriptoribus, qui fidem omnem merentur, Slavorum in *Hieronymi* patriam adventum in ea quæ ab ipſo patre longe remota ſunt tempora aperte referentibus: neſcio quid amplius de rei geſtæ veritate dubitet Le longius,
„inque hæc verba ſcribat: Quid ipſe potiſ-
„ſimum ſequar, neſcio; in *Chriſtanni* ta-
„men & *Cromeri* ſententiam inclino, præ-
„ſertim cum non ſatis conſtet an S. *Hierony-*
„*mi* temporibus (anno poſt Chriſtum natum
„400) Slavi Illyricum eaque loca tenuerint.
Hactenus primum ac præcipuum illud ex *Hieronymi* verbis petitum argumentnm eos, qui hic a nobis diſſentiunt, nihil admodum juvare oſtendimus. Ne quis tamen dubitan- di

(g) Vid. eund. pag.

di locus ullus cuipiam relinquatur: omnis plane Slavonici Dalmaticique ſermonis expertem fuiſſe Hieronymum paucis etiam monſtrabimus. Nam ut ex uno plerumque errore plures alii oriuntur, ita factum quoque eſt ut Slavonica quadam bibliorum verſione Hieronymo afficta, eidem Slavonicæ linguæ peritia (h) immo vero ſingulare quoddam alphabetum aſſignatum ſit. Tantum autem abeſt ut alphabetum hujusmodi concinnaverit beatus Vir, ut eo ſermone ſcripta legere potuiſſe, exploratum non ſit. Nativam hanc certe linguam illi non fuiſſe jam ſupra demonſtravimus (i). Multo minus autem inſtitutione ac diſciplina habue-

(h) Unde non dubitat *Frencelius* in ſæpe citata præfatione *Hieronymum* Slavonicæ linguæ peritis, quin & ſtatoribus „& amplificatoribus accenſere: ſic ſcribens. S. Hierony„mus qui floruit circa a. 390. primas manus Slavon: lin„guæ admoviſſe perhibetur. ſed æque hoc falſum eſt quam quod de Apoſtolo Andrea, ſarmatice locutum eſſe, ſcribit.

(i) De patria ejus Hiſtoria Eccleſiaſt: Hungariæ &c. quam clariſſimus *Frid. Adolphus Lampius* nuper edidit p. 6. hæc „habet. S. Hieronymus qui ad ann Chr. 420. migravit „ad Dominum, natus Pannonius fuit, licet juxta quos„dam Dalmata, ejusque patria dicitur fuiſſe Stridon ad „Saburiam flumen, ut Buno in Geograph. Cluverii tradit. „Alii intra Muram & Dravum fluvios prope arcem *Csáh* „*Tornga* patriam conſtituunt. Bertius in tab. Geogra„phicis in deſcriptione regni Hungariæ p. 472. edit. Am„ſtel. ita de patria ejus: In eodem pene tractu prope vi„delicet Album regalem eſt Stridon S. Hieron. patria. „*Melchior Inchhoferus* in annal. Hungar. ad a 304. ait „Hiero-

Digitized by Google

buerit. Nam neque ab ipſo nec ab aliis memoriæ proditum legimus, eum vel in patria Dalmatia Pannoniave quondam dicta, in qua perbreve tempus commoratus eſt, vel Romæ, quo ad majorem ingenii cultum capiendum a parentibus mature miſſus, vel in oriente, in quo maximam vitæ ſuæ partem contrivit Slavonicas literas didiciſſe. (k) In eo quo contra *Ruffinum* ſcribit, libro & quidem altero Philoſophum, Rhetorem, Grammaticum, Dialecticum; Hebræum denique, Græcum, Latinum, adeoque trilinguem ſeſe vocat: at nullam Slavonicæ linguæ mentionem facit. quam ſane, ut difficillimam, reliquas omnes præſertim enumerans, ſilentio non præteriſſet. Idem in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorũ verſiones ſuas reliquas enumerans, Slavonicæ mentionem pla-

„Hieronym. natum Stridona qui locus diei itineris diſtat „a *Saboria*, quod noti nominis in Hungaria eſt oppidum. Eidem auctori hoc loco civibus ſuis *Hieronymum* Evangelium annunciaſſe probabile videtur. Verum de eo tacent hiſtoriarum ſcriptores.

(k) Idem modo citatus liber his verbis hoc teſtatur: Siqui„dem aliquam vitæ ſuæ partem in patria ſua Pannonia „tranſegerit, cum per multos ad Orientem in Syria & Cha„naanis terra (quo ex patria migraverat) Bethlehemi in„primis exegerit annos, orationibus, hymnis, ac ſacris voluminibus vertendis & enarrandis vacans, vid. p 6 idem „pag. 10. hæc addit. Siquam vero, etſi ob longiorem e „patria abſentiam perexiguam, in propagatione fidei „Chriſtianæ apud ſuos ſympatriotas e longinquo adven„tantes, jam tum indigenas, præſtitiſſe potuit ope„ram &c.

plane nullam facit. *Την καινην*, inquit, *διαθηκην τη ἑλληνικη ἀκριβεια ἐπιςασαμην, την παλαιαν προς το Εβραικον μεlεφρασα*: h. e. No„vum teſtamentum in Græcam linguam accu„rate transtuli, vetus ad Ebraicum converti. Hæc aliaque plura argumenta cum Slavonicæ linguæ imperitiam in Hieronymo clariſſime demonſtrent: quid de alphabeto eidem vulgo adſcripto judicandum ſit vel me tacente intelligitur. Nimirum hoc illis commentum debetur, qui in eo operæ plurimum ſtudiique conſumunt, ut Slavonicam dari *Hieronymi* translationem plebeculæ perſuadeant. Non diffitendum eſt duplicem exiſtere Slavonicum characterem, Cyrillicum unum, alterum Glagoliticum: (l) quorum illud a Methodii ſocio Slavonicæque gentis doctore maximo, *Cyrillo*, hoc autem ab auctore quodam incerto, inventum & comparatum eſt. Ad *Hieronymum* vero auctorem alterius originem referendam eſſe nemo affirmabit? Nam

(l) Unde ita dicatur, incertum. Cæterum de hoc duplici alphabeto Slavonico prærer cæteros agit *Chamberlaynius* in ſupra citato libro, facitque diſtinctionem inter *Stylum Hie„ronymianum* & *Cyrulicum*. Eodem loco Leibnizius „ſic ſcribit: Alphabeta hodierna Europæa omnia ex la„tinis formata ſunt, demtis duplicibus Slavonicis, uno, „Cyrillico, altero, ut parum apte vocant (glagola enim „linguam ſignificat) Glagolitico. Omnium accuratisſime hæc bina Slavonicæ linguæ alphabeta deſcripſit clariſſ. Vir *J. Leob. Friſchius* in *origine Characteris Slavonici, vulgo dicti Cyrulici*: Berolini anno ſuper: edito.

Nam ut Cyrulici, (m) ſive potius Cyrillici characteris inventum Conſtantino Philoſopho, Cyrilli nomine a Pontifice ornato, unice acceptum ferendum eſſe vel nomen ipſum eidem inditum declarat (n): ita Glagoliticum, ut vocant, alphabetum longe recentioris eſt originis, quam ut *Hieronymo* tribuatur. Errant igitur, qui *Glagoliticum Hieronymo* alphabetum tribuentes Hieronymianum illud vocant. Quid enim gravius eſt ipſius Pontificis Johannis octavi teſtimonio, qui in epiſtola, jam pluribus commemoran-

(m) Cyrulicus ex eo ortum habere videtur, quod prius L juſto brevius forte ab aliquo ſcriptum fuit: ut ex lit I. & priore L, U, fieret: h. m. Cyrilico, pro Cyrillico: unde Cyrulico factum. qua ratione enim a Cyrillus (Græce Κυριλλος) Cyrulicus deduci queat?

(n) Confer totum ſchediaſma primum clariſſ. *FRISCHII* linguæ Slavonicæ hiſtoriam exponens. Jungi huic poteſt vetuſti illius auctoris a *FREHERO* editi qui circa annum Chr. 878. ſcripſit, teſtimonium. Qui poſtquam narraſſet, *Adalvinum*, orientalis Pannoniæ *Richbaldum* conſtituiſſe Archipresbyterum: hæc adjungit: hic multum temporis ibi demoratus eſt, excercens ſuum poteſtative officium, ſicut illi injunxit Archiepiſcopus ſuus, usque dum quidam Græcus *Methodii* nomine, noviter inventis latinis literis (credo ſcribendum eſſe Slavonicis) Latinam linguam doctrinamque Romanam atque literas auctorabiles latinas Philoſophice ſuperdicens (forte ſuperducens) vileſcere fecit &c. Gemina ſunt illa *Dioclis* presbyteri in hiſtoria regni Slavoni apud *Lucium de regno Dalmatice*, p. 288. *Conſtantinus*, inquit, vir ſanctiſſimus ordinavit presbyteros & literam lingua Slavonica componens, commutavit Evangelium Chriſti atque Pſalterium &c.

tuerit. Auctor quidem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ religionis chriſtianæ in Hungaria viciniſque regionibus fata enarrantis, quam nuperrime celeberrimus eccleſiæ reformatæ Theologus, *Frid. Adolph. Lampius* cum ſuis acceſſionibus e docti cujusdam in Hungaria quondam munere ſacro functi ſcriniis collectam in lucem dedit: hic inquam auctor totus in eo eſt, ut lectoribus perſuadeat, non ſolum *hieronymi* tempore Chriſtiana ſacra ſlavorum in terris domicilium habuiſſe, ſed & *hieronymum* civibus ſuis Hungaris, in Pannonia circa annum Chriſti 380 ſedes figentibus & ibidem anno 445 habitantibus Evangelium prædicaſſe. Probari id poſſe autumat ex

gine tamen hujus alphabeti nondum plane certus ſum. Vix enim adduci poſſum ut iis asſentiar, qui vel a Cyrillico non diſtinguendum vel e *Cyrillico* eſſe ortum glagoliticum aſſeverant: tanta enim utrosque characteres comparantibus diverſitas elucet, ut nulla propemodum litera alterius ſimilitudinem referre, aut ex ea nata eſſe potuiſſe videatur. Equidem, ſi *Truberi* primum tempore hæc inprimendi ratio innoteſcere coepiſſet, præter Dalmaticum ſ. Latinum characterem, & hunc glagoliticum eidem adſcriberem: præſertim cum *Philippi Nicolai* in lib. de *regno Chriſti*, & aliorum teſtimoniis, plane novas Slavonicas literas inveniſſe hic dicatur. Verum judicium hic meum ſuſpendo: Clarisſimi *Friſchii* aliorumque harum rerum peritiorum tantisper opinioni accedens, dum aliunde fieri nobis liceat certioribus.

(r) *κατ ἀνθρωπον* enim hic diſputamus, concedentes adverſariis Hieronymi cives fuiſſe dalmatas, ſlavonicæ linguæ gnaros.

Hieronymi epiſtola ad Lætum ſcripta : ubi hæc inter alia leguntur : Depoſuit pharetras „Armenius, Hunni diſcunt Pſalterium , Scy-„thiæ frigora fervent calore Evangelii , Ge-„tarum rutilus & flavus exercitus Eccleſiarum „circumfert tentoria. Verum jam ſupra ad illum *Theodoreti* locum , qui in libro ipſius *ἑλληνικων παθηματων θεραπευτικη, η ἐυαγγελικης ἀληθειας ἐξ ἑλληνικης φιλοσοφιας ἐπιγνωσις* : h. e. *Græcarum affectionum curatio , ſeu Evangelicæ veritatis ex Græca Philoſophia agnitio* , inſcripto , ſermone V. ad Græcos infideles , *περι φυσεως ἀνθρωπȣ* , edit. Sylburg. p. 81. reperitur : ad hunc inquam locum jam ſuperius annotavi , per Scythas Getasque longe alios, quam Dalmatas aut Slavos , populos intelligendos eſſe. Longe qnidem lateque olim patebat Scytharum nomen , quippe quod , docente *Cellario* Geographiæ Antiq. Tom. II. p. 539. ad omnes propemodum ſeptentrionales gentes , Aſiæ maxime , pertinuit : quin & Getæ, Thraces multique alii populi Scytharum quondam nomine appellabantur : imprimis Sarmatæ ; non tamen omnes , ſed ii tantum , qui in citeriori Aſia verſabantur. id quod *Scylacis* iſta apud *Chriſtoph. Cellarium* Tom. II. p. 539. principio Aſiæ teſtantur : *ἀπο ταναιδος δε ποταμȣ ἀρχεται ἡ Ασια: πρωτον ἐθνος αὐτης ἐϛιν ἐν τω ποντω Σαυρομαται.* Slavos autem, vel earum regionum, in quibus natus *Hieronymus* dicitur, incolas Scytharum nomine inſignitos nusquam profecto legi. Per

F Scy-

Scythas ſine dubio denotat *Hieronymus* non procul a Ponto Euxino habitantes Scythas, Getarum populo vicinos conterminosque. ad quam conjecturam eo inprimis ducor, quod & in modo adducto *Hieronymi* loco, ſæpeque alias apud *Ovidium* reliquosque fide dignos auctores *Scythæ Getæque* proxime conjunguntur. Per *Getas* autem ab *Hieronymo* ſignificari hic putem *Sauromatas*, vel potius *Tomitanos* Ovidii poetæ exilio celebres factos. Nec parum in hac me vel ſententia vel conjectura confirmat *Walafridi Strabonis* ille locus a *Jacobo Uſſerio*, in *hiſtoria dogmatica controverſiæ inter orthodoxos & Pontificios* de Scripturis & ſacris vernaculis p. 116. adductus, ubi hæc verba *Strabonis* ex Cap. 7. *de rebus Eccleſiaſticis*, afferuntur: *Et ut hiſtoriæ teſtantur, poſtmodum ſtudioſi illius gentis divinos libros in ſuæ locutionis proprietatem tranſtulerunt: quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur. Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud quasdam Scytharum gentes, maxime Tomitanos, eadem locutione divina hactenus celebrari officia.* Quo quidem loco per Tomitanos non niſi *Getas*, generali quadam appellatione Scythas quoque dictos, indicari: quodammodo *Hieronymi* illa probant, quæ jam ſupra ex epiſtola ejus ad *Suniam* & *Fretelam* oppido prolixa, (quam emendatiorem olim notisque illuſtratam orbi dedit Lutetiæ Pariſ. *Joh. Marcianus*) attulimus: quæ hujusmodi ſunt: *Quis hoc*, inquit, *crederet, ut barbara Getarum lingua Hebraicam*

quæ

quæreret veritatem, & dormitantibus jam & contemnentibus (falſo aliæ editiones *contendentibus*) *Græcis, ipſa Germania Spir. S. eloquia ſcrutaretur?* Notum enim eſt ex Plinio ſcriptore Romano, aliisque hiſtoricis cum antiquis tum recentioribus, Getarum metropolin Tomos exſtitiſſe. In his *Cellarius* ad hæc verba *Sexti Rufi* in breviario c. 9. *Ita ditioni Reipublicæ ſex Thraciarum provinciæ ſunt conquiſitæ: Thracia, Hæmimontius, Moeſia inferior, Scythia, Rhodope, Europa:* ad hæc inquam verba notat clariſſimus *Cellarius*: *Scythia pars Moeſiæ inferioris veteris, proxime Danubii oſtia, Scythia a Scythis ſeu Getis incolis appellata, etiam Scythia minor ſ. inferior, cujus metropolis Tomi erant.* Idem ex variis etiam *Ovidii* locis clariſſime perſpicitur: e. g. ex lib. *de Ponto, Elegia III.*

Littus ad Euxinum ſi quis mihi diceret, ibis
Et metues arcu ne feriare *Getæ*;

& Eleg. X.

Hic mihi in Euxino bis tertia ducitur æſtas
Littore pellitos inter agenda Getas.

quæ ſi cum illo Ovidii loco, quo ſe Tomitanæ urbis incolam diſerte vocat:

Naſo Tomitanæ jam nunc novus incola terræ

contendimus, eosdem eſſe cum Tomitanis Getas, dilucide apparet. Alia quidem ſuadere videntur illa lib. I. Epiſtola ad Maximum II.

Non vacat, in qua ſint poſiti regione Tomitæ
Quærere: finitimo vix loca nota Getæ.

ubi extrema verba forte ſic quis intelligat: vix finitimo h. e. vicino Getæ nota ſunt Tomitana loca: Verum hic verborum iſtorum ſenſus eſt: tam ignota & abdita ſunt hæc Getarum loca, ut vel vicinis populis ſint parum explorata. Conſtat enim ex aliis poetæ locis non accolas tantum ſed & incolas Tomitanæ civitatis fuiſſe Getas. Ita Triſtium lib. V. Eleg. VII. conterraneos ſic deſcribit:

Turba Tomitanæ quæ ſit regionis, & inter
Quos habitem mores diſcere cura tibi eſt?
Miſta ſit hæc quamvis inter Graiosque Getasque:
A male pacatis plus trahit ora Getis.

& deinceps.

Hic quoque ſunt igitur Graiæ, (quis crederet?) urbes
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoque Mileto miſſi venere coloni,
Inque Getis Graias conſtituere domos.

Nec alium inde ſenſum elicuit diſſertationis jam ſupra a me allatæ auctor *de Tomis Ovidii exilio*, ante biennium Lipſiæ impreſſæ, qui pag. 26. ſuper hac re ita ſcribit: *Quæ omnia paulo diffuſius hactenus recenſendo haut extra oleas evagaſſe videbor, dum de Ovidiana Tomos verba facturo, eandem non Sarmatas ac Getas ſed &*

& Græcas incoluiſſe, ad fruſtraneas ſupra recenſitas quorundam ſpeculationes aliter erudiendas, probandum incumbebat. In his clariſſimi auctoris verbis attentionem imprimis noſtram meretur, quod & *Sarmatas* ipſos Tomitanæ civitatis incolas fuiſſe tradit. Nimirum hinc lucem accipiunt *Theodoreti*, *Chryſoſtomi*, *Tertulliani* iſta loca, quibus in Sarmaticam quoque linguam ſacra jam tum biblia translata legimus: certoque inde cognoſcitur ac comprobatur, per Sarmatas non alios niſi Getas, Sarmatarum concives ac ſocios ibidem indicari. *Theodoreti* locum jam ſupra p. 62. adſcripſimus. Gemina huic ſunt *Chryſoſtomi* & *Tertulliani* loca. quorum ille Homilia LXXXI. in Matthæum καὶ ἡ μνημη, inquit, του γενομενου ουκ ἐμαρανθη. Ἀλλα καὶ περσαι, καὶ Ινδαι, καὶ Σκυθαι καὶ θρακες καὶ Σαυρομαται καὶ το των Μαυρων γενος καὶ οἱ τας Βρεττανικας νησους οἰκουντες το ἐν Ιουδαια γενομενον λαθρα ἐν οἰκια παρα γυναικος πεπορνευμενης περιφερουσι. h. e. *& memoria illius quod factum eſt non emarcuit; ſed & Perſæ & Indi, & Scythæ, & Thraces, & Sauromatæ & Maurorum genus, quique Brittannicas inſulas inhabitant, clam domi factum a muliere meretrice, palam undique concelebrant.* Hic autem ſcil. *Tertullianus* lib. adverſus Judæos: *Chriſto*, inquit, *ſubditos fines & Sarmatarum & Dacorum & Germanorum & Scytharum & abditarum multarum partium & inſularum multarum nobis ignoratarum & quæ enumerare minus poſſumus, in quibus locis Chriſti nomen, qui jam venit,* re-

regnat. Hæc inquam loca cum ſupra allatis comparantibus, manifeſtum eſt, *Straboni* Tomitanos, *Hieronymo* Getas dictos, a *Chryſoſtomo*, *Theodoreto*, *Tertulliano* denique Sauromatas, Sarmatasve appellari. Quo accedunt ſcriptorum veterum Romanorum æque ac Græcorum teſtimonia qui vel utrosque populos non diſtinguunt, vel ut proximos ſibi maximeque vicinos deſcribunt. Exempli loco afferam *Plinium* in hiſtoria N. Lib. IV. c. 12. ſic ſcribentem: *Ab eo* (ſcil. Iſtro flumine) *in plenum* (forte in planum ſcribendum eſt) *quidem omnes Scytharum ſunt gentes, variæ tamen littori appoſita tenuere: aliàs Getæ, Daci Romanis dicti, aliàs Sarmatæ, Græcis Sauromatæ, eorumque Hamaxobii aut Aorſi, aliàs Scythæ degeneres &c.* Ex his jam patet errare eos qui ex ſupra citato *Hieronymi* loco, quando Scythiæ frigora calore Evangelii fervere, Getarum rutilum & flavum exercitum Eccleſiarum tentoria circumferre, ait, probare conantur, *Hieronymi* jam tempore, patriam ipſius Illyricum, ſive Pannoniam, totamque Slavorum terram Chriſto nomen dediſſe. Provocant alii ad *Euſebii* locum lib. 3. de vita *Conſtantini M.* ubi præter Syros epiſcopos, Phoenices item, *Arabes*, *Palæſtinos*, *Thebanos*, *Lybicos*, *Meſopotamios*, *Perſas &c. Scythas quoque* Niceæ adfuiſſe narrat: ſed fruſtra: cum, ut alibi jam demonſtravimus, Scytharum nomen ad Slavos Illyricosque, ſaltim ad eos, qui Hieronymi tempore has terras tenebant

po-

populos, minime pertineat. Non auſim itaque cum clariſſimo *Bergio* l. c. p. 55. aſſerere, negari non poſſe ſeculo IV. a nato Chriſto Concilio Niceno interfuiſſe & illi calculum addidiſſe quendam Ruſſorum ſ. Slavorum epiſcopum: evidentiſſimo teſtimonio non omnem fidem Chriſtianam in exilium miſſam fuiſſe. Nititur ille *Imhoferi* teſtimonio, qui ad annum 325. quo Nicena ſynodus celebrabatur, obſervat: *Dominum Stridonenſem ex Provincia Pannoniæ illi interfuiſſe, ſine dubio Slavum, utpote Stridonis, quæ Dalmatiæ urbs fuerit, incolam*: quam falſum autem minimeque fidum hoc ſit teſtimonium, illi norunt, quibus & inauditum eo tempore in Pannonia Illyricoque adhuc fuiſſe Slavorum nomen conſtat; longe poſt demum eo ingreſſorum. Non fide magis digna ſunt illa, quæ ad annum 870. p. 86. tradit: *Reperiri in generali concilio Antiocheno anno 363. adfuiſſe antipatrem Rhoſſos ſeu Rhos, qua nomenclatura Rutheni a Græcis vocari ſueverint, eundemque cum reliquis ſynodali epiſtolæ ad Jovianum datæ apud Socratem lib. 3. cap. 21. ſubſcripſiſſe.* Opponent alii innumera patrum eccleſiæ Græcorum æque ac latinorum teſtimonia, quibus illi non unam tantum alteramve gentem, ſed univerſum plane terrarum orbem ſeculo jam quarto & quinto Chriſtianum factum prædicant: non obſcuro indicio Slavos quoque ipſos, ſeu potius Illyricos, Hieronymi ἐπιχωρίους, Chriſtianis jam tum ſacris acceſſiſſe. Afferent e. g. *Eu-*

ſebii illum locum in Oratione de laudibus Conſtantini M. p. 662. edit. Valeſ. *Quid tam eximium ad Chriſti divinitatem evidenter declarandam, quam non ſolum promittere, apoſtolos ſe facturum piſcatores hominum &c. verum etiam tantam virtutem tantamque facultatem illis tribuere, ut monumenta ſcriptis mandarent, libroſque ederent, iique tam magnam apud omnes haberent & auctoritatem & exiſtimationem*, ὡς καθ᾽ ὅλης ὀικυμένης παντοῖα γλώσση βαρβάρων τε καὶ ἑλλήνων μεταβαλλομένας, παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μελετᾶσθαι, h. e. *ut in omnes tam barbarorum quam Græcorum linguas, quæ in toto terrarum orbe exiſtunt, converterentur, omneſque gentes in illis perdiſcendis ſtudium & operam ponerent &c.* Porro in rem ſuam convertent *Anaſtaſii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni illa in hodego Cap. 22. p. 339. *Dicta enim Evangelica & apoſtolica ſcimus univerſim depravari non poſſe:* διαδοθέντος καὶ γραφέντος τȣ̃ Ευαγγελίȣ ἐν τοῖς γράμμασι τῶν ἑβδομήκοντα δύο γλωσσῶν καὶ ἐθνῶν: h. e. eo quod Evangelium ſeptuaginta duarum linguarum & gentium literis conſignatum ſit (s). Ad hæc aliaque in contrarium allata loca regerimus, hyperbolice magis ac metonymice quam ſenſu proprio atque ex ve-

(s) Ad hæc verba doctiſſimus *Mayerus* in hiſtoria verſionis Lutheri p. 142. obſervat, propterea ſeptuaginta duarum numerum memorari, quod vetus opinio ſit, in confuſione babylonica ſermonem generis humani pro numero virorum, turris babylonicæ exſtructionem moderantium in 72 nec plura idiomata a Deo diſperſum fuiſſe.

veritate patres ſic ſcripſiſſe : ſiquidem in vulgus conſtat, omnibusque qui antiquos annalium libros legere, exploratum eſt; innumeram gentium multitudinem, ſeculo adhuc poſt Chriſtum natum quarto, quinto, ſexto &c pagano cultui, incredibile quantum inhæſiſſe. Deinde ſi Thraces e. g. Hunnos, Getas aliasque barbaras & incultas nationes ab *Hieronymo* aliisque inter Chriſtianos relatas legimus, non de tota ſemper gente ſed nonnullis duntaxat Chriſtiana ſacra amplexis, id eſt intelligendum. Hunnos quidem certe conſtat Hieronymi tempore nominis Chriſtiani hoſtes ſe præbuiſſe infenſiſſimos: tantumque ab Evangelio diſcendo abfuiſſe, ut in excidium potius interitumque ejus conjuraſſe quaſi viderentur. In hanc enim ſententiam Hieronymus ipſe in epiſtola ad Oceanum de Vita *Fabiolæ* nobilis matronæ Romanæ Lib III. epiſt. 10. ſcribit. *Quærentibus nobis dignum tantæ feminæ habitaculum, cum ita ſolitudinem cuperet, ut diverſorio Mariæ carere nollet; ecce ſubito diſcurrentibus nunciis Oriens totus intremuit, ab ultima Mæotide inter glacialem Tangim & Maſſagetarum immanes populos, ubi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent, erupiſſe Hunnorum examina quæ pernicibus equis huc illucque volitantia cædis pariter ac terroris cuncta complerent.* & deinceps addit: *Abigat Jeſus ab orbe Romano tales ultra beſtias. Inſperati ubique aderant, & famam celeritate vincentes, non religioni, non dignitatibus, non ætati,*

non vagientis miſerebantur infantiæ. Cogebantur mori, qui dudum vivere cœperant: & neſcientes malum ſuum inter hoſtium manus ac tela ridebant. Conſonus inter omnes rumor, petere eos Hieroſolymam & ob nimiam auri cupidatem ad hanc urbem percurrere. &c. Adde. Lib. III. epiſt. IX. ſub finem. Inprimisque huc ſpectat Hieronymi ille locus in epiſt. ad Heliodorum. Lib. II. epiſt. 24. Horret, inquit, *animus temporum noſtrorum minas perſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt, quod inter Conſtantinopolin, & Alpes Julias quotidie Romanus ſanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam Dardaniam, Daciam, Theſſalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias Gottus, Sarmata, Quadus, Alanus, Huni, Vandali, Marcomanni vaſtant trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei & ingenua nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio. Capti epiſcopi, interfecti presbyteri &c. Subverſæ Eccleſiæ, ad altaria Chriſti ſtabulati equi, &c.* quæ hæc poſtea ſequūtur: *Immunis ab his malis videbatur oriens & tantum nunciis conſternatus. Ecce tibi anno præterito ex ultimis Caucaſi rupibus immiſſi in nos, non jam Arabiæ, ſed ſeptentrionis lupi tantas brevi provincias percurrerunt. Quot monaſteria capta!* &c.

His omnibus ita ſe habentibus, cum ne probabari quidem Slavonicæ Illyricæque gentis ad Chriſtiana ſacra acceſſus *Hieronymi* ſeculo factus poſſit: gravius etiam illi errant, qui vel Slavonicæ verſionis vel Slavonicarum literarum ortum ab *Hieronymo* audent repetere: ad

ſupra

ſupra allatum *Hieronymi* teſtimonium, quo *ſuæ linguæ hominibus, translata biblia dediſſe* ſcribit, nequicquam provocantes. Cujus tametſi falſitatem ex variis locis eadem plane verba exhibentibus, ſatis ſuperque jam ante detexerimus: non alienum tamen erit unum alterumque tum omiſſum & poſtea a me repertum hoc loco addere. Unus reperitur in epiſt. inter *Hieronymianas* LII, in qua *Epiphanius* epiſcopus Cypri ad *Hieronymum* ſcribit ejusque & Theophili ſtudium in refutandis Origeniſtis commendat: ſicque habet. „Jam autem „puto te aliquid operis edidiſſe & juxta prio„rem epiſtolam, qua te ſuper hac re fueram co„hortatus, elimaſſe librum, quem tuæ lin„guæ homines legant. Audio enim & ad „occidentem quorundam hominum naufra„gia perveniſſe, qui non contenti perditione „ſua volunt plures habere mortis participes: hem quid clarius rem manifeſtat? quis jam amplius dubitabit per Hieronymianæ linguæ homines latinos indicari, cum ii ipſi qui modo linguæ ejus homines appellabantur, occidentis incolæ poſtea vocentur? Alter locus eſt in lib. II. *apologiæ* adverſus *Ruffinum* Tom. I. „opp. p. 760. „Gratias ei debeo agere, quod „cum tanta ſylua ſit criminum unum mihi „erroris vel falſitatis crimen objecerit. Ego „ne contra 70 interpretes aliquid ſum locu„tus? quos ante annos plurimos diligentisſi„me emendatos meæ linguæ ſtudioſis dedi, „quos quotidie in conventu fratrum ediſſero,

„quo,

„quorum Pſalmos jugi meditatione decan-
„bam &. Tertius eſt in eadem apologia: ubi paulo poſt ſic queritur: „O labores ho-
„minum ſemper incerti! o mortalium ſtu-
„dia, contrarios interdum fines habentia?
„unde me putabam bene mereri de latinis
„meis & noſtrorum ad diſcendum animos
„concitare, quod etiam Græci verſum de la-
„tino non faſtidiverint, in culpam vocor. &c. Nec diſſimulat hunc ſenſum verborum genuinum Hieronymianus interpres *Marianus Victor* qui in Opp. Pariſ. 1609. duobus Tomis in fol. editis ad illa *Hieronymi* ex epiſtola ad *Sophronium* petita verba: *hoc eſt*, inquit, *LXX*
„interpretum editionem diligentiſſime e-
„mendavi & latinis legendum dedi. Lati-
„nos enim ſuæ linguæ homines ſemper vocat,
„non, ut quidam falſo putant, Dalmatas. Eadem fere Tom. I. p. 739. ſuper ſimili Hieronymi loco commentans repetit, his verbis:
„Latinos ſuæ linguæ homines vocat, non Dal-
„matas, ut multi exiſtimant, eoque dicendi ge-
„nere ſæpe utitur: idque facit, quod ipſe in-
„ter diverſarum linguarum degeret homi-
„nes. Atque hæc hactenus de primo ac præcipuo adverſariorum argumento ab ipſius *Hieronymi* teſtimonio deſumto: quæ ſi cum illis, quæ de D. *Hieronymi* patria (t) Hieronymianis

(t) Libet hic interponere amici cujusdem de patria Hieronymi mecum communicatas, eruditas ſane nec improbabiles conjecturas. Diſputatio, inquit, eſt inter eruditos de Stridone ſive Sidrona (ut a *Ptolemæo* vocatur) patria D. Hie-

nis temporibus a Slavis aut Dalmatis nondum inhabitata ac inſeſſa, graviſſimorum ſcriptorum auctoritate nixi, diſſeruimus, conferantur: nullum cuipiam dubium remanſurum opinor, quin a ſententia illa, de codice ſacro ab *Hieronymo* in slavonicam converſo, quantocius diſcedat.

§ 5.

Hieronymi, utrum ad Illyricum (ſi nempe Illyricum in ſenſu ſtricto de Liburnia & Dalmatia ſumitur) an vero ad Pannoniam ſit referenda. Ipſe quidem *Hieronymus* de ſe ipſo ſcribens in Catal. Script. Eccleſ. nihil certi definivit, dicens tantum: *Hieronymus* patre Euſebio natus oppido Stridonis, quod a Gothis everſum, Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit. Ante omnia autem hac in controverſia, quemadmodum in tota geographia antiqua tempora probe diſtinguenda ſunt. ſi igitur quæſtio eſt de ſtatu harum regionum ante & ſub Conſtantino M. cum D. *Hieronymus* natus eſt, hæ regiones a finibus Germaniæ usque ad Daciam & Moeſiam in Pannoniam & Illyricum dividebantur: Pannonia rurſus in ſuperiorem & inferiorem; & Illyrium in Liburniam & Dalmatiam. Jam ſi Geographi veteres Pannoniæ & Illyrici fines accurate & una ratione conſtituiſſent, perfacile eſſet totam hanc controverſiam dirimere. Sed veteres Pannoniam modo cum flumine Savo terminarunt, modo usque ad montem Albium ſ. Albanum extenderunt. cum igitur *Stridon* intra Savum fluvium & Albium montem ſita fuerit, facile apparet quam obſcura res ſit. Accedit etiam quod nemo veterum Geographorum, præter Ptolemæum hujus oppidi mentionem fecit: qui Lib. II. c. 17. Sidrona illud vocat inque Liburnia ad fines Dalmatiæ collocat. Inter recentiores celeb. *Cellarius* Geogr. antiquæ Tom. I. p. 567. putat: Stridonem ad Pannoniam potius inferiorem cis Savum quam ad Illyricum eſſe referendum. Ego vero, quod tamen pace tanti viri dixerim, tum auctoritate Ptolemæi, tum teſtimoniis veterum, qui teſtati ſunt Pannoniam non

ultra

§ 5.

Aliud hic autem diverticulum quærit clariſſ: Stredowskius. Sententiæ quippe infirmitatem facile animadvertens diſtinguit verſionem Slavonicam Glagolitico charactere ſcriptam a verſione quæ Cyrulico charactere conſignata eſt: & hanc quidem, nemine non fatente, Methodio ac Cyrillo, iſtam vero Hieronymo auctori relinquendam eſſe ſtatuit. Operæ pretium erit verba ipſa auctoris adſcribere: (a) Nihilo minus, inquit, diſcretione hic

ultra Savum eſſe extendendum, adducor, ut potius credam Stridonem magis ad Illyricum & ſpeciatim ad Liburniam pertinuiſſe. Poſtea vivo adhuc *Hieronymo*, quemadmodum omnes pene Romani imperii provinciæ, ita hic tractus etiam longe aliter diviſus eſt. Seculo enim IV. & V. omnis tractus a Rhætia ad Thraciam, generali vocabulo Illyricum, non excluſa Græcia, vocatus eſt, tutiſſimumque eſt dicere, Stridonem ea ætate ad Illyrium pertinuiſſe. Longum vero foret omnes gentium barbararum incurſiones, quæ tum vivo *Hieronymo*, tum poſt mortem ejus ſec. V. in has regiones factæ ſunt enarrare. Nam ut præcipuas tantum attingam, cum ſanctus ille pater adhuc ſupereſſet, Gothi omnem hunc tractum depopularunt, & Stridonem ſolo plane æquarunt, ut hodie ne veſtigia quidem hujus oppidi ſuperſint. Sequenti tempore Hunni has regiones in poteſtatem redegerunt; poſt Attilæ mortem a Gothis rurſus expulſi. Sequuntur Gepidæ; illos exceperunt Longobardi, hosque Avares; VII. circiter ſeculo ex Moravia & Bohemia Slavi in his quoque regionibus ſedem collocarunt, unde hodie adhuc Slavonia nomen tenet. Cæterum ſi quis ſcire cupiat, quomodo hodie regio vocetur, in qua olim Stridon ſita fuit, illorum mihi ſententia præ cæteris arridet, qui Stridonem in hodierna Boſnia conſtituunt.

(a) vide ſis D. Stredowskii Moraviæ ſacram hiſtoriam pag. 229. ſequ.

„hic opus eſt: alia enim ſcripturarum in Slavonicam linguam translatio eſt Hieronymi verſio, quam Dalmatæ Illyricique apicibus Glagoliticis ſcriptam retinent, alia charactere Serviano (b) ſ. Cyrillico, cujus in Raſcia, Bosnia, Bulgaria, Muldavia, Ruſſia &c. & inter nationes Slavonicas quæ liturgiam Græcis cœrimoniis obſervant, & Conſtantinopolitano Patriarchæ ſubſunt: & hujus verſionis S. Cyrillus & Methudius Moraviæ præſules ſtatuuntur auctores (c). Quod ad verſionem Dalmaticam attinet, Hieronymo tributam eandem & agnoſcit magnus ille Scaliger, qui docente *Friſchio* p. 10. eam ob cauſam Hieronymo alphabetum quoddam ut inventori adſignat, quod ejus verſio Bibliorum Dalmatica, ſcripta ſit charactere-

(b) Servianus dicitur Cyrillicus character, quia apud Serviæ incolas in uſu eſt: ſed minus commode, ut clarisſimus Friſchius in diſſertat. de orig. character. Cyril. p. 10. judicat: cum ita præter neceſſitatam fiat πολυωνυμος, h. e. plura nomina adipiſcatur.

„(c) Addit Stredowskius: Cyrillo Methudianam bibliorum „verſionem Slavis ſupra dictis immediate veniſſe in no„titiam, iis nempe, qui ante Moravos fidei receperant „lumen, cum aliis ſcriptis ad ædificationem ſpectanti„bus a Methudio & Cyrillo relictam, illis autem qui „poſt hoc tempus per fideles e Clero Moraviæ opera„rios ad Chriſtianam diſciplinam traducti ſunt ex Mora„via præſulibus ſanctis eſſe transmiſſam. Hæc Stredowskius de verſionibus quas ſibi fingit binis Slavonice conſignatis prodit. Utrum vero Methodiana antiqua verſio ad nos pervenerit, eademque ſit ac hodierna & quomodo a Dalmatica verſione differat: de eo nullum verbum.

ractere Dalmatio, i. e. Latino, non Serviano. Nec ipſum clariſſimum Friſchium, in hujusmodi rebus cœteroqui verſatiſſimum, ab hac opinione alienum eſſe video: Hieronymianum quippe Cyrillicum characterem non immerito dici putans propter verſionem ab eo profectam.(d)Neque enim novam ſibi verſionem videri codicem Slavonicum, ſed Hieronymi Dalmaticam, literis tantum aliis ſcriptam, in paucis ob dialectum mutatam; idque veroſimile ſibi feciſſe ait Hieronymi partim auctoritatem & in ſcientia linguarum excellentiam, partim etiam ſeculi quo Cyrillus & Methodius vixit barbariem & ignorantiam. (e) Nec ipſe in alia omnia diſceſſerim, modo quis unicum aut in ipſo *Hieronymo* aut in alio quodam ſcriptore fide digno, locum oſtendat qui ſententiam

(d) Eadem ratione addit Hieronymianum dici poſſe Cyrillicum characterem, qua etiam Glagoliticus, quo libri Eccleſiaſticæ devotionis, qui in hunc usque diem apud Slavonicas gentes quasdam in uſu ſunt, non propter inventionem, ſed propter Hieronymi verſionem Hieronymianus dicitur. quam in rem citat Blondi Italiam illuſtratam reg. 10. quam recte autem Blondus citata a clariſſ. Friſchio verba ſcripſerit, ſtatim apparebit

(e) Vid. le Long in bibliotheca ſacra Artic. VI. Sect. I. p. 435. ubi de Savicis bibliis agit. Idem bibliotheca ſacra citato loco de hac Dalmatica Hieronymi verſione valde dubitanter ſcribit. Dalmatica, inquit, bibliorum verſio nonnullis ab Hieronymo Dalmata compoſita videtur.

Digitized by Google

tiam illam ſua auctoritate roboret. Verum enim vero ſententiam hanc valde ſuſpectam uti facit, quod rerum geſtarum monumenta nihil de ea produnt: neſcio quid figmenti piæque fraudis, ut aliqui loquuntur ac ſentiunt ſubeſſe videatur. Aut enim eadem eſt hæc verſio Hieronymi Dalmatica atque Methodii illa, vel ab eadem diverſa. Eandem eſſe ſi conceſſeris: ad Methodium auctorem illa revocabitur. At ſi diverſam eſſe dixeris: eandem vel nesciviſſe Methodium, vel uti ea noluiſſe, vel nondum omnino extitiſſe conſequitur. Hieronymum vero nesciviſſe verſionem bibliorum jam tum confectam, vel non inveniſſe, non magis probabile eſt, quam eum cognita & inventa uti noluiſſe. Relinquitur, ut Methodii temporibus Hieronymianam verſionem nullam extitiſſe dicamus. Fuerit enim iſta, quam diſſentientes volunt, Hieronymi Doctoris verſio Dalmatico ſermone (f) ſcripta: tanta tamen certe Slavonicam & Dalmaticam linguam diverſitas non intercedit, ut non cum maximo ſuo commodo Dalmaticam, ſi tum extitiſſet, verſionem Methodius, in Slavonica ſua conficienda adhibere potuiſſet. Illo præſertim

(f) Cum enim in ea urbe natus eſſet Hieronymus, quæ in Dalmatia erat ſita, cujus incolæ Dalmatica, quod diverſum ſentientibus placet, lingua loquerentur: neceſſarium utique erat non alio quam Dalmatico ſermone conſcriptum Hieronymianum codicem eſſe, tueri ac defendere.

tim tempore, cum iſtæ linguæ multo minus, quam hodie, diſſimilitudinis haberent. Idem quippe fatum plerumque linguæ experiuntur, quod formoſa facies: de qua poëta ille non incelebris eleganter canit:

- - - quantumque accedit ad annos
Fit minor & ſpatio carpitur ipſa ſuo.

Quamquam enim linguæ non ſemper formarum inſtar longinquitate temporis corrumpantur, ſed majora ſæpe pulchritudinis incrementa accipiant, (de qua re lingua Germanica noſtra illuſtre exemplum præbet): incredibiles tamen ſubire ſolent mutationes, ut eandem in principio imaginem propemodum referentes, poſt aliquot interjecta ſecula, vix ſibi cognatæ videantur. Tanta autem linguis quas diximus diſſimilitudo non eſt: communia fere, ut ex ſpecimine orationis Dominicæ ſubjuncto apparebit, vocabula habentibus. Quæ enim Dalmatæ exprimunt (g): Otcſe naskoyi yeſſina Nebeſſih, ſuetiſſe yme twoye, Pridi Kraleſtwo twoie, Budi wolja twoja, kako na nebeſich tako na ſemlii, hæc ita Slavonica lingua expri-

(g) Dalmatica ſumta ſunt ex libro qui ſic inſcribitur: Oratio Dominica πολυγλωττος καὶ πολυμορφος; nimirum plus centum linguis, verſionibus ac characteribus reddita & expreſſa: Londini in 4. 1713. Dalmaticornm verborum integritatem præſtare non poſſum. totus enim liber ut mendis graphicis ſcatet, ita fidem integritatis dubiam facit etiam illud, quod integræ ſyllabæ in textu deficiunt, quæ in lectione reperiuntur: quin tota vox *iſche, qui,* in textu omiſſa, lectioni inſerta eſt.

primit: Otſche naſch iſche jeſſi na nebeſiech da Swiatitſa ima twoje: da pridet Tzarſtwije twoje, da budet wolja twoja iako na nebeſi, i na ſemli. h. e. pater noſter, qui es in cœlis ſanctificetur nomen tuum, veniat regnum tuum, fiat voluntas tua, ſicut in cœlis, ita & in terra (h).

His rationibus adductus Dalmaticam illam Hieronymo tributam verſionem, dum firmiora afferantur, in commentis & fabulis numerare me fateor: eoque magis, quod nullam ſacri codicis verſionem Dalmaticam extare ſcimus. Quæ enim Georgio Dalmatino aliisque interpretibus Vitæbergæ lucem vidit translatio, merane Dalmatica ſit, valde dubito. Nam etſi Dalmatico, hoc eſt lati-

(h) Slavonica Orationis Dominicæ verba ex codice ipſo Slavonico deſcripſimus, ut nullum adeo mendum in mea irrepſerit. In Londinenſi autem, quam ſuperiori pagina citavimus collectione, ut in plerisque reliquis, non pauca verba, in lectione præſertim, corrupta ſunt. In textu ipſo pro dabudet legitur, da bude &c. in lectione pro *otshe naſch, iſche ieſi na nebeſiech*, perperam ſcriptum eſt oche nash izghæ yeaſe manæbæſægh, pro *da ſuiatitſa ima twoje*, legitur falſo exaratum da ſueateſa ima twoæ, pro *da priidet Tzarſtwvie twoje:* da predet tzaazſtvia twoæ: pro *da budet wolja twoja iako na nebeſi i na ſemli*, h. e. fiat voluntas tua ſicut in cœlo, ita & in terra, corrupte ſcribitur: de boodet volya twoja iako na nebeſeæ i naſemlee. Tametſi enim hanc lectionem Anglicæ linguæ pronunciationi accommodatam eſſe ſciam, non ita tamen Anglici ſermonis pronunciatio me fugit, ut non paſſim erratum perſuaderi mihi patiar.

no charactere utatur, doctiſſimusque Lelongius Slavonica, Dalmatina, ſ. Vendica &c. biblia eam vocet, contrarium tamen ſentire multa ſuadent. Hoc certe dubitationem non habet ante Methodium Eccleſiæ doctorem nec biblia Dalmatico ſermone ſcripta, nec Dalmaticis, hoc eſt latinis literis expreſſam Slavonicam linguam quemquam vidiſſe. (i) Opponent hic nobis aliqui cum clariſſimo *Friſchio* Dalmaticum Hieronymi codicem una cum aliis fortaſſe libris compluribus amiſſum in hodierna tamen verſione, ſive Methodii ſive alius cujusquam Slavonica verſione diverſis tantummodo literis conſignata ſupereſſe (k). Primum autem incerta

(i) Poſterius affirmat clariſſ. *Friſchius* de orig. character. „Cyrul. p. 4. *Conſtantinus* inquit *Philoſophus*, Slavoni„cam linguam græcis literis ſcribere coepit, quod alii an„te eum latinis tentarant. Quæ ejus conjectura ſine dubio inde oritur, quod jam ante *Conſtantinum* ſacra biblia in Dalmaticum ſermonem, ab Hieronymo tranſlata latinisque characteribus conſcripta putet: a qua nos ſententia, ſalvis aliorum judiciis, diſſidemus.

(k) Hanc ſententiam ſuam doctiſſimus Vir his verbis pag. 10 & 11. proponit: Codex Slavonicus non videtur eſſe no„va verſio, ſed *Hieronymi* Dalmatica, literis tantum aliis „ſcripta & in paucis ob dialectum mutata; id quod doctiſ„ſimi hujus patris auctoritas & in ſcientia linguarum ex„cellentia, ſeculi vero quo Cyrillus & Methodius vixit „barbaries & ignorantia veroſimillimum facit. Hanc ſingularem ſententiam, quam cum nemine quod ſciam communem habet, utrum eruditis probaverit aut probaturus ſit Vir clariſſimus adhuc equidem dubito. *Stredovvskius* certe has duas verſiones *Hieronymi* & Methodii dilucide diſtinguit;

Digitized by Google

ta ac dubia res eſt, ex quo fonte hauſta, a quibus & quo tempore conſcripta ſint hodierna Slavorum biblia; cum nulla harum rerum veſtigia nec alibi usquam nec in Moscuenſis codicis præfatione reperire potuerim. deinde cuivis hodiernam Slavonicam bibliorum verſionem legenti, cumque vulgata illa *Hieronymi* verſione, quam ipſe ſine dubio in Dalmatico codice componendo quam acerrime ſecutus fuiſſet, conferenti, maximam utriusque verſionis varietatem ac diſcrepantiam eſſe facile apparet. Præterea totum vetus ſcripturæ in bibliis quidem Slavonicis teſtamentum, non ex Hebraico, quem *Hieronymus* tamen Hebraicæ linguæ gnarus in bibliis transferendis exprimebat fonte, ſed ex Græca ſeptuaginta interpretum verſione, translatum eſſe conſtat. At enim antiqua codicis *Hieronymiani*, quo Slavi circa Eccleſiæ ſuæ primordium uſi ſunt, facies apud poſteros deformata eſt. Facilius autem hoc dicitur quam probatur: de quo omnis hiſtoria tacet. Denique tantum tamque implacabile odium, variis ex cauſſis ortum, *Methodii* & *Cyrilli* jam ætate Latinam Græcamque Eccleſiam, omniumque ſociorum animos diſtraxerat, ut illa ab hujus, hæc ab illius ſacris tanquam a peſte cum refugeret, altera alterius libros forte, Eccleſiaſtici præſertim uſus, ne inſpiceret quidem: tantum abeſt ut *Methodius* Græcorum ſacrorum tenaciſſi-

ciſſimus (l) acerrimusque propugnator Latini doctoris verſionem graviſſimorum errorum ſuſpectam, omnibusque Græcis inviſam ad imitandum ſibi propoſuiſſet. Ac Petropoli quidem non memini me videre Latini cujusdam doctoris Eccleſiæ monumenta: præter duos priores Annalium *Baronii* tomos, eosque, quod valde miror, in Slavonicam linguam converſos, luculenterque typis impreſſos (m). Unde quam parum hodieque vel *Hieronymi* vel aliorum Eccleſiæ latinæ patrum auctoritas apud Ruthenos ceterosque cum Eccleſia Græca ſentientes valeat, ut eos vix legere dignentur, intelligi poteſt. Fallitur itaque *Johannes Schwabius* in diſſertatione ſua Jenæ anno 1662. ſub præſidio celeberrimi Theologi *Joh. Ern. Gerhardi* habita, quam

(l) Quantopere ſuæ Eccleſiæ ſacris adhæſerit *Methodius*: ex eo liquet, quod, Pontificis poteſtati quantumvis ſubjectus, non veritus ſit domeſticæ linguæ in ſacris uſum per totum Slavorum coetum introducere, non prius a conatu ſuo deſiſtens, quam cum maximo ſuo labore, vitæque etiam ac honoris periculo Pontificem ejusque aſſeclas, machinas omnes contra moventes, in conſenſum perduxiſſet: de quo inferius plura.

(m) Cum in his *Baronii* annalibus non pauca Eccleſiæ Græcæ placitis minus conſentanea, nec ea ſatis digna legantur: facile adducimur ut credamus, non ab orthodoxo Græco ſed Pontificiorum partibus ſtudenti, inque Romanis ſcholis educto, cujusmodi hominum Crypto-Pontificiorum multi in Græcia, Græcæque religioni addictis regionibus paſſim volitant, ſuæque doctrinæ ſemina clandeſtine ſpargunt, inque Græcorum libros, τῆς ὀρθοδοξίας ſpecie non raro inferunt, hanc verſionem profectam eſſe.

Digitized by Google

quam *Tzurkovv Moskovvskii*, ſive *de religione ritibusque Eccleſiaſticis Moscovitarum* inſcribit (n), in qua diſſertatione Cap. I. ſententiæ ſuæ ſeu errori potius, de bibliis Slavonicis ad vulgatam *Hieronymi* verſionem concinnatis, firmamentum ac robur conciliaturus: hoc inde probabile eſſe ait, quod utræque verſiones, cum Vulgata, tum Slavonica, auctorem habeant Hieronymum: in hæc verba ſcribens: „Hic judicio lectoris committimus an „forte dubio huic iſta ratione fieri aliquo „modo ſatis poſſit, ſi ex antiquitatis Secre„tariis repetatur, quod *S. Hieronymus* ſacros „libros in Dalmaticam transtulerit linguam. „Id quod licet Cardinalis Bellarminus lib. II. „de V. D. v. 16. in dubium vocare videatur, „ejus-

(n) Sæpenumero recuſa eſt hæc diſſertatio, ſatis quidem ampla, ſed non ſine multis erroribus, cum hiſtoricis tum typographicis. duo cum primis in ea nos quidem deſideramus. Primum eſt juſtum veritatis ſcribendæ ſtudium. alterum fide dignorum teſtium ac monumentorum ſubſidium. ſtudioſum partium fuiſſe, ipſo initio ſtatim prodit. Domeſticis autem fide dignis, idoneisque teſtibus caruiſſe eosque ignoraſſe: vel hinc intelligitur, quod libellum, quem ex *Gerhardi* bibliotheca ſecum communicatum ait, lingua & literis Moſcoviticis impreſſum, ſymbolum fidei (quæ ipſius verba ſunt) ac literarum ductus exhibentem, inter primos ac præcipuos, quos adhibuerit, teſtes numeret At hunc ipſum libellum, quem ſæpe egomet Petropoli in manibus habui, ac pervolvi, nihil aliud continere ſcio, quam alphabetum Slavonicum, ejusque pronunciationem græcis literis expreſſam, cum ſymbolo Athanaſii, nonnullisque quotidiano uſui deſtinatis precibus. De religione autem ritibusque Eccleſiaſticis Ruthenorum altum hic ſilentium.

„ejusdemque hyperaſpiſtes, impudentiſſimus „Jeſuita Gretſerus penitus neget: ultro tamen Erasmus largitur. Idem paulo poſt „repetens: quod ſi, inquit, alicui minus „credibile videtur, quod Dalmatica illa bibliorum verſio, quæ *S. Hieronymum* habet „auctorem, ſit ea ipſa, qua Moscovitæ hodie utuntur &c. Deinde errat *Angelus Roccha*, in bibliotheca Vaticana, in appendi„ce p. 339. ſic tradens: In hanc (ſcil. Illyri„cam,) linguam, a *S. Hieronymo* ſcripturam S. „Slavonicis literis, & a *S. Cyrillo Servianis* cha„racteribus translatam fuiſſe, credendum „eſt. Item *Poſtellus* introductione XII. linguarum: ubi, *Gothi*, inquit, *teſte Scaligero, ſacra Græco ritu celebrant lingua veteri Gothica; in uſu autem quotidiano magna ex parte teutoniſſant. Dalmatico idiomate Hieronymus Vetus ac Novum Teſtamentum cum ſacrificio & precationibus traducta reliquit.* Eundem errorem etiam erravit, familiam hic quaſi ducens, illuſtris *Scaliger*, qui in doctiſſima illa ad *Paulum Merulam*, anno 1599 menſe Martio ſcripta epiſtola, quæ de quatuor Europæ linguis matricibus & majoribus & de minoribus ſeptem, unde reliquæ omnes ibidem propagarunt, linguis agit, quæque *Pauli Merulæ Coſmographiæ*, quam vocat, generali Parte II. lib. 1. cap. 8. p. 271. (edit. in 4. de anno 1605) inſerta reperitur, ſic ſcribit: *Linguæ boge* (hoc eſt Slavonicæ) *duplices characteres ſunt: Ruthenici ſeu Moſcovitici, e Græcis depravati, totidem numero*

& figura pene ſimiles, adjunctis pauculis barbaris: item Dalmatici, qui & Hieronymiani, eadem poteſtate, totidem numero, ſed figura longe diſſimillimi. Atque adeo duplex ſacrorum librorum translatio, Rutenica recentior & Hieronymi vetuſtior. *Scaligerum* ſequitur *Azorius* Jeſuita, lib. VIII. inſtitut. moral: cap. 26. ſect. *ſexto quæritur:* ſic pronuncians: *Objiciunt proteſtantes, quod Jacobus Apoſtolus Chaldaice aut Syriace apud Judæos liturgiam compoſuit; qua nunc quoque fortaſſe utuntur Æthiopes, Maronitæ, Armeni: Baſilius & Chryſoſtomus Græce pro Græcis: Hieronymus perhibetur Dalmatica lingua liturgiam compoſuiſſe. Concedo: ſed id factum eſt quia illi extorſerunt* (o). Cum quo conſentit *Sixtus Senenſis* lib. IV. *Bibliothecæ ſanctæ, in Hieronymo:* quo loco: *transtulit,* inquit, *Hieronymus, ut ipſemet in epiſtola ad Sophronium* (p) *teſtatur, univerſum totius Scripturæ corpus in Dalmaticam linguam, ad utilitatem nationis ſuæ gentium, quæ usque in hanc diem hujus translationis lectione cum vene-*

(o) quam acriter hanc opinionem quondam defenderint Dalmatæ, *Theodorus Bibliander* de ratione communi omnium linguarum pag. 15. his verbis exponit. „Habet „gens Dalmatica (inquit *Marianus Victorius*) & Miſſam „& alias divinas preces, Illyrica conſcriptas lingua, ſedisque Apoſtolicæ auctoritate (quam a Paulo II. habue„runt) publice illis ubique utuntur. Eas autem a D. „*Hieronymo* accepiſſe perſuaſiſſimi ſunt, ut captis potius „armis omnes diſperire malint, quam eas relinquere.

(p) *Jacobus Uſſerius* alius eſſe opinionis videtur. ſaltim ex *Hieronymi* illa epiſtola nullam probandi cauſſam duci poſſe exſtimat, in libro de Scripturis & ſacris vernaculis, in

veneratione utuntur. item *Alphonſus de Caſtro* lib. 1. hæreſ. cap. 15. *Fatemur*, inquiens, *olim ſacros libros in linguam vulgarem fuiſſe translatos, beatumque Hieronymum in linguam Dalmaticam eos vertiſſe.* Ut alios plures, in his *Galenſium, Hoſium, Eraſmum, Chemnitium* (q) *&c.* taceamus.

§. 6.

Quemadmodum autem, (ut medicorum filii nos docent) ad morbum quemlibet,

in quo paſſim de Methodio ac Cyrillo, bibliisque ab eo translatis agit (ut p. 117. 221. 246. & 47. 245 & 46. 371. ſeq. denique p. 463.) hic inquam p. 221 in hæc verba loquitur: quamquam in illa ad *Sophronium* epiſtola, quæ eſt 143. per linguæ ſuæ homines latinos potius intelligere videatur, quam Dalmatas; ut in prooemial. lib. 3 in Hier. & in 6. & 10. Zachar. &c.

q) Miror hæc ſtatuentem Chemnitium refutaſſe *Bellarminum*, totamque rem de bibliis ab Hieronymo Slavonice converſis, Pontificiis cæteroqui fere omnibus certo creditam, in dubium vocaſſe. Ita hic enim Tom. I. opp. quæ Colon. 1615. duob. Tom. in fol prodierunt Cap. XVI. de Verbo Dei lib. II. p 51. ubi ad objectionem *Chemnizii*: Hieronymum ipſum teſtari, ſe vertiſſe ſcripturam in linguam Slavonicam: reſpondet: „Inprimis nos negamus, poſſe „ſcripturas verti in linguas vulgares. Utrum autem *Hie*„*ronymus* verterit in linguam Slavonicam divinas literas, „non certo ſcio. Nusquam enim id legi apud *Hierony*„*mum* vel apud ullum veterem: tamen ſi id fecit, non ideo „fecit, ut publice legeretur Scriptura Slavonica, ſed ad „conſolationem eorum hominum, qui ea ſine periculo uti „poterunt, quemadmodum & apud nos hoc tempore certis quibusdam hominibus conceditur. Hactenus Bellarminus, qui tamen propterea tantum rem aſtute negat, inque dubium vocat, ne quid cauſſæ ſuæ, de Scripturis vernacula lingua non legendis, hinc decedat.

Digitized by Google

bet curandum, ejuſdem cauſam cognoſcere exploratamque habere plurimum conducit: ita ad errorem quemcunque ex animis hominum evellendum imprimis juvat erroris fontem recludere. Non alienum itaque ab hoc loco, ſed cauſſæ melius cognoſcendæ quam maxime accommodatum erit, ſuperius a nobis expoſiti figmenti originem ac fontem, unde hæc omnia, quæ de verſione Hieronymi ejusque alphabeto Slavonico circumferuntur, manarint, quantum conjectura aſſequi licet, aperire. Sola igitur, ſi quid intelligo, a *Methodio* ac *Cyrillo*, Slavorum Apoſtolis quondam mota, ſummaque cum laude finita, de ſacris Slavorum non latino, ſed domeſtico, quem omnes caperent, ſermone celebrandis controverſia, hunc quaſi partum infelici Lucina editum excluſit aluit ac ſuſtentavit. Hi enim, quos modo commemoravimus Duumviri, præconia quæque ſuperantes, cum pro ſua judicii acrimonia, doctrinaque non vulgari, multorum annorum uſu experientiaque confirmata facile intelligerent, quam inconveniens, quamque colendis rite & propagandis Chriſtianorum ſacris impedimento ſit, ignota plane ac inaudita vulgo lingua divinum peragere cultum, ſanctisſimaque oracula proponere: Deo plusquam hominibus obediendum rati cum Apoſtolis: antiquam latino ſermone ſcripturam legendi docendique & divinum in conventu cultum peragen-

gendi conſuetudinem abhorrentes, auctoritatis Pontificiæ ſecuri, domeſtica, hoc eſt Slavonica lingua in ſacris uti ſtatuerunt. Videntes autem, ſi res illa, quam animo meditarentur, ad Romani Præſulis aures perveniſſet, obnixe eum omnia facturum, ne res conficeretur: inſciente Pontifice & inconſulto ſuum conſilium exſequi voluerunt: ſecuti vetuſtum illud Eccleſiæ Græcæ, non alia quam domeſtica, videlicet Græca lingua in ſacris conventibus utentis, inſtitutum; a quo recedere, cum eandem in cæteris ritibus ſequerentur, religioni ſibi ducebant. Negat quidem in hiſtoria ſua *Dubravius* Hiſtor. Bohem. lib. II. ſuo impulſu *Methodium* ac *Cyrillum* hoc feciſſe, ſed a Bohemis, domeſtica lingua rem ſacram peragi poſtulantibus, coactos: qui in hunc fere modum rem geſtam exponit. Sacro fonte abluendum fuiſſe Regium Principem recens natum. Quod Munere ad Methodium ceu principem ſacrorum Antiſtitem delato: latinorum, ut conſueverat, more rem hanc divinam facere, ſolitamque baptiſmi formulam latinis verbis conceptam prælegere eum adſtantibus cœpiſſe: ſed irruentis populi, domeſticæ ſuæ linguæ quam intelligerent, non peregrinæ uſum flagitantis, clamoribus partim interpellatum, partim minis deterritum, quod reliquum erat ſacrorum, Slavonica lingua abſolviſſe. Atque ab hoc tempore, ad Pontificem primo, deinde ad totum concilium re

de-

delata, publicoque conſenſu ac communi omnium ſaffragio conceſſa, & tanquam miraculo, per auditam ipſius Dei vocem, ut dictitabant confirmata, patriam, nempe Slavonicam linguam divinis Slavonicarum Eccleſiarum ſacris adhiberi cœptam. *Methodio* tamen & *Cyrillo*, Slavorum doctoribus inſignem illam ſalutaremque mutationem vel unice vel præcipue acceptam ferendam: his rationibus inducti exiſtimamus. Primo ne ſpeciem quidem aliquam veroſimilitudinis habet, ſua ſponte populum, antiquorum plerumque rituum quam tenaciſſimum, jamdudum receptam ſibique a majoribus ſuis traditam, latino ſermone ſacra celebrandi conſuetudinem, uno impetu, a nemine incitatum abrogari mutarique poſtulaſſe. *Methodii* potius ac Cyrilli inſtinctu, ſæpiusque repetitis graviſſimis adhortationibus hoc quidquid eſt immutationis eveniſſe concedendum eſt. Nec deſunt huic rei probandæ fide digni teſtes. In his vetuſti illius monumenti, quod jam ſupra pag. 77. laudavimus, circa annum Chriſti 878. de converſione Bojariorum & Carenthariorum ſcripti, inque *Freberiano* ſyntagmate ſcriptorum rerum Bohemicarum primum locum tenentis auctor, *Methodium* (*Cyrillo* non excluſo) diſertis verbis domeſticæ linguæ receptæ auctorem auſpicemque pronunciat his „verbis: usque dum quidam Græcus, *Metho*„*dii* nomine, noviter inventis Slavinis litte-

„ris

„ris linguam latinam doctrinamque Roma-„nam atque linguas auctorabiles latinas Phi-„loſophice ſuperducens, vileſcere fecit cun-„cto populo ex parte miſſas & Evangelia Ec-„cleſiaſticumque officium eorum qui hoc la-„tine celebrarant (a). Ubi per verba illa: *at-que linguas auctorabiles latinas philoſophice ſuperducens*, hoc ſignificare vult ſcriptor: Methodium, utpote non rudem ac plebeji ingenii hominem, ſed acutum nec obeſæ naris philoſophum, linguæ latinæ, quæ auctoritate publica recepta erat, propterea que auctorabilis vocabulo barbaro hic vocatur, uſum ceu ridiculum & abſurdum quid notatum improbaſſe. Iisdem fere verbis hoc teſtatur *Bernhardus* Monachus *in Kremtsmonſter*, qui circa ann. 1180 de origine Bavarorum ſcripſit (in catalogo teſtium

(a) Hic locus inprimis memorabilis, maximeque ad inſtitutum noſtrum faciens in ſæpius citata Hiſtoria Eccleſiaſtica Hungar. a celeberrimo Lampio in lucem emiſſa p. 14 depravatus plane ac corruptus neſcio cujus culpa ſic legitur: *usquedum quidam Grecus Methudii nomine, noviter inventis Latinis literis latinam linguam doctrinamque Romanam atque literas auctoritabiles latinas philoſophice ſuperdicens vileſcere fecit* &c. pro *Latinis* namque ſcribendum *Slavinis*, pro *ſuperdicens* autem ſuperducens, h. e. inducens, obliterans. Retinenda tamen lectio in his verbis: atque *literas auctorabiles latinas.* Cum enim jam ante linguæ latinæ meminiſſet, *literas* hic ſcripſiſſe auguror, ut vel literas etiam ipſas latinas a Methodio abrogatas indicet. Atque hoc ipſum argumento nobis eſt, non Dalmaticis ſed Cyrillicis literis, quas vocant, monumenta ſacra quondam conſignata.

Digitized by Google

ſtium veritatis lib. 9.) *Poſt hunc,* (*Osbaldum*) inquit, *interjecto tempore aliquo ſupervenit quidam Slavus ab Hiſtriæ & Dalmatiæ partibus, nomine Methodii qui adinvenit Slavinas literas & Slavice celebravit divinum officium & vileſcere fecit latinum.* Similiter *Aventinus* lib. IV. annal. p. 434. (edit Ingolſt.) *Eadem tempeſtate*, inquit, *Methodius &c. vertit divina oracula in vernaculum Slavorum ſermonem, perſuaſitque popularibus Dalmatiam incolentibus, ut exploſa lingua latina &c. ſuum conſecrarent eloquium.* *Martini Cromeri* accedit teſtimonium, qui lib. III. rer. Polon. a *Methodio* & *Cyrillo* illud effectum eſſe ſcribit, aſſentiente Pontifice M, ut Slavis ſua lingua in ſacris uti liceret: adde *Æneam Sylvium* Hiſtor. Bohem. c. 13., inprimis *Azorium* Inſtit. moral. lib. 8. c. 26. aperte fatentem, ante ſexcentos annos Cyrillum a Romano Pontifice impetraſſe, & Romanum Pontificem acriter contendiſſe, ut ſacræ *preces* &c. in linguam Slavonicam verterentur. Vel ipſe *Stredovvskius*, pontificius ſcriptor negare non audet, *Methodii* ac *Cyrilli* unius conſilio auctoritateque Latinæ linguæ uſum ex ſacro Slavorum cœtu proſcriptum exulare: etſi multo aliter, quam Dubravius rem iſtam enarret (b). Nimirum

(b) Non poteſt enim non unusquique paulo erectioris ingenii & ſupra vulgum ſapiens homo, hanc Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem ceu abſurdam & riſu dignam explodere. Non minus enim ridiculum eſt, ignota in ſacris lingua uti, quam ſurdo fabulam narrare, aut Tartarica lingua loquenti, germanicam orationem recitare velle,

rum eo tempore quo Radislaus Moraviæ Rex, imperii faſces teneret, Antiſtites Bavaros, S. S. Cyrilli & Methudii in propaganda ſacra diſciplina ſucceſſibus in Moravia collatisque in eos a Pontifice honoribus invidentes, varias iisdem nocendi, illorumque opera diſturbandi iniiſſe vias. eosdem certiores factos, domeſtici in re divina ſermonis uſum Eccleſiis illorum, quibus præeſſent, omnibus permiſſum: commodiſſimam hanc odium explendi ſuum & antiquam in ſacris poteſtatem recuperandi occaſionem habentes, apud *Nicolaum* Primum, Pontificem, nominam eorum detuliſſe, atque ut novis ſtudentes rebus, patriaque inſtituta violantes, hæreſeos accuſaſſe. Nihil hic autem de facta a *Methodio* baptizatione, nihil de eo ad domeſticæ linguæ uſum a populo coacto. Subſcribit denique ſententiæ noſtræ *Johannes Octavus* Pontifex epiſtola, qua Slavis, Latinæ Eccleſiæ in Moravia addictis, (c) publicum Slavonicæ linguæ in divina re facienda uſum permiſit: quam quidem a viris clariſſimis memoratam ſuisque ſcriptis inſertam, ab

(c) Nonnulli exiſtimant tum primum Moraviæ cætibus Slavonicæ linguæ in ſacris uſum permiſſũ eſſe: ſed ſi *Stredovvskio* fides habenda, jam *Ladislai* Moraviæ Regis tempore hoc factum a *Nicolao Papa*, cum ad cauſſam dicendam *Methodius* ac *Cyrillus* vocati Romam eſſent, controverſiamque illam de domeſticæ linguæ in ſacris uſu, in toto concilio diu ventilatam, audita de cælo vox in *Methodii* ac *Cyrilli* favorem tandem decidit. vid. *Stredovvsk.* p. 244. ſeq.

ob argumenti gravitatem memoratu digniſſimam, cum & nobis hic calculum ſuum apponat, integram huc transſcribemus. Literas
„Pontifex ait Slavonicas, a Conſtantino quon-
„dam (d) Philoſopho repertas, quibus Deo
„laudes debitæ reſonant, jure laudamus, &
„ut in eadem lingua Chriſti, Dei noſtri præ-
„conia & opera enarrentur jubemus. Ne-
„que enim tribus tantum (e) ſed omnibus
„linguis Dominum laudare auctoritate ſacra
„monemur, quæ præcipit, dicens: Laudate
„dominum omnes gentes & collaudate eum
„omnes populi. Et Apoſtoli repleti ſpiritu
„ſ. locuti ſunt omnibus linguis magnalia
„Dei. Hinc & Paulus cœleſti quoque tuba
„inſonat, monens: Omnis lingua confitea-
„tur, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus in
„gloria eſt Dei patris. De quibus etiam in

 „pri-

(d) Omnino hic cum *Pagio* in Crit. T. III. ad ann. 880. pro *quodam* Philoſopho, *quondam* legendum eſſe clariſſ. *Friſchius* obſervat, jamdudum enim, cum hanc Papa epiſtolam ſcriberet, Slavonicæ literæ inventæ erant, nec adeo ignoti aut ignobilis erat nominis Cyrillus, præſertim iis temporibus, ut a quodam Philoſopho inventos ſcripſerit: ad tantam enim dignitatem a *Nicolao* Pontifice, eo ipſo quo cauſæ dicendæ gratia Romæ verſaretur, tempore evectus fuit, ut pallio, quod Archiepiſcopalis officii inſigne eſt, indueretur.

(e) Latinam ſcilicet, græcam & Hebraicam linguam intelligit. Clariſſ. *Jenckinus Thomaſius* natione Anglus ſingulare in eo divinæ providentiæ argumentum ponit, quod præter germanicam, his præcipue tribus linguis Chriſtiana in toto mundo ſacra peragantur, vid. orat. & diſſert. ejus junctim editas in 8. Altdorffii.

„prima ad Corinthios epiſtola ſatis & mani-
„feſte eos admonet, quatenus linguis lo-
„quentes Eccleſiam Dei ædificemus. Nec
„ſane fidei vel doctrinæ aliquid obſtat, ſive
„miſſas in eadem Slavonica lingua canere,
„ſive ſacrum Evangelium & lectiones divi-
„nas Veteris & Novi Teſtamenti bene trans-
„latas & interpretatas legere (f) aut alia Ho-
„rarum officia pſallere. Quoniam, qui fe-
„cit tres linguas principales, Hebr. ſcil. Græ-
„cam & Latinam, ipſe creavit & alias omnes
„ad laudem & gloriam ſuam. Teſtatur quo-
que

(f) Miror quod hanc epiſtolam *Stredovvskius* commentariis ſuis cætera abſolutiſſimis *de vita & rebus geſtis Methodii ac Cyrilli* non modo non inſeruerit, ſed nec minimam ejus injecerit mentionem, cum alias tamen duas ab eodem Pontifice ad eundem datas: unam p. 316 alteram p. 327. totas adjecerit; ſed ideo fortaſſe fecit, ne reliquis epiſtolis hanc jungens, auctoritatem ac infallibilitatem Pontificiam nimis ſuſpectam redderet ac dubiam. Profecto enim ſi quis has duas, quas ſupra commemoramus, epiſtolas ab eodem Pontifice eodem fere tempore conſcriptas inter ſe confert; apertas ibi nulloque modo excuſandas contradictiones, infallibilitatem Papæ penitus enervantes deprehendit. Cum enim in illa epiſtola primo loco a nobis poſita, Slavonicæ linguæ in ſacris obeundis uſum penitus concedat, ita ut nec miſſas excludat, in hac contra, orationes quidem ad populum Slavonice haberi poſſe concedit: a miſſis tamen omnibus abeſſe oportere præcipit, latina vel Græca lingua celebrandas. De hac epiſtola inter alia ſic judicat *Whartonus* in notis ad *Uſſerii* librum de ſacris vernaculis: partem ejus potiorem Romanæ ſedis Majeſtati & prærogativis ampliandis inſumi, variiſque argumentis texendis, quibus Slavi in ditionem ejus tranſire inducantur, &c. vid. libri hujus, p. 373.

que ejusdem Pontificis epiſtola ad *Methodium* Pannonienſis tum Eccleſiæ Archiepiſcopum anno 879. data, quæ eſt epiſt. 195. Concil. Tom. IX. p. 127, neminem niſi Cyrillum, mutatæ linguæ auctorem omniumque turbarum cauſam eſſe habitum. Inter alia enim hæc ibi verba legimus. Audimus etiam, „quod miſſas cantes barbara h. e. Slavina „lingua: unde jam literis noſtris, per Pau„lum Epiſcopum Anconitanum tibi directis „prohibuimus (g) ne in ea lingua, ſacra „miſſarum ſolennia celebrares, ſed vel in „latina, vel in Græca lingua, ſicut Eccleſia „toto terrarum orbe diffuſa & in omnibus „gentibus dilatata cantat. Prædicare vero „aut ſermonem in populo facere tibi licet, „quoniam Pſalmiſta omnes admonet (h) (Pſ. „116) Dominum gentes laudare; & Apo„ſtolus (Philip. 2.) omnis, inquit, lingua con„fiteatur, quia Dominus Jeſus in gloria „Dei patris. Data Kalend. XVII. Jul. Indict.

(g) Multum hic operæ conſumit *Stredovvskius* p. 317. ut *Methodium* ex omni contumaciæ culpa eximat. Serius igitur quam ut ad Pontificis mandatum ſe componere potuerit, primam interdicti epiſtolam ei redditam eſſe falſo contendit: cum integer annus interceſſerit. aliunde quoque e. g. ex alia *Johannis Pontificis* epiſtola, p. 315. a *Stredovvskio* expoſita, apparet, non una in re *Methodium* ab Eccleſiæ Latinæ placitis, nulla Pontificiæ auctoritatis ratione habita, receſſiſſe.

(h) Eodem fere dicto Pſalm. ſcil. 150. verbis illis: *Omnis ſpiritus laudet Dominum*, Methodius ſe ſuamque cauſſam apud Pontificem, defendiſſe legitur, vid. *Stredovvsky* p. 237.

(i). Hæc & ſimilia teſtimonia Cyrillum ejusque ſocium atque adminiſtrum Slavonici domeſtici ſermonis uſum publicum introduxiſſe probant: quæ tamen eatenus tantum admittimus, quatenus linguam Slavonicam ab iis invectam, non quatenus latinam prius abrogatam & antiquatam tradunt. Fieri enim qui potuit, ut antiquam illi linguam abrogarent, qui primi omnium in Moravia reliquisque Slavorum terris Evangelium annunciantes, domeſtica ſtatim lingua, h. e. Slavonica, interprete utebantur? Valetque hic tritum illud Philoſophorum dictum: privatio ſupponit habitum. Primos autem ſacrorum ſtatores in Moravia cœterisque Slavorum regionibus Methodium & Cyrillum extitiſſe: teſtis eſt *Matthias* de *Micovia* Chronic. Polon. cap. 13. in hæc verba ſcribens: *Cyrillus* & *Methodius* miſſi a Michaële „Græco imperatore ad poſtulatum principis „Slavorum in Moraviam, cum fundamenta „jeciſſent ibi Chriſtianæ fidei: evocati tandem Romam & inquiſiti, quare in lingua „Slavonica divina celebrarent, & non in „latina &c. Teſtes item annales MSt. *Andr.* „*Danduli*, Ducis Veneti, a *Lucio* citati, „qui ita rem exponunt. Anno 874. „*Conſtantinus*, natione Theſſalonicus, vir „catholicis divinisque Scripturis eruditus, & „in

(i) Hanc epiſtolam exhibet *Severin: Binius* tom. 3. concil. par. 2 p. 975. b. n. 195 qui tamen priorem, quam inſerere fortaſſe non auſus eſt, omiſit.

„in variis idiomatibus peritus Regem Bul-
„garorum cum gente ſua ad fidem conver-
tit &c *Dandulum* autem hæc eadem mutuatum
eſſe affirmat *Lucius* ab hiſtoria presbyteri
Dioclis (vel Diocleatis) quam regumDalmatiæ
nomine *Maurus Orbinus* in opere ſuo,
nuncupato, *il regno degli Slavi*, incluſam vulgavit
anno 1601: cum quo etiam convenit
teſtimonium *Porphyrogenniti in vita Baſilii Macedonis.*
Confer de hac re *Henricum Whartonum*,
eruditum Anglum in notis & additamentis
ad *Jacobi Uſſerii*, Armachani Archiepiſcopi
*hiſtoriam dogmaticam controverſiæ inter
Orthodoxos & Pontificios de ſcripturis & ſacris
Vernaculis* Londini 1690. in 4. editam ubi p.
„371. hæc tradit. Quæ de *Methodio* & Cyrillo
„referunt Hiſtorici ab illuſtriſſimo Primate
„(Uſſerio np.) laudati, parum accurata ſunt.
„Id quidem conſtat hosce Slavis a ſe conver-
„ſis S. S. & Liturgiam lingua vernacula tradi-
„diſſe. Latinis autem ritibus, vel liturgiæ
„auctoritatem abrogaſſe, purum putum
„commentum videtur, nulli fundameuto
„nixum. *Methodius* & *Cyrillus* enim illos,
„inter quos verſati ſunt, Slavos primi omni-
„um ad fidem Chriſtianam converterunt,
„adeoque qualemcunque liturgiam primi o-
„mnium induxerunt.

Nova igitur hac lingua cum maximo multorum ſcandalo, nec minori Pontificiæ auctoritatis detrimento, in Slavonicum ſacrum cœtum a *Methodio* ſocioque ejus inve-

ćta, atque ab ipſo Pontifice, qui majores turbas metuebat, vel invito conceſſa, comprobataque (k): Pontificii iſtoc facinus Antiſtitum duorum variis ſimulationum involucris tegere ſtudebant. Neceſſitate compul-

(k) Quam invitus hanc ipſam conceſſerit, quaque aſtutia Methodium Romam acciverit eumque quovis modo ſibi devincire ſtuduerit Pontifex, ſcite admodum ac venuſte exponit *Whartonus* in notis ad *Uſſerii* ſupra laudatum librum: p. 373. Invitus admodum, inquit, Johannes „(VIII. Papa) licentiam ſacra vulgari lingua celebrandi Slavis dedit; veritus ſcilicet, ne, ſi præfracte renueret, illi Patriarchæ Conſtantinopolitani ditioni Bulgarorum exemplo ſeſe ſubmittant. A Græcis ſacerdotibus „converſi erant, adeoque Patriarchatui CP jure ſubjiciendi „erant. Verum *Johannes* Methodium aſtu quodam Romam anno præcedenti arceſſiverat ſpecie quidem, ut „doctrinæ ſuæ, quam nonnulli minus orthodoxam eſſe „apud Papam criminati erant, rationem redderet, re vera „autem, ut eccleſiam recens fundatam Romano Patriarchæ ſubjiceret. Methodium igitur tanquam obſidem „quendam Slavis chariſſimum honoribus & amicitia cumulatum Romæ detinuit, & ut Slavos inſigni quodam „beneficio Romanæ ſedi devinciret, vernacula liturgia „uti illis conceſsit &c. & poſtea; Ipſe autem Papa antequam iſtiusmodi ratio intercederet: Liturgiam vernacule celebrari adeo non probavit, ut in epiſtola ad Method, „ao. 879. data ipſum eo nomine comminaretur. Cæterum non perpetua hac licentia Slavi uſi ſunt, ſed a *Gregorio* VII ſive *Hildebrando* eadem rurſus privati, adeo ut *Wratislao* Bohemiæ duci roganti vehementius repulſa daretur, eo quod non immerito Scripturam omnipotenti Deo placuerit quibusdam locis eſſe occultam, ne ſi ad liquidum cunctis pateret, forte vileſceret. Hæc verba ſunt Reſcripti ex A. 1080. Pontificii dura non minus quam abſona & S. S: ipſi contraria lib. VII. epiſt. 2. conf. epiſt. *Reiskii*, *Mayeri* hiſtoriæ verſionis Bibl Lutheri inſertam p. 136.

Digitized by Google

pulſos *Methodium* ac *Cyrillum* latinæ linguæ Slavonicam in ſacris adhibendam ſubſtituiſſe (l). Propter illorum enim qui latinam Græcamque linguam callerent, iisque ſacra proponerent, paucitatem non potuiſſe rebus ſuis communique commodo aliter conſulere, quam ut Slavonicæ linguæ tantummodo peritis hanc inopiam levarent, eosque populo hac lingua erudiendo præficerent (m). Inde factum eſſe, ut paullatim *Methodio* pro-

 pe-

(l) Verum quidem eſt eo, quo Methodius florebat, tempore, latinas Græcasque literas propemodum neglectas ac incultas jacuiſſe; unde quam rari tum fuerint eruditi facile intelligitur: tanta tamen non erat inopia, præſertim eorum, qui ſacris Latina lingua recitandis, quod magnæ artis non erat, idonei videri poſſent. conf. quæ ſupra, adverſus eos, qui non ſua ſponte ac deliberato animo ſed coactum *Methodium* latinæ linguæ conſuetudinem antiquaſſe tenent. His nunc adjungo Aventini teſtimonium „in Annal. lib. IV eadem, ait tempeſtate *Methudius* Phi-„loſophus Venedas invenit literas, vertitque divina ora-„cula in vernaculum Slavorum ſermonem, perſuaſitque po-„pularibus Dalmatiam incolentibus, ut exploſa lingua La-„tina, & exſibilato ritu Romano, ſuum conſecrarent eloqui-„um. Poſthæc in regnum Bojariæ perrexit, Liburnia, No-„rico, Pannoniis Venedis habitantibus idem perſuaſurus.

(m) Vid. *Stredowskium.* cit loco p. 229. ubi inter alia, Idcirco, inquit, plurimos doctrina morumque commendatione conſpicuos viros, non attento, quod ſermonis latini vel Græci carerent uſu, presbyteratus donarunt honoribus, & ab eodem tempore ad augendam conſervandamque fidelium devotionem miſſos, horas canonitas & reliqua Chriſtianitatis officia, in Eccleſiis publica voce (hoc eſt ut nos interpretamur, domeſtica omnibus nota lingua) reſonare ſtatuerunt, cunctisque ſacerdotibus ſuis ad alia vernacula uti lingua indulſerunt.

Digitized by Google

pemodum invito, Slavonicæ linguæ in Moraviam reliquasque Slavinas regiones, uſus ſe inſinuaret. His illi prophaſibus *Methodii*, ſanctorum in numerum a Pontifice relati, facinus excuſant. Auctoritatem vero infallibilitatemque pontificis, quæ maxime hic agebatur, tuendi ac conſervandi via non alia relinquebatur, qnam ut miraculum aliquod fingentes, ab ipſo Deo Slavonicæ linguæ in ſacris faciendis uſum comprobatum, ratumque habitum pronunciarent. Aut approbandum enim hoc erat *Methodii* aliorumque de domeſticæ linguæ uſu ſibi concedendo poſtulatum, aut reprobandum. Neutrum facere Pontifici licebat. Nam ut concedendo ſuam ſuorumque anteceſſorum infallibilitatem: ita abnuendo Slavorum, qui metuendi tum erant, animos jam exacerbatos offendiſſet. Hinc quam Pontifici ipſi periculoſam fore aſſenſionem prævidebant, ipſi Deo tanquam auctori affingere non verebantur (n). In ipſo enim quod ſuper hac re in urbe Roma habitum eſt, cui *Methodius* ac *Cyrillus* cauſæ dicendæ ergo interfuerunt concilio, cum in utramque partem diu de hac controverſia diſputatum eſſet: hanc vocem cœlitus auditam eſſe dicebant: *Omnis ſpiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei.*

(n) Vid. *Stredovvskium* p. 255, 56, 57. &c. ubi rem omnem ut geſta eſſe fingitur, exponit. Alii auctores idem narrant: in circumſtantiis autem ſeu rationibus exponendis maximæ variant; non minimo illo vanitatis indicio.

ei. Quod & rudiori plebeculæ penitus perſuaſerunt. Denique non melius ut ſuis rebus ita Pontificis dignitati ſe conſulturos putabant, quam ſi vulgatæ Hieronymi verſioni, per univerſam Romanam Eccleſiam receptæ, atque ad *Methodii* ac *Cyrilli* ætatem ubique locorum adhibitæ, ejusdem propemodum auctoritatis eademque forma conſcriptam Slavonicam ſubjicerent ac ſurrogarent: perſuadentes poſteris (o) ſacrum codicem cœterosque qui in Eccleſiis legi ſolent, libros non a *Methodio*, Græcæ religioni addicto, ſed ab eodem, qui vulgatam bibliorum verſionem conſcripſiſſet auctore, *Hieronymo* profectos eſſe. Horum namque qui a primario Romani cœtus doctore translati confectique eſſent librorum a Pontifice conceſſum uſum, non tam fore vel Romano Præſuli ignominioſum atque exprobrandum, vel reliquis Pontifici ſubjectis cœtibus offendiculo judicabant, quam ſi *Methodium* ac *Cyrillum*, Græcæ fidei homines, inque plurimis doctrinæ capitibus Romanis dogmatibus adverſatos, auctores eſſe conſtaret. Ejusdem

H 5 enim

(o) Probabile enim eſt non eo jam tempore quo *Methodius* vivebat, ſed aliquo demum temporis ſpatio interjecto, commentum hoc Pontificium excogitatum inque vulgus datum eſſe. Nam alias facile patefacta fraus eſſet: multis, qui hujus facti conſcii eſſent, adhuc viventibus. Poſteris autem, ante actarum rerum minus gnaris, eo facilius hoc perſuadebant, quo, ob ingruentem magis magisque barbariem, omniumque literarum neglectum tempora ad fabulas ſpargendas erant aptiora.

enim auctoritatis ſinceritatisque habendi videbantur libri a ſummo Eccleſiæ doctore, cœleſti numine afflato, *Hieronymo* confecti, ſive latine illi ſive Slavonice exarati legerentur. Et parum intereſſe videbatur, ſive Dalmaticam quis *Hieronymi*, ſive eandem atque illam, vulgatam ſacri codicis verſionem legeret. Nec poterat adeo hæc res vel legibus ab infallibili Præſule Romano latis fraudi eſſe, vel reliquis Eccleſiæ Romanæ cœtibus propter diſſimilem diſpenſandi rationem juris quidquam, ex æqualitate fluentis, concedere. Quæ enim in Slavonica Eccleſia afferri poterat diſpenſandi ratio, reliquis non ſuppetebat. Manet itaque in hodiernum diem fabula, *Hieronymianam* eſſe, qua in Eccleſiis hodie ſuis Slavicæ gentes utuntur, verſionem. *Hieronymianos* item hoc eſt ab *Hieronymi* ingenio profectos, reliquos in Eccleſiis receptos libros. Poſterius enim Clariſſ. *Friſchius* in orig. charact. Cyrulici p. 11 docet, his verbis. „Eadem, inquit, ratione, qua „etiam character Glagoliticus quo libri Ec„cleſiaſticæ devotionis, qui in hunc usque diem apud Slavonicas gentes quasdam in uſu ſunt, non propter inventionem, ſed propter *Hieronymi* verſionem *Hieronymianus* dicitur (p). Ac inter alios quidem Eccleſiaſticos li-

(p) Nos potius eam ob rationem a Pontificiis hoc nomine appellatum eſſe Glagoliticum characterem credimus, ut alphabeto cujusdam Slavonici inventorem eſſe *Hierony-*

libros: divinum officium, ſive qui miſſarum formulas ac cœrimonias continet, librum ab *Hieronymo* in Slavonicam linguam converſum eſſe fidenter affirmat Pontificius ſcriptor *Blondus* (q). Sic enim in *Italia illuſtrata* reg. XI Hieronymus, ait, officium divinum, quo catholici utuntur Chriſtiani, ex Græco in idioma Slavonicum traduxit, quod glorioſus *Pontifex Eugenius VII.* per noſtras manus illis confirmavit.

§. 8.

Hieronymianæ Verſionis fabula, idoneis argumentis a nobis refutata, veraque ejus origine

nymum, linguæque adeo Slavonicæ peritum fuiſſe, populo eo magis majorique cum ſpecie perſuadeant.

(q) Viro celeberrimo *Matthia Belio* teſte hodienum miſſalia, Slavonice conſcripta. ſed non niſi Glagoliticis ſ. Hieronymianis characteribus imprimuntur. Ita enim iſte in *vetere literatura Hunno Scythica* p. 8. *Dalmata*, inquit, *Raſciani, Slavi, Boſnii, Croata, Carni, Moſcovita ſ. Ruſſi Gracas litteras, ſed novis quibusdam ductibus deformes, ſuas fecerunt. Sed de Slavonicis litteris diſtinctius dicendum, quod natio nobis vicina eſt. Sunt ea nimirum duplicis generis, Cyrillica & Glagolitica: iſtas poſteriores Dalmata & Croata paſſim uſurpant atque a S. Hieronymo, qui Stridone natus eſt, inventas credunt. iisdem miſſalia, quibus ritus faciendorum myſteriorum continentur Roma hodienum inprimi, auctores idonei perhibent.* Genti enim huic beneficio peculiari a ſummo Pontifice Rom. jam tum ao. 870. indultum eſſe legimus, ut ſacra facere poſſit lingua ſibi vernacula, utut ſuper ea re non levem controverſiam exortam legamus inter Archiepiſcopum Juvavenſem qui nunc Saltzburgenſis dicitur *Adelvinum* & *S. Methodium*, conf. *Joh. Weichardi Valvaſſor* Ehre des Hertzogthums Crayn lib. VII. c. V. VI.

Digitized by Google

gine detecta: ad verum Slavonicæ bibliorum verſionis auctorem indicandum venimus. Qui de rebus Slavorum ſacris memoriæ prodiderunt, Slavonicæ verſionis auctorem plerique ſilentio prætermittunt. Oppenbuſchius in diſſertatione ſub celeberr. *Danhaueri* præſidio Argentorati habita, de religione Moſcovitarum, hæc tantum memorat. Biblia in Slavonicam fuderunt linguam. Regenvolſcius ſive (ut alias vocari ſe voluit) Wengerſcius in hiſtoria Eccleſiarum Slavonicarum, bibliorum tantum meminit Slavonicorum utriusque Teſtamenti. Nos probatisſimorum hominum teſtimoniis, præcipue domeſticis, quæ nemo facile, (niſi cavillaturus,) in dubium vocabit, ſubnixi, ſæpe laudatis Slavonicæ gentis Doctoribus *Methodio* ac Cyrillo primam Slavonicam ſacri codicis, interpretationem, vel eandem cum hodierna, qua nunc Ruſſi utuntur, vel aliam, ſive ea ſuperſtes adhuc ſive amiſſa ſit, tribuimus. Primum ac præcipuum hic teſtem ſiſtimus librum Ruthenorum manuſcriptum perantiquum, resque ad Eccleſiam pertinentes fideliter (a) enarrantem, qui Slavonica lingua ſcriptus, *Stepennaja Kniga*, h. e. gradualis liber vulgo appel-

(a) In bellis Ruthenorum, aliique rebus ad ſtatum civilem ſpectantibus, deſcribendis non ſemper fidem mereri hoc ſcriptum fatemur, cum ridenda ſæpe miracula, aliasque fabellas pueriles plane ac inconditas lectoribus perſuadere velit, ejus ſeculi quo conſignatum eſt ignorantia, ac credulitate natas: in rebus tamen Eccleſiæ exponendis ſimplex omnique fingendi ſuſpicione alienum eſt.

Digitized by Google

pellatur. Hunc ipſi, interprete quodam Slavonicæ bene gnaro adjuti, conſulentes, (diu enim hunc librum ex Bibliotheca Academica quæ Petropoli eſt, comodatum penes nos habuimus) ita de hac re capite XI. tradentem „invenimus. Ablegatos a Michaele Imperatore Orientis Methodium & Conſtantinum, filios Leonis Theſſalonicenſis, qui, cum „multos libros ſacros transtuliſſent & peculiare quoddam alphabetum, (b) ſuo ex ingenio concinnaſſent, magna cum laude Eccleſiæque fructu Evangelii docendi munus obierint; Methodio tandem Moraviæ epiſcopo conſtituto, Conſtantino autem in „monachali vita, quæ Cyrilli nomen illi indiderit, defuncto. Hic etſi generatim duntaxat libros ſacros a Methodio & Cyrillo translatos eſſe memoretur, nec in quam linguam eos converterint, clare diſerteque indicetur, alphabetum denique quale confecerint, non addatur: ex ipſo contextu tamen aliisque circumſtantiis manifeſtum eſt Slavonice translatos libros, in primis codicem ſacrum, qui maxime deſiderabatur, & Slavonicum alphabetum ſignificari. De alphabeto quidem ab illis invento alio loco, Stepennaja ſic prodit, oniſche priſcſchedſche i na Tzſchaſche ſoſta

(b) Ut Græci alphabetum a primis duabus literis alpha & bita appellant: ita eandem appellationis rationem obſervantes Rutheni ac Slavi, alphabetum *as buki* nominant. as enim primam in eorum alphabeto literam a, buki, autem alteram ſc. b. conſtituit.

ſtawlat piſmena Asbukownaja slawenskim iaſikom Bolgonſche i Slovveni, i Serbi, i Arbanaſi i Baſſane i bowſiech tiech, edin iaſik Sruſieiu, h. e. illi vero abeuntes, continuo adornarunt ſcripturam quandam Alphabeticam linguarum Slavonicarum, (ſcil. in uſum) Bulgaris & Slowenis & Serbis, & Arbanaſis, & Baſſanis & omnibus iis qui Ruthenorum lingua loquuntur. Secundus Teſtis erit *Diocleas* presbyter, cujus hæc verba ſunt in hi-„ſtoria Regni Slavorum (c) Conſtantinus, vir „ſanctiſſimus ordinavit Presbyteros, & lite-„ram lingua Slavonica componens, commu-„tavit Evangelium Chriſti atque Pſalterium „& omnes divinos libros, V. & N. Teſtamen-„ti de Græca lingua in Slavonicam linguam. Nam etſi *Cyrilli* tantummodo mentionem hic inferat: *Methodium* tamen, fidelem ejus ſocium laborumque adminiſtrum non excludit: quemadmodum & illi, qui *Methodium* duntaxat auctorem citant, *Cyrillo* neutiquam hanc laudem eripere volunt. Tertium hic Teſtem adducimus *Aventinum in annal. Bojorum* ita ſcribentem. „Eadem tempeſtat *Me-„thudius* Philoſophus (d) Venedas invenit lite-„ras

(c) Hujus auctoris monumentum deprehenditur apud *Lucium de regno Dalmatiæ* p. 288. vid. & Lelong l. c. p. 436. ubi ſimile fere teſtimonium *Chriſtanni*, Boleslai II. Bohem. Ducis fratris, qui ao. 993. floruit, adducitur.

(d) Perperam *Methodius* Philoſophus vocatur, non enim ille ſed Cyrillus in excellentiori quodam ſenſu Philoſophus cognominatus eſt. Multo adhuc graviores in *Aven-*

Digitized by Google

„ras (e) vertitque divina oracula in vernacu„lum Slavorum ſermonem. His veterum fide dignis teſtimoniis recentiorum ſcriptorum quædam adjungimus. Præcipuum autem in his locum tenet *Stredovvskii* illud utpote Pontificii hominis teſtimonium. Qui etſi *Hieronymo* libentiſſime hanc gloriam uni vindicaſſet: veritate tamen adductus, *Methodium* ac *Cyrillum* in ſocietatem ejus admittit, paſſimque & illis Verſionis Slavonicæ opus attribuit. Sic pag. 96. *Methodii* ac *Cyrilli* commorationem in Cherſona urbe deſcribens, Evangelium, quod ipſis prædicandum erat cum aliis ſacris libris, ad populum erudiendum aptis in Slavonicam ibi linguam convertiſſe tradit: ut alia quibus hoc idem teſtatur, loca prætercam. Auctor Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Hungariæ &c. a clariſſ. *Lampio* ſuperiori anno editæ (p. 14) ſæpe commemoratam verſionem *Methodio* ſic adjudicat. Sin„gulare multis ſine dubio præſidium attulit „curata paulo poſt hæc tempora (poſt tem„po-

ventino errores obſervant eruditi. *Goldaſtus* in *comment. Bohem.* l. 2. cap. 5. multa de rebus Moravorum regum ſcripſiſſe, ſed confuſe, ait. *Stredovvskius* quoque p. 306. eum reprehendit, quod acta S. *Methudii* per plures annos in Slavoniæ partibus patrata in unum tempus contraxerit.

(e) Venedi ſ. Wendi (quo nomine Slavi in Germania quondam habitantes proprie inſigniuntur) ſolent & Slavi & contra appellari. vid. *Bugenhagii* Pomeraniam quam clariſſ. Gryphisvvaldenſis Profeſſor, D. *Balthaſar*, ex manuſcriptis nuper edidit. in 4.

„pora Carol. M.) ſacrarum literarum in lin„guam Dalmaticam (Slavonicam hic intel„ligit) translatio. Quamvis enim ipſe Hiero„nymus a Sixto Senenſi lib. IV. Bibliothecæ „ſanctæ pro auctore hujus verſionis habea„tur, qui cum multi alii paria faciunt: idonea „tamen auctoritate hæc traditio eſt deſtitu„ta. Provocatur quidem ad Epiſtolam ipſi„us Hieronymi ad Sophronium, quæ numero „eſt 134. verum magis in proclivi eſt Hie„ronymum illo in loco per linguæ ſuæ homi„nes Latinos quam Dalmatas intelligere. „Quare ſatius erit eorum accedere partibus, „qui *Methodio* (f) & *Cyrillo* circa ann. 860. non „ſine fructu, ſed & non ſine moleſtia in illis „oris laborantibus Dalmaticam (hoc eſt Sla„vonicam) verſionem attribuunt. Huc ſine dubio quoque reſpicit illuſtris *Herberſteinius* commentario rerum Moscovit. de Ruthenis hæc referens (p. 1.) primo characteribus carebant; poſtea Michael Rex Conſtantinopolitanus literas Slavonicas in Bulgariam anno 6406 miſit (g). Tum primum non ea duntaxat quæ tum gerebantur, ſed etiam omnia

quæ

(f) De vera vocis Methodii ſcriptione hæc monenda ſunt. Alii *Methudius*, alii vero *Methodius* ſcribunt. Verum *Methodius* omnino ſcribendum eſt: cum & Græci auctores omnes Μεθόδιον eum vocent, & Græcæ originis cognomen ſit: ex μετα poſt & ὁδὸς via derivatum.

(g) Sine dubio *Methodium* & *Cyrillum* hic intelligit, quippe quos a *Michaele* Orientis imperatore ad Slavos erudiendos doctrinaque imbuendos ſacra ablegatos ſupra memoravimus.

quæ a majoribus acceperant & per longam memoriam retinuerant, ſcribi cœperunt. (h) Adjungere his tandem placet *Godofr. Henſchenii* & *Daniel: Papebrochii* teſtimoniũ, reperiundum in Actis Sanctorum menſe Majo Tom. I. 1680. Antvverp. in fol. edit. p. 16. Utriusque, inquiunt, ſcil. *Methodii* & *Cyrilli* inſigne opus eſt Novum ac Vetus Teſtamentum aliorumque librorum plurium in Slavonicam linguam, (quæ eadem Ruthenica eſt) facta converſio &c.

Objiciunt hic aliqui contra ſentientes illius, quo *Methodius* & *Cyrillus* vixerunt, ſeculi barbariem, ac rerum inprimis divinarum ignorantiam. perque eam vix probabile eſſe putant, Slavonicam verſionem, non inſcite ac indocte factam, tum demum prodiiſſe. Nimis autem, ut dicam quod ſentio, infirmum ac imbecillè hoc argumentum eſt. Fuerint enim iſta tempora, in quæ Slavorum Antiſtitum ætas incidit, barbariei tenebris plane circumfuſa: non tamen hoc impedit, quo minus aliqui inter tot rudes homines ac indoctos inventi fuerint eruditi, præſertim a quibus præter Slavicæ Græcæque

I lin-

(h) Paulus Jovius in legatione Moſcovit. p. 26. *Hieronymum* & *Cyrillum* in transferendis bibliis facit ſocios; ſic tradens: in Illyricam linguam ingens librorum ſacrorum multitudo translata extat induſtria maxime divi *Hieronymi* & Cyrilli &c. Idem autem hoc eſt ac ſi quis Lutherum ac Chryſoſtomum primæ Germanicæ. bibliorum verſionis jungeret auctores.

linguæ, nec plane nullam diſciplinæ ſacræ cognitionem, vix aliud quidquam exigeretur. Seculo poſt Chriſtum natum octavo in ſumma literarum pariter & ſacrorum ignoratione verſati ſunt homines: hæc ipſa tamen ætas *Alcuinum*, *Venerabilem Bedam*, ceterosque eruditione conſpicuos Viros tulit. Eodem loco Præſules noſtros fuiſſe conſtat: inter eruditorum ſeculi ſui principes numeratos. Vel ipſum Philoſophi nomen quod *Cyrillo* dederunt, hoc declarat. De quo *Stre-*
„*dovvskius*. p. 89. Quæ, inquit, ingenii fama,
„ubi orbi inclaruiſſet, paſſim ab omnibus,
„quaſi nomine proprio per excellentiam
„Philoſophi nominabantur (ſolum tamen *Cy-*
„*rillum* cognomen hoc tuliſſe legimus): &
„quidem *Cyrillum* ab ipſa pueritia ob ſummum
„ingenium Philoſophum fuiſſe vocatum, *Leo*
„*Oſtienſis*, & alii cum *Jacobo de Voragine* in Hiſtor. *de S. Clemente* teſtantur. Neque vero non poterant ſupra ſeculi ſui captum ſapere, ob ingeniique acumen ſenitere ii, qui ab ineunte ætate ad rerum ſcitu dignarum artiumque liberalium ſcientiam, quam diligentiſſime a parente ipſo fuerant educati. Quam rem teſtimonio ſuo idem auctor confirmat, eodem loco ſic ſcribens: „Ipſe enim geni-
„tor *Conſtantinus* pro filiis ſuis ut par erat ſol-
„licitus, haut ignorans quanti intereſſet Rei-
„publicæ, eruditos relinquere filios, poſt-
„quam literis Græcis & latinis apprime fuiſ-
„ſent inſtructi, artibus liberalibus eosdem

„quam

„quam optime imbuere ſatagebat: (i) & quæ ſequuntur. Inprimis autem *Methodii* frater *Cyrillus*, ob ingenii nitorem variæque eruditionis laudem cum ſingulari quadam linguarum peritia conjunctam a ſcriptoribus prædicatur. Ac Græcæ quidem linguæ, perinde ac Slavonicæ cognitionem oſtenditMagni illius Alexandrini Patriarchæ *S.Cyrilli* liber contra *Julianum Apoſtatam* conſcriptus, quem Præſul noſter, ex ſingulari,quo in *Cyrillum* ferebatur amore, in Slavonicum convertit (k). Hinc poſtea adjecit apologos, quos idem ille Alexandrinus Præſul (l) contra *Photium*, familiarem primo ſuum,deindeConſtantinopolitanæ ſedis invaſorem, Græca lingua exaravit, bonæ frugis plenos, variiſque ingenii doctrinæque luminibus diſtinctos. Quorum

 li-

(i) Auctoritatem hic allegat *Balbini* in *Miſcell. Bohem. Decad* I. l. 4. pat. 1. § 1.

(k) Meminit hujus libri *Chriſtanus* in Vita S. *Ludmillæ*, *Bartholomæus Kraſſa in vita* S. *Cyrilli* & *Methodii* n. 6. & 7.

(l) Hujus librum hodieque in veteribus Bohemiæ bibliothecis, ſpeciatim in Crumlovienſi ſocietatis Jeſu, vetuſtisſima exemplaria manuſcripta reperiri, ante ducentos & amplius annos vetere Slavorum lingua, hujus ſancti Apoſtoli nomine vulgata, Balbinus memoriæ prodit, quæ ſi in manus ſuas pervenerint editurum ſe Franciſcus Hornius jam olim promiſit. Latine jam Pariſiis ſub titulo *ſpeculi ſapientiæ*, & Viennæ ao. 1630. e manuſcripto codice, *Balthaſaris Corderii* opera typis exſcriptus dicitur. Poſterioris editionis exempla ſe poſſidere *Stredowſkius* dicit, aliquando fortaſſe proditurum; confer de utroque libro *Stredowſkium* p. 230.

librorum primum quidem ex autographo deſcriptum ante ſeculum & quod excurrit, in *Reuchlini* bibliotheca Erffurdienſi, Slavonicis exaratum literis extitiſſe docet *Sarnicius*. Multo plures etiam libri in Slavonicam translati linguam *Cyrillo* noſtro adſcribi vulgo ſolent. Quorum quidem ingentem multitudinem relictam eſſe *Paulus Jovius* & alii nobis narrant. Vix autem veroſimile hoc illis videbitur, qui innumeros atque continuos *Cyrilli* labores, quos in Eccleſiis Slavorum plantandis conſtituendisque ſuſtinuit, ſecum reputant.

§. 8.

Poſteaquam *Methodium* ac *Cyrillum* veros Slavonicæ bibliorum verſionis auctores eſſe demonſtravimus: non ingratum Lectoribus erit, ſi de patria eorum, genere item ac vitæ inſtituto pauca attexamus. Auctore *Stredovvskio* patrem habuerunt *Conſtantinum*, Philoſophum cognomento dictum, civem ac Patricium Romanum, ex illuſtri Romanorum familia natum. Is Conſtantinopoli, quo demigraverat, valedicto: ſedem omnium rerum ac fortunarum ſuarum Theſſalonicæ collocaſſe fertur. Romanum genere fuiſſe Cedreni illa in compendio hiſtor. probare videntur. *ξυνεβη δε καὶ ἑτερον τι το ὁδηγησαὶ καὶ βεβαίωσαν τὸν ἀρχοντα προς ἐυσεβειαν. Απληστως ουτος ἐχων προς τα κυνηγεσια, καὶ βουλομενος τουτοις ἐντρυφᾶν* &c. *Μεθοδιον τινα μοναχον, Ρωμαιον το γενος,*

γενος, ζωγραφον την τεχνην, ἐκελευσεν ἱστοριας „πληρωσαι το οικημα &c.(a) h.e. alia res quoque „tum evenit Regem ad pietatem manu quaſi „ducens, in eaque eum confirmans. Cum e- „nim in explebili venandi cupiditate flagaret, „intemperantius aliquando his ſuis deliciis u- „ſurus: Methodio monacho, genere Romano, „arte pictori, ut picturis hiſtoricis habitaculum „ſuum inſtrueret mandat. De nomine parentis merito dubitatur: cum ſupra allatum Slavonicum manuſcriptum *Stepennaja Kniga*: *Leonem Theſſalonicenſem* eum vocet. Ceterum hic vir relicta Conſtantinopoli Theſſalonicam, florentiſſimam quondam & opulentiſſimam, hodieque inprimis amplam & celebrem Græciæ civitatem habitatum ubi conceſſerat: anno poſt natum Θεανθρωπον circiter 813. hoc inſigne fratrum par *Methodium* ac *Cyrillum*, non gemellos quidem, at paulo tamen intervallo natos ſuſcepit. De quibus quemadmodum & ſibi & patriæ felicia quæque promittebat: ita primis ſtatim ab annis ut bene ſapienterque educarentur, præcipuam curam egit. Omnibus itaque iis quibus tenera adoleſcentum ætas impertiri debet literarum ſtudiis, artibusque liberalibus partim ipſe, pro ſuâ qua præditus erat eruditione inſtituit, partim aliis, imbuendos tradidit

(a) Vid. *Cedren.* edit. verſionisque Xylandrinæ, Baſileenſ. p. 443. qui eodem löco Methodium vocat *Θειον Ἐπισκοπον τα θεια μυστηρια*, unde jam tum epiſcopum fuiſſe ſequitur.

dit. Ad quam pater nam filiorum educandorum curam, cum præclara ipſorum indoles docileque ingenium accederet: non poterant non ex hoc tam fertili beneque culto ſolo lætiſſimi quoque & uberrimi percipi fructus. Poſitis enim, ut decet, literarum fundamentis: ad interiores admiſſi literas ea ceperunt incrementa, ut inter æquales non tantum exſplendeſcerent: ſed etiam grandioribus doctrinæ palmam dubiam facerent. Cujus fama cum ad *Theodori*, *Theophili* Imperatoris conjugis aures perveniſſet, quæ literas artesque liberales cum ipſis magiſtris ac eruditis a *Michaele Balbo* Conſtantinopoli quondam ejectas, reſtituendi conſilium ceperat: haud invito fecit ut inter cæteras fama florentes Viros *Methodium* ac *Cyrillum* quam liberaliſſime eo vocaret (b). Hi vero non multo poſt, quam huc venerant, *Methodio* Conſtantinopolitano tum Antiſtite Eccleſiaſtico muneri præfecti ſunt (c). Monachorum habitu ibidem indutos nonnulli tradunt. Sed negat *Stredovvskius*, priusquam e Græcia Slavorum terras adierint, monachorum ordini acceſſiſſe. ad quam rem probandam his fere utitur argumentis. Primo vetuſtum apud

(b) Vid. *Stredovvsk:* p. 90 & 91. ubi & aliam quare hos Duumviros *Theodora* vocaverit, cauſam memorat.

(c) Vid. eundem pag. 91. ubi & quales monachi tum facti dicantur, ſcil. ordinis S. *Baſilii* ſignificat: non citat autem, a quibus monachi jam tum extitiſſe illi: putentur, auctores.

pud Bollandum, Translationis S. Clementis, &c. auctorem *Gaudericum Veliternum* Epiſcopum, *Cyrilli* ac *Methudii* æqualem hic tacere. Deinde nullum ordinis ſui hominem, h. e. monachum ſ. pullatum, (quod monachum eum facturum probabile ſit) ſed alios plane omnes, uti e. g. *Paulum Kaich*, *Slavimirum*, *Joh de Venetiis*, & qui plures hujus generis homines ſunt, laborum ſacrorum ſocios miniſtrosqne ſibi adſciviſſe. Deinde ſi pullati exſtitiſſent: pro ea qua ordinis ſui ſanctos proſequuntur, veneratione, non Apoſtolis, *Petro*, *Paulo* &c. ſed ex ſuo potius ordine nonnullis templa in Slavicis terris exſtructa ſine dubio conſecraturum fuiſſe. (d). His aliisque *Stredovvskii* argumentis, per ſe fortaſſe non adeo firmis, annalium Ruthenorum quos *Stepenaja Kniga* inſcribi diximus, auctoritas accedit. Quorum quidem diſerto teſtimonio longe poſt demum, quam Duumviri noſtri Slavorum terras intraverant, *Cyrillus* pullatorum ordine ſuum nomen profeſſus eſt. *Methodium* autem huic ordini unquam adſcriptum fuiſſe nusquam legimus. Accidit interea, dum hi duo fratres Conſtantinopoli verſarentur, anno circiter 843, ut Gazarorum Princeps, ſingulari quodam numinis inſtinctu percitus: legatos ad Theodoram Imperatricem mitteret, petitum, ut nonnullos

(d) Vid. *Stredovvskium* p. 92. & ſequent. ubi & alia quibus monachus non fuiſſe probet argumenta, affert, variasque objectiones diluit ac refutat.

ad ſe ſpectatæ pietatis doctrinæque viros divini verbi præcones mitteret.(e)Ad quod illa faciendum paratiſſima, *Methodium* ac *Cyrillum* ſtatim ablegavit (f). Hic rebus ſuis ex animi ſententia confectis, Bulgarorumque

(e) Factum hoc eſt anno 843. ex ſupputatione Stredovvskii pag. 95. Antequam Gazaros petierint, Cherſone,Græcorum ſine dubio colonia, & multos qui Slavonica lingua loquebantur incolas civesque tum habente, ſermonem Slavicum didiciſſe Stredovvskius affirmat. Sed multæ hic res concurrunt, unde non tum primum Slavonicam linguam imbibiſſe, ſed jamdudum antea ſciviſſe conficitur. Primo enim probabile non eſt, Theodoram Michaelis III Imperatoris Matrem ejusmodi viros, qui populi ad quem mittendi erant, linguæ rudes eſſent ablegaſſe. Deinde ob frequens quod cum Gazaris aliisque Slavis Græciæ intercedebat commercium, plurimis Græcorum, præſertim eruditis familiarem hanc linguam fuiſſe veroſimile videtur. Denique ex Stredovvskii ipſius ſupputatione tam breve ſpatium legationem Gazarorum divini verbi miniſtros flagitantium & primum Methodii ac Cyrilli in Gazaris adventum intercedit, ut linguam interea quam difficillimam perfecte didiciſſe nedum libros ſacros complures tranſtuliſſe, incredibile videatur. Anno enim 843. Legatos Gazarorum Conſtantinopolin perveniſſe, ſequenti autem 844. munus ſuum noſtros jam auſpicatos fuiſſe ſcribit. vid. lib. ejus pag. 95. & 200. Quidquod? Illyricum natione Methodium fuiſſe a non nullis ſtatuitur? vid. Acta Erud. a. 1705. p. 240. ubi *Erneſto Glückio* harum rerum peritisſimo hæc ſententia tribuitur.

(f) Hanc rem *Stredovvskius* p. 95. ita narrat:. Læta fronte hæc Gazarorum legatorum poſtulata excepit pro filio ſuo Theodora, habitoque cum S. Methodio Patriarcha (qui alius erat a noſtro Methodio) conſilio: Cyrillum ad hoc negotium deſtinavit, qui itineris comitem poſtea fratrem adſumſit.

Digitized by Google

que Rege *Bogore* picta quadam extremi judicii imagine ad Chriſtiana ſacra perducto: ad Moravos pergunt. In quibus eadem uſi felicitate: plurimos ſtatim Chriſtianorum ſacris initiarunt. In his Radislaum Moraviæ Regem primum fuiſſe Strédovvkius p. „212. hiſtoriæ ſuæ tradit. „Die, in„quit, declarata in ſolennisſimo populi con„fluxu *Radislaus* & *Suatoplucus* Reges, cum in„genti Reginæ Miloslavæ ſolatio palam We„leradii a S. S. Apoſtolis aquis ſalvificis ſunt „abluti: quorum exemplo alii Principum „Dynaſtarumque Moraviæ plurimi prævie „neceſſariis imbuti, per eosdem baptiſmi be„neficio Eccleſiæ Chriſti ſunt adunati. Relicta tandem Moravia, ad alias Slavorum regiones profecti, totam propemodum Slavoniam, generatim ita appellatam imperio Chriſti ſubjecerunt. Vere itaque ſcribit in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica Sec, IX. § 1. p. 233. *Fridericus Spanhemius*, ſeculo poſt Chriſtum natum nono, *Cyrillo Methodii* ſocio docente Polonos æque ac Slavos Chriſtianam fidem recepiſſe. Quod vero Principem Slavorum doctorem Cyrillum nominat: in eo parum accuratus eſt: cum *Methodius* potius ſolus Moraviæ epiſcopus a Stepennaja Kniga dictus, primas tenuiſſe cenſeatur. Hinc & plerique converſionem Moravorum aliorumque Slavorum memorantes, *Methodii* ut plurimum, *Cyrilli* rarius meminerunt. Memorat inter alia *Papebrochius* in Ephemeridibus

Græco Moſcis Tom. I. menſis Maji p. 16. *Cyrilli* tantummodo, non *Methodii* memoriam a Rusſis celebrari. Miramur, inquit, quomodo Rutheni Cyrilli cultum exceperint, ſine ulla memoria *Methodii*, ſaltim in his tabulis. Non dubium tamen eſt, *Methodium* de quo libri ipſorum annales, honorifice multa tradunt, æque ac *Cyrillum* a Ruthenis coli feſtoque annuo celebrari: a Moravis certe nono Martii die uterque ſancte colitur. vid: Acta ſanctorum laudato loco, nonumque Martii diem quo die de utrisque amplius commentantur. Atque Coſma Pragenſis in Chronicis Bohemorum (Hannoviæ 1621. in fol. impreſſ. p. 8. lib. I.) *Goſtovii*, inquit, genuit *Borivous*, qui primus dux baptizatus eſt a venerabili *Methodio* Epiſcopo in Moravia, ſub temporibus *Arnolphi* imperatoris & *Zuatoplik*, ejusdem Moraviæ Regis. De Cyrilliani nominis, Conſtantino, (ſic enim initio vocabatur) impoſiti origine non una eſt auctorum ſententia. *Stredavvskius*, a Sancto *Cyrillo*, Patriarcha Alexandrino, inter preces eidem apparenti, hoc illi datum putat: dum his verbis eum compellaverit. Quadraginta ab hinc dies intercedent cum ex hoc miſero vitæ carcere dimiſſus, ad æterna domicilia evocaberis. (g) quod antequam fiat *Cyrilli* nomen adciſcas

(g) Ex Actis ſanctorum Tom. I. Menſ. Maji p. 16. die nono Martii Cyrillus obiit: quo die etiam in martyrologio Romano, una cum fratre *Methodio* in numerum ſanctorum receptus invenitur. Sunt qui Cyrillum noſtrum, cum Hieroſolymitano illo Epiſcopo cui catecheſes, licet falſo for-

ciſcas volo. Atque ab hoc tempore *Cyrilli* (h) nomen a Papa ipſo confirmatum tuliſſe ſcribit. Verum ad reliquas a *Stredovvskio* vel excogitatas vel temere creditas fabellas hoc pertinere quis non videt? Nihil videlicet aliud, quam novum quod ſub vitæ finem ingreſſus tandem eſt, monaſticæ vitæ genus hoc illi nomen indidiſſe veroſimile eſt. Sic enim fieri ſolere conſtat, ut cum vitæ genere nomen ſimul pullati mutent.

Hæc in brevius contracta de *Cyrillo*, *Methodioque* (i) Slavorum Doctoribus hic monenda duximus. Reliqua vero, quæ plurima

---

taſſe, vulgo adſcribuntur, confundunt, id quod fecit *Mutius Pauiſa* de Bibl. Vet. ſed non ſine magno errore, cum ſeculo hic quarto, ille demum nono vixerit: conf. *Schvvab.* diſſertat. Cap. I.

(h) Hunc *Cyrillum* auctor Synopſeos, qui in Slavonicam translatus & Petropoli impreſſus liber eſt, Slavorum, Cimbrorum, Scytharum aliasque antiquas Slavonicas & Ruthenas res complexus, Wolodomiri tempore vixiſſe putat, ſic ſcribens in cap. quod inſcribitur o Sovviet Wladimirow: po otſcheſtvvii ſche ſvviatago Kyrilla Philoſopha ſoswa k"ſebie Wladimir &c. h. e. poſt diſceſſum autem ſancti *Cyrilli* Philoſophi, congregavit ad ſe Wlademirus &c. Cum enim Cyrilli noſtri ætas in ſeculum nonum incidat, Wlodomirus Ruſſiæ Monarcha decimo contra vixiſſe ac floruiſſe fertur.

(i) Dubitat in ſupra commemorata diſſertatione *Schvvabius* idemne hic *Methodius* ſit cum illo qui apud *Aventinum* hiſtoricum cit. loco Venedas, hoc eſt Slavonicas literas inveniſſe dicitur: ſed ſine ulla ratione; cum eundem eſſe in vulgus conſtet, nemoque unquam in dubium hoc vocaverit.

Digitized by Google

ma ſuperſunt, hiſtoriam & res geſtas Bohemorum, Polonorum aliorumque Slavici generis populorum complexi annales: præcipue *Joh. Georg. Stredowskii* hiſtoria de vita rebusque geſtis Methudii ac Cyrilli prodita (k) larga manu ſuppeditabunt. Poſtremus tamen auctor caute omnino legendus eſt: quippe qui pro veris hiſtoriis, inanes ac pueriles ſæpe fabulas lectoribus tradit. Huc pertinet e. g. mirabilis ille maris receſſus, quem Trajano Imperatore, cum fluctibus immittendum Clementem juſſiſſet, eve-

(k) Integer libri titulus, quem a Venerand. D. *Fabricio* officioſe mecum communicatum, in hoc meo qualicunque opuſculo concinnando diligenter evolvi, talis eſt: *Sacra Moravia hiſtoria*, ſive vita S. S. *Cyrilli* & *Methudii*, genere Civium Romanorum: prærogativa patriciorum Conſtantinopolitanorum: eruditione perſpicacisſimorum Philoſophorum: gradu Eccleſiaſtico *Welebradenſium* Archiepiſcoporum Gentis Moraviæ, Bohemiæ ſuperioris, Sileſiæ, Gazariæ, Croatiæ, Mongrelliæ, Circasſiæ, Bulgariæ, Triballiæ, Bosniæ, Rusſiæ, Dalmatiæ Pannoniæ, Daciæ, Carinthiæ, Carniolæ & univerſæ pene Slavoniæ Zelantisſimorum Apoſtolorum ex diverſis hiſtoricorum tum impreſſorum tum ſcriptorum codicibus. ex continuata majorum traditione, & publicis fide dignis inſtrumentis, atque Romanorum Pontificum bullis, acerbo ſudore collecta, cui ob concatenatam temporum & rerum ſeriem, diverſa antiquitatum monumenta, uti ſunt: Moravorum bella, paces, foedera, calamitates, veteres ſuperſtitiones &c. adjiciuntur: luci publicæ expoſita a Joh Georg. *Stredovvskio* Protonotario Apoſtol. &c. nec non Pavvlowicii Parocho. Solisbaci in 4. 1710

Digitized by Google

eveniſſe ſcribit : Verba ipſa auctoris digna „ſunt quæ adſcribantur. Quibus concitatus, „inquit (p. 97.) Trajanus, miſit illuc, qui „Clementem alligata ad ejus collum ancho- „ra in profundum dejicerent. Quod cum „factum eſſet, Chriſtianis ad littus oranti- „bus, mare ad tria milliaria receſſit: eoque „illi accedentes ædiculam marmoream, in „templi formam & intus arcam lapideam, „ubi Martyris corpus conditum erat, & juxta illud anchoram, qua merſus fuerat, invenerunt. &c. Quibus gemina ſunt illa „quæ ſequuntur. Dehinc ut glorioſi ſui „martyris Dominus conſervaret memoriam, „omni anno tempore paſſionis ejus per ſe- „ptem dies ad tria milliaria mare recedebat, „& ſiccum iter ad ædiculam, ubi Clementis „corpus ab Angelo repoſitum erat, adventan- „tibus præbebat. Et quid mirum eſt ſi hujus farinæ plura paſſim invenias : cum ipſe in titulo libri fateatur, ſe non ex fide dignis tantum monumentis ſed ex continuata etiam majorum traditione hiſtoriam ſuam repetiiſſe (l)?

(l) Hoc etiam vitium liber habet, quod inculto maxime ac barbaro orationis genere utatur: ſæpius itaque hos floſculos : *anguſtiatur ades, neceſſitor dicere, ſcripta interprelata, honoris zelantiſſimus, pravie monere, vetuſti Reges, conſpicua granditas,* aliosque *multos ſubinde ſparſos vides.*

CAPUT

CAPUT. III.

DE VERSIONE SLAVONICA IPSA, VARIISQUE REBUS AD CODICEM S. SLAVONICUM SPECTANTIBUS.

CONSPECTUS CAPITIS.

§ 1. Quosnam fontes in transferendo Slavonico codice interpretes ſecuti ſint, disquiritur.

§ 2. Breve judicium exhibet de verſione.

§ 3. Aliquod ejus ſpecimen ex veteri Teſtamento profert.

§ 4. Specimen aliud ex Novo.

§ 5.

Digitized by Google

§ 5. Exponit editionem ſacri codicis Slavonici Vitæbergenſem.

§ 6. De aliis partim editis partim manuſcriptis codicibus Slavonica lingua ſcriptis exponit.

§ 7. Varias Novi Teſtamenti editiones recenſet.

§ 8. Pſalterium, inprimis piæ glorioſæque memoriæ Imperatricis juſſu impreſſum percenſetur.

§ 9. Quale pretium Veteri æque ac N. T. a Ruthena Eccleſia ſtatuatur, aperit, communemque errorem, vetus Teſtamentum ab illis repudiari convicioque corripi depellit.

§ I. Ve-

Digitized by Google

§. 1.

Venit aliquando in quæſtionem: utrum Slavonici codicis Vetus Teſtamentum ad Ebraicum an ad ſeptuaginta virorum interpretum verſionem converſum rectius dicatur? Vetus Slavonici codicis Teſtamentum, non ex Ebræis fontibus ſed ex Græca ſeptuaginta Interpretum verſione derivatum: vel ipſe titulus Oſtrogienſi & Moſcuenſi editioni præfixus demonſtrat. Novum autem illius codicis Teſtamentum unde ortum habeat, in dubium alicui vocetur: fonte ex quo manavit minus clare indicato. *Godefridus Olearius*, in primo libri ſui, quò Perſicum ac Ruthenum iter deſcribit, capite (p. 276.) vulgatum *Hieronymi* codicem Novi Teſtamenti fontem eſſe arbitratur. Das alte Teſtament, ait, haben ſie nach der 70 Griechiſchen Dollmetſcher Verſion, das neue aber nach der gemeinen Uberſetzung in Slavoniſcher und Ruſſiſcher Sprache geſchrieben, &c. At nullum hujus verſionis expreſſum in Slavonico (ut poſtea patebit) exſtat veſtigium. neque hoc aliunde, ut ſupra indicavimus, probabari poterit. Ex Græcis igitur virorum θεοπνεύςων fontibus Novum illius codicis fedus omnino defluxit (a). De novo Teſtamento con-

(a) Verba *Johannis Sauberti* in prolegom. ad varias lect. *Math.*

contrariam tamen tuetur ſententiam *Job. Schvvabius* cit. loco ſic prodens: *Moscovitæ ſacras utriusque fœderis tabulas habent, ſed minus fideliter translatas, cum Veteris Teſtamenti verſio ex LXX. interpretum translatione, Novi autem ex vulgata Verſione latina adornatæ ſint.* Dubium quidem hic ſibi ipſi movet addens: *illud forte ſcrupulum injicere alicui poſſet, quomodo Rusſica ſ: Slavonica Nov. Teſt. verſio juxta vulgatam verſionem latinam adornata ſit, cum Græca, per quas Ruſſi ſ. Moscovitæ religionem Chriſtianam acceperunt, averſo ſemper ab Eccleſia latina fuerint animo, minimeque adeo conſentaneum, ut cum Græca lingua, qua Nov. Teſt. tabulæ originaliter conſcriptæ ſunt, vernacula eis ſit: fonte deſerto rivulos ſectati fuerint, hoc eſt verſionem N. T. ſive Slavon: ſive Rusſicam non juxta textum Græcum, qui tamen illis in communi uſu ſed juxta ejus verſionem latinam in gratiam Moscovitarum adornarint.* Huic autem dubio ipſe ſtatim, minus licet appoſite ac congruenter reſpondet. Merito itaque refutatur ab *Andrea Bergio*, qui in ſæpe laudato libro pag. 100. & ſequ: poſtquam varia loca ibidem abeo allata Verſionis Slavonicæ Nov. Teſt. cum vulgatæ verſionis bibliis contuliſſet: noſtræ ſententiæ penitus accedit, ſic inter alia ſcribens: *unde*

K *nos*

Matth. p. 49. verſionem, inquit, Slavon. in noſtris verſatam manibus a vulgata illa multum abſcedere pluribus tu vidi, dubium mihi non ſit Græc. N. T. a Græcis Chriſtianis acceptum vernacula ſua Slavonica transtuliſſe Ruſſos.

nos collationem inſtituentes, diſcrepantiamque inter utramque invenientes, cum Slavonica preſſe verborum ordinem, a quo vulgata ſæpius recedit, ſequatur, non dubitamus aſſerere e fonte factam, & amicum Oppenbuſchii haud accurate utramque contuliſſe.

§. 2.

Quamquam vero in hac utriusque fœderis verſione Slavonica non indoctos quondam homines elaboraſſe appareat: tamen in ea nunc etiam eſſe quod emendetur, politiusque limetur, vel inde intelligas, quod Rutheni de accuratiori, linguis authenticis magis conſentanea verſione non ſemel cogitarunt. Ipſeque mihi coram faſſus eſt quidam eruditione & dignitate eminens Præſul, cui præter cæteros doctrina, Græcaque & Ebræa lingua præſtantiſſimos Viros, novæ cujusdam Slavonicæ verſionis conſcribendæ negotium ab Imperatoria Majeſtate fuerat demandatum, (a) quamplurima in Slavonicis bibliis loca reperiri, correctoris manum flagitantia (b). Nec poſſe aliter putabat integri-

(a) De hoc ita referunt Acta Erudit. Lipſ. anni 1705. p. 383. Ut ſacræ literæ in lingua Ruthena emendatius legerentur; ſupremus Moſcorum monarcha curam novæ atque accuratæ verſionis Theologis aliquot inſignioribus demandavit.

(b) Huc pertinet judicium illud *Glückii*, præpoſiti quondam Livonienſis, de bibliis Slavonicis latum, quod Acta Erud. „anni 1705. his verbis proponunt. Sed illud remedium „nondum ſufficere Glückius exiſtimat; cum haut pauca in

tegritati ſuæ opus hoc reſtitui, quam ſi denuo ſumma cum induſtria ad Ebræum Veteris Teſtamenti, Græcumque Novi Teſtamenti textum quam fieri poſſit diligentiſſime exigatur.

§. 3.

Quo facilius autem de ea, quæ nunc eſt, Slavonica verſione, lector intelligens judicare poſſit: duo tantum in præſens loca, ex Vetere unum, alterum ex N. Teſtam. ex ipſo codice Moscuenſi, interpretis opera ad verbum Latine reddita ſpeciminis loco hic inſerere voluimus. Atque ex veteri quidem initium Capitis Primi Geneſeos, ab interprete Slavo ſic translatum.

W'natſchal (a) ſotwori Bog nevvo i ſemliu i ſemla (b) bie nevvidima, i ne ukraſchena, i tma vverchu besdni, i DuchBoſchii noſchaſcheſa vverchu vvodi, i retzſche Bog, da budet ſvviet, i biſt ſvviet, i vvidie Bog ſvviet, jako dobbro, i raslutſchi Bog meſchdu ſvvietom, i meſchdu tmoju. i naretſche Bog ſvviet, Den: a Tmu naretſche noſchtſch. I biſt vvetſcher, i biſt utro den jedin. I retzſche Bog, da budet Tvverd poſredie vvodi i vvodi, i budet raslutzſchaja poſredie vvodi

 i vvo-

in verſionem irrepſerint menda alia, & cum ipſa analogia fidei pugnantia ut jam a longo tempore publico S. Czareæ Majeſtatis mandato interdictum ſit ne a quoquam imprimeretur denuo ac in lucem mitteretur.

(a) Oſtrovienſis editio vertit *Iskoni*. h. e. ab initio.

(b) Oſtrovienſis *Semlaſche*; h. e. terra autem.

i vvodi, i biſt tako. I ſotvvori (c) Bog Tvverd, i raslutſchi Bog mesdu vvodoiu, jaſche (d) podtvverdiju, i poſredie vvodi, jaſche (e) nadtvverdiju, i naretzſche Bog Tvverd nebo. I vvidie Bog, jako dobro: i biſt vvetzſcher i biſt utro, Den vvtorii. I retſche Bog, da ſoberetſa vvoda, jaſche pod nebeſem vv' ſovvocuplenie edino, i da javvitſa ſuſcha, i biſt tako. I ſobraſa vvoda, jaſche pod nebeſem vvſoimi ſvvoja, i javviſa suſcha. I naretſché Bog, ſuſchu Semliu, a foſtavvi vvodnija naretſche More, i vvidie Bog, jako dobro. I retzſche Bog da proraſtit Semla bilie travvnoe, ſiejuſchtſche ſiema po rodu i po podobiu, i drevvo plodovvito tvvoraſchtſcheje plod, jemuſche ſiema ego vv'nem, porodu na ſemli i biſt tako. i iſneſe ſemla biblie travvnoje, ſiejuſchtſchee ſiema po rodu i popodobiu, i drevvo plodovvito tvvoraſchtſchee plod iemuſche ſiema jego vv'nem porodu na ſemli, i vvidie Bog, jako dobro. I biſt vvetſcher, i biſt utro, Den Tretii. I retſche Bog, iako dobro (f). I biſt ſvvietila na tuerdi &c.

Hoc eſt:

In principio creavit Deus cœlum & terram & terra fuit deſerta & vacua, & tenebræ in profundo, & ſpiritus Dei motitans ſe

(c) Oſtrovienſis *iſtvvorii.*
(d) Oſtrovienſis addit *bie* fuit.
(e) Oſtrovienſ. hic iterum addit *bie* fuit.
(f) Oſtrovienſis habet Iretſche bog da budut ſwietila, h. c, & dixit Deus ut fierent lumina.

ſe ſuperaquis, & dixit Deus ut fiat lux, & facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quod bona, & diviſit Deus inter lucem & inter tenebras: & vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem. & factus eſt veſper, & factum eſt mane, dies primus. & dixit Deus, ut fieret firmamentum inter aquam & aquam & ut divideret inter aquam & aquam. Et factum eſt ſic. Et creavit Deus firmamentum, & diviſit Deus inter aquas quæ ſupra firmamentum & inter aquas quæ infra firmamentum, & vocavit Deus firmamentum cœlum; Et vidit Deus, quod bonum, & factus eſt veſper & factum eſt mane, Dies ſecunda. Et dixit Deus ut congregetur aqua, quæ ſuper cœlis in unum confluxum, & ut appareat ſiccum, & factum eſt ſic. Et congregata eſt aqua quæ infra, & omnia pertinentia ad eam, & apparuit ſiccum, & vocavit Deus ſiccum terram, & congregationem aquarum vocavit mare, & vidit Deus quod bonum. Et dixit Deus ut produceret terra virides herbas, ſeminantes ſemen ſecundum genus & ſpeciem arbores virides proferentes fructus, quarum ſemen in ipſis ſecundum ſimile in terra, & ſactum eſt ita. Et produxit terra virides herbas, habentes ſemen ſecundum ſpeciem, & ſimile ſui, & arbores fructiferas, ferentes fructus ſuos, ſemen ſuum in ſe, ſecundum ſpeciem in ter-

§. 5.

Ceterum in Slavonici codícis editionibus, verſionibusque recenſendis occupato, mentio hic quoque inferenda eſt bibliorum Slavonicorum Vitæbergæ majori in forma 1584 impreſſorum (a) quamquam illa non proprie Slavonica ſed Slavonicæ tantum dialecti, ſicut Bohemica, Vandal. &c. vocari queant. „Hæc autem ita recenſet *Lelongius*: (b) Biblia „inquit, Slavonica, Dalmatica, aut Vanda„lica ſ. Illyrica, literis Latinis, interprete „*Georgio Dalmatino*, cum ejus prolixa præfa„tione idiomate Germanico ſcripta, auſpi„ciis atque ſumtibus ordinum Carniolano„rum Auguſtanæ confeſſionis literis Latinis „ſacrorum Bibliorum partem priorem h. e. „Vetus Teſtamentum interpretatus eſt &c. Hactenus Lelongius: de lingua, qua ſcripta ſit hæc verſio, mirum in modum, ut videmus fluctuans. modo enim illam Slavonicam modo Dalmaticam, modo Illyricam, modo Vandalicam eam appellat. Ad nullam tamen harum linguarum Truberiana hæc verſio proprie referenda eſt: eo qui Carniolæ, ac vicinarum provinciarum incolis vernaculus eſt, ſermone ſcripta, id quod teſtatur *Georgius Crügerus*, qui in elaboratiſſima ſua, quam Vitæbergæ 1675. *de Serbis* habuit, diſſertatione, in notis ad §. 4. Croaticam hanc ver-

(a) Typis exſcripta ſunt hæredum Joh. *Krafftii*,

(b) Vid. *Lelong*. Bibl. Sacrum ædit. poſtr. in fol. p. 442.

Digitized by Google

verſionem, in Vitæbergenſi bibliotheca a ſe viſam, nuncupat (c). Nonnulli totius codicis hujus, Vetus ſcilicet & Novum Teſtamentum complexi, auctorem faciunt *Dalmatinum*: ſed falſo: cum Vetus duntaxat Teſtamentum ab illo, novum a *Trubero* translatum ſit: teſte inter alios *Frentzelio*, qui in præfat. ad origines Ling. Sorab. partem hujus codicis priorem, h. e. V. T. a *Mag. Dalmatino*, Novum Teſt. a *Primo Trubero* confectum eſſe ſcribit. Idem, transferendi codicis occa„ſionem expoſiturus, ſcilicet exemplaria, in„quit, omnia verſionis utriusque Hieronymi„anæ & Methodianæ, (Cyrillianam alii vo„cant) ad Turcas, ſ. Chriſtianos ſub Turcis viventes abiiſſe intellexerunt *Primus Trube*„*rus* & *M. Georg. Dalmatinus* (d) hac occaſio„ne cœperunt de nova verſione inſtauranda „quæ B. Lutheri eſſet conformis, cogitare. „quoque facilior compendioſiorque lectio „foret: Latinis literis Slavorum linguam „optime poſſe exprimi decreverunt, & quæ „ſequuntur. Verum ut taceam nunc, commentitia eſſe ac falſa, quæ de Hieronymiana verſione narrat, nec dici pro certo poſſe unquamne antea Methodiana verſio im„preſ-

(c) Addit *Crügerus* hanc verſionem Glagolico ſ. Cyrillico Charactere, Chriſtianis in Turcia familiari, conſcriptam eſſe. Verum in hoc errat: cum ea non alio quam Latino ſ. Dalmatico Charactere conſtet.

(d) A nonnullis Dalmata vocatur, ſed parum, ut videtur, accurate.

preſſa extiterit, aut perlata ſit in Turciam: aliud omnino his viris bibliorum edendorum conſcribendorumque cenſam dedit. Nimirum Anno 1561. *L. Baro Johannes Ungnad*, (e) decus familiæ *Comitum de Weiſſenfelswolff*, (f) patriæ ſuæ Carniolæ, viciniſque regnis & provinciis in rebus religionis purioris ſuccurrere volens, Verſionis N. T. & aliorum librorum edendorum conſilium cepit, & dirigente doctiſſimo Theologo *Primo Trubero*, openique ferentibus *Antonio Dalmata*, ſacerdote ex Servia, & *Stephano Conſule*, ſacerdote ex Bosnia typographiam triplici charactere inſtructam, Cyrillico ſcilicet, Glagolitico & Latino, in Ducatu Würtenbergico comparavit. Sumtum in eam rem quidem ſuppeditavit: quo tamen ex parte ſublevatus eſt munificentia Regis Bohemi *Maximiliani*, & trium

(e) Verba ſunt Clariſſ. *Friſchii* in orig. charact. Cyrill. p. 12.

(f) *Thuanus* lib. 38. ann. 65. Comitem hunc appellat, *Joh. Ungnadium Sonneckium*, de quo ita ſcribit: cum incredibili propagandæ religionis deſiderio arderet; immenſis quoque ſumtibus biblia ſacra & Theologorum aliquot ſcripta in linguam Turcicam & Croaticam converti & ad Gentes illarum linguarum peritas transferri curavit. Sed fallitur; quando in Turcicam quoque linquam biblia converſa prodit. quamquam enim in populorum etiam, qui Turcarum imperio ſubjecti ſunt, uſum ea ceſſerint: non tamen Turcica ſed Croatica vel Carniolana tantum lingua excuſa ſunt. Corrigendus hic ergo celeberr. *Kortholtus*, qui in libro de variis Script. edit. eam quam nunc recenſemus verſionem p. 197. Turcicis annumerat. Novumque T. Turcicum Oxonii anno 1666. vulgatum eſſe tradit.

Digitized by Google

trium Electorum Principum, Saxonici Brandenburgici & Palatini, Landgraſii item Haſſiæ & Ducis Wirtenbergici. Hæc typographia fuit prima, e qua in Germania prodierunt libri charactere Glagolitico expreſſi. *Abrahamus Frentzelius* cit. loco, Pentateuchum literis Latinis ſcriptum, primum librum cenſet a *Dalmatino* editum & Lublini a 1578. excuſum. at falſus in eo eſt clariſſimus Vir, cum ante duodecim (g) & quod excedit, annos jam Novum Teſtamentum, duabus partibus, quarum prior comprehendit Evangeliſtas & acta Apoſtolorum, poſterior Epiſtolas Apoſtolorum & Apocalypſin Tubingæ Anno 1562. in 4to prodiiſſet. Ac hujus quidem libri ſolum *Truberum* auctorem editoremque eſſe ex dedicatione ejusdem patet. Utramque enim hujus codicis partem, docente Clariſſ. *Friſchio*, dedicavit Primus *Truberus Maximiliano*, Regi Bohemiæ, Germanicis verbis: deſcribens ſimul religionem Græcorum, cui plerique Chriſtiani Slavonica lingua loquentes & Cyrillicis Glagoliticisque literis utentes in Bosnia, Servia & Bulgaria addicti ſunt (h). Novum foe-

(g) Hujus exemplar ſe posſidere refert: propterea ſibi carum magnique pretii æſtimatum, quod e manibus Dalmatini ad ſe pervenerit: cui hæc auctor manu ſua adſcripſerit: Venerando atque Doctiſſ. D. *Johanni Faſchang*, Eccleſiæ quæ Chriſto in Tolsſnick Carinthiæ colligitur, paſtori vigilantisſimo &c. M. Dalmatinus d. d. d.

(h) Laudat hic quoque ſubſidii hujus Regis ad erigendam hanc utriusque characteris Typographicam, cauſam, ut ſci-

fœdus exceperunt præter Poſtillam, ex Lutheri, Melanchtonis, *Brentii* ſcriptis concinnatam, Loci Theologici *Melanchtonis* eodem 1562 anno impreſſi. (i) Ex quo intelligitur, minime primum librum dici poſſe Pentateuchum a *Dalmatino* editum, ſed inter poſtre-

mos

ſcilicet Chriſtiani horum regnorum imo Turci ipſi, quibus eadem lingua ibi Vernacula eſt, Scriptur: S. legere poſſint. Confirmat etiam quinque gentes, ſive incolas in Croatia, Dalmatia, Boſnia, Servia & Bulgaria, duplices has characterum figuras habere, ſed tantum in libris ſacris &c. Refert denique quod interpretes ſive novæ, novi Teſtamenti hujus verſionis auctores in plerisque latinam Eraſmi & Germanicam Lutheri ſecuti ſint verſionem, non tamen neglectis aliis, inprimis Bohemica, propter quædam difficiliora vocabula. hæc verba ſunt clar. *Friſchii* p. 17. 181.

(i) Hunc librum, quem ex D. Profeſſoris *Köhleri* accademia mutuum ſe accepiſſe narrat, ſine dubio innuit Clariſſimus *Döderlinus* in libro ſupra laudato, Sclavoniſch Rußiſch Heiligthum &c. p. 10. ſic ſcribens: ich habe auch folgende Bücher conferiret: (1) *Antonii Dalmatini* zu Tübingen ao. 1562. gedruckte Glaubens-Artickel und Catechiſmum. ad quæ verba doctiſſimus Vir, in notis p. 16. hæc addit: ſonſt hat auch im ſechzehenden Seculo M. *Georg. Dalmatinus* ein Evangeliſcher gelehrter Prediger in Ober-Krayn ein Gebeht-und Pſalmbuch in ſlavoniſcher Sprache zum Vorſchein kommen laſſen: welche beyde Büchlein Mag. *Felicianus Truber.* 1595. zu Tübingen in erwehnter Sprache, doch mit lateiniſchen Literis nachdrucken laſſen, und ich ſelbſt beſize &c. Sed primo in eo fallitur, quod *Georgium Dalmatinum* a priori *Dalmatino* quem cum multis aliis *Antonium*, ſalſo vocat, diverſum eſſe putet: deinde nec memini alicubi *Feliciani Truberi*, cujusdam a *Primo Truberi*, quem vocant, vel diverſi vel ejusdem cum eo mentionem injectam deprehendiſſe.

Digitized by Google

mos potius referendum eſſe. Sed & in eo hallucinatur *Frentzelius*, quod antequam totus S. Bibliorum codex Vitæbergæ lucem viderit, ſolum Pentateuchum *Dalmatino* editore prodiiſſe tradit. Quippe qui in præfatione bibliis præmiſſa, certiorem facit lectorem, *Primum Truberum* jam ante Novum Teſtamentum & Pſalmos lingua Vandalica ſcriptos, typis curaſſe exprimendos (k) ſe vero ante paucos annos Pentateuchum, Proverbia Salomonis & Eccleſiaſticum in linguam Vandalicam traductos emiſiſſe in lucem (l). Integrum hujus ſacri codicis titulum, ex *Guiel. Crowvæi* elencho ſcriptorum in S. S. Londini edito (p. 23.) petitum exhibet in citato libro ſuo celeberrimus Theologus noſtras *Chriſtianus Kortholtus*, eodem, quo de verſione Bohemica, Hungarica, Slavonica agit, capite, ſic confectum: „Biblia, tu jeuſe, ſmetu Pis„mu, ſtariga, inu noviga Teſtamenta, Sla„vanski, tolmazhena skuſi, Juria Dalma„tina. Latine: Biblia h. e. ſacra ſcriptura „Vet. & Novi Teſt. Slavonice translata per „*Geor-*

(k) In Catalogo librorum qui Glagolitico charactere e Typographia Tubingiana prodierunt Pſalmorum non meminit *Friſchius* p. 17. ibidem tamen impreſſos exiviſſe Lelongii Bibliotheca p. 443. teſtatur: Pſalmi enim, inquit, Croatice ex verſione Primi *Truberi* Tubingæ 1566. prodierunt.

(l) Hæc aliaque de Wittebergenſi codice a Polycarpo Lyſero quondam notata atque ex ipſius literis excerpta vide in *Lelongii* Bibliotheca ſacra p. 443. edit. in fol.

blia noſtra Vitæbergenſia redeamus: eundem hunc codicem eſſe auguror quem Venerand. D. Pater *Johann. Harduinus* in explicatione illa ſatis nota imaginis Veronenſis (r) operibus ejus ſelectis in fol. p. 97. diariis item eruditorum Gallicis de ann. 1707. inſerta, Gallicoque ſermone conſcripta, in ſententiæ ſuæ defenſionem affert. Ni-

ſeſſorem &c. libro ipſius German. adjecta, his verbis: *Ipſe articulum Slavorum reputans, cujus extra declinationem uſus in lingua non eſt, plus ſimplici vice Bohorizii (quem, qua ſumma Tua Vir optime humanitas eſt ultro mecum communicaſti) horulas, qua Grammatica vicem præſtant, adii ſucciſivas* 1584. *Vitaberga editas, ſed fruſtra adii:* & paulo poſt, *Scripturam quidem dum ſalutas Cyrillicam de qua & Glagolitica, lingua Slavonica diſtinctos idiotiſmos exprimentibus laudatus Bohorizius tuus pluribus nos docet.*

(r) Duæ alias imagines Veronicæ appellatæ dicuntur inveniri. Primum illa, quæ Romæ ſervatur, impreſſa ſudario ab ſancta illius nominis femina, Chriſto crucem portanti oblato. Deinde illa quam ſua item expreſſam de facie *Augaro* miſiſſe Chriſtus creditur, de qua poſtrema hic agitur. Hæc quomodo Conſtantinopolin translata ſit habemus a *Baſilio* Imperatore deſcriptum, ipſa nunc creditur extra muros Genuenſes ſervari in Eccleſiis, quæ olim Armenorum monachorum fuit. Confer Papebrochium & ſocios ejus in Act. Sanct. Menſ. Maji, p. 30. in Ephemerid. Græco-Ruthenis ad verba illa: *memoria imaginis Chriſti non manufacta.* De his ἀχειροποιήτοις imaginibus Jeſuita Gretſerus, tractatum quoque ſcripſit, quem *Papebrochius* inſignem vocat.

Digitized by Google

Nimirum ut verba infra imaginem Chriſti ſcripta: *Obras Goſpodin na Ubrus*, h. e. *imago Domini in ſudario*, non Slavonica, ſed Græca eſſe (s) demonſtret: provocat ad biblia Slavonica, in bibliotheca collegii ſocietatis Jeſu, ut ait, extantia, ex quibus modo dicta verba: *imago Domini in ſudario*, ſic Slavonice reddantur: *Pild* vel *Poldoben Gosdul v' antvvelo.* Verum eo deceptus eſt doctiſſimus Vir, quod pro bibliis Slavonicis ipſis, in ea, quæ Slavonicæ ſunt dialecti, Carniolana ſcilicet noſtra, vel Wendica inciderit.

Dubitat *Schvvabius* in diſſertatione, quam ſub præſidio *Gerhardi* Jenæ habuit *de Eccleſia Moscovitica*, an eadem hæc Wittebergenſis verſio ſit atque Slavonica. Quod equidem valde miror, cum ex ea ipſa, quam ſubjunxit oratione Dominica, cum Slavonica collata, harummet diſcriminen aperte videatur. Hæc enim ex verſione Wittebergenſi, quam *Truberus* (t) edidit, ſic fluit: *Ozba nasb, kir ſi v'* ne-

(s) Harduinis ex his verbis, hunc verſum Græcum exſculpit:
ωβρας δη γε γραφις χειμα πανοναȣ ἀχȣσα.
a Variis propterea ſugillatus, inter alios a celeberr. *La Croſio* in vindiciis Veterum Scriptorum pag. 136.

(t) De hoc Viro, qui Carniolanus fuit, Henetæ linguæ in primis gnarus conſule D. *Jacobi Andreæ* orationem in mortem ejus habitam. De hoc *Philippus Nicolai* in *Regno Chriſti*, lib. I. p. 7. *Hic*, inquit, *cum anno* 1550. *Heneta ſcriptionis artem primus inveniſſet, præter Pſalterium Davidis, catecheſin. Lutheri, Aug. Conf. LL. CC. & examen Melancht. ad hæc librum Chriſtiana concordia, & Lutheri Poſtillam, quam vocant domeſticam, N. quoque T.* trans-

nebeſih, Poſuezhénu bodi lime tuoie, pridi k'nam kraileſtvu tvvoie, s'idiſe vvolia tvoja, kakor nanebi, taku na ſemlii, kruh naſch uſak dainjii dai nam dones, inu odpuſti nam dulge naſche, kakor tudi mi odpuſtimo dulſchnikom naſchim: inu ne upelai nas v' iskusno, tamazh reſchi naſs od slega, ſakai tvvoie je kraileſtru, muzh, zhhaſt vękoma Amen. (u)

§. 6.

Vitæbergenſi editione qua fieri potuit accuratione a me expoſita (a) ad alias etiam Slavonicæ

tranſtulit. Refert *deinde Baronis Ungnadii, oratoris Cæſarei ſuaſu hoc feciſſe: de quo paulo poſt narrat, quod Georgianum natu majorem Principem Quarquare Atabas vocatum Chriſtianum jam factum Græco Auguſtanæ confesſionis exemplari donaverit atque ad conſtantiam in fide Chriſtiana excitaverit.*

(u) Eandem orationem in diſſertat. ſua inſeruit *Schvvabius*, ſed non tam accurate ſcriptam, quam noſtra, quæ ex ſupra citata collectione orationum Dominicarum Londinenſi p. 41. deſumta eſt.

(a) Reperiuntur quoque Slavonicæ verſionis nonnulla in clarisſimi *Eliæ Hutteri* bibliis polyglottis, id quod præter *Kortholtum* in libro de variis Sac. Script. editionib. &c. nos docet celeberrimus Doctor ac Profeſſor Lipſienſis, Fautor ac patronus noſter ſummopere colendus D. *Johannes Gottlob Carpzovius* in *Critica ſacra codicis* Hebræi Par. I. cap. IX. ubi paragrapho 2. qua de polyglottis „celebrioribus lectorem inſtruit, *Elias*, inquit, *Hutterus*, „Luſatus, linguæ S. & cognatarum Profesſionum publi„cam Lipſiæ 1577 nactus, haud ita multo poſt ab *Electo„re Auguſto* 1579. in aulam accerſitus, ut ex ejus inſtitu„tione Hebræam linguam hauriret princeps, tandemque „anno 1583. honorificentisſimo ornatus & dimiſſus teſtimo-

cæ dialecti verſiones breviter indicandas pergam, ex *Lelongii* partim bibliotheca, partim aliunde ſumtas. Huc pertinent e. g. Biblia Vandalice, juſſu *Friderici Guilielmi* Electoris Brandenburgici converſa & edita. (b) Deinde

L 2

„monio, peragratis Lubeca, Hamburgo, Praga: denique „Noribergæ ſedem ſuam fixit, ſuisque ſumtibus typogra„phiam, ſcholam linguarum & bibliopolium conſtituit, „unde Ann. 1599. biblia ſacra prodiere Ebraice, Chaldai„ce, Græce, Latine, Germanice & Slavonice in fol. &c lau„data vero editio anni 1599. ſex columnis memoratos tex„tus dividit, ita tamen ut in diverſis editionis ejusdem „exemplaribus ultima columna loco Slavonici, Gallicum, „in aliis rurſus Saxonicum, in aliis Italicum exhibeat &c. Hactenus *Carpzovius*. Nobis tale bibliorum Hutterianorum exemplar, quod Slavonica contineat, videre adhuc non contigit. Hinc qualis ſit illa verſio, num pure Slavonica, an Slavonicæ tantum dialecti, certo affirmare non poſſumus. Slavonicam tamen eſſe probabile eſt, cum Ruthenica (vel potius Slavonica) biblia apud *Hutterum* ſe vidiſſe memoret *Adamus Bohoritzius*: conf. *Jacobum Uſſerium* citat. loco. p. 221. ubi hæc adjungit: apud „eundem biblia tum Moſcovitica tum Croatica lingua „extitiſſe, apparet ex ſpecimine operis polyglotti, præfixo „bibliis quadriling. Tom. I. quales etiam complures Pſal„mi in Euchologio quod penes me eſt manuſcriptum li„teris Servianis ſ. Illyricis, reperiuntur, Cæterum ejusdem Slavonicæ linguæ verſio inſerta quoque videtur *bibliis maximis*, (quæ vocantur) cura & labore *Johannis de la Haye* anno 1660. Lutetiæ XIX Tomis editis: de qui„bus celeberrimus *Kortholtus* cit. loc. ſic ſcribit; cum reli„qui codices non niſi translationes ſuppeditent linguis „eruditis, ut vocant, adornatas: novum hoc opus idio„ma præterea *Illyricum*, Gothicum &c. adjicere. Verum de hoc quoque, nobis nondum viſo, certi nihil conſtat.

(b) Hæc ſine dubio ſunt Wendica: de quibus vide *Jacob. Tollium* in epiſtola ſecunda itinerarii pag. 42.

de Biblia Pruthenice ſeu lingua Veteri Pruthenorum ejusdem juſſu reddita, nondum forſan in lucem emiſſa. (c)

Exſpectabunt hic fortaſſe nonnulli a me recenſionem quoque bibliorum Ruthena lingua conſcriptorum. ſed fruſtra. cum nullum equidem adhuc, quam Slavonicum codicem ſacrum a Ruthenis poſſideri ſciam. Ut audiendi propterea non ſint, qui vel Slavonicæ verſioni ſimilem, vel ab ea diverſam diſtinctamque verſionem bibliorum Ruſſicam hic ſibi fingunt. quorum quidem poſtremum præter *Richardum Simonium* (d) & *Chriſt. Kortholtum* (e) video feciſſe *Lelongium*, ſingulare, iis

(c) *Tollius in epiſtola itineraria* cit. loc. *addit: præter hos ſc. Vandalos & Pruthenos veros, ſ. Boruſſos priscaque originis inter ſubjectos ſe numerare, & eorum quoque lingua exprimi biblia curaſſe Elector narrabat: hocque idioma Boruſſorum veterum diverſiſſimum eſſe a Germanico quo utuntur alias incolæ.*

(d) Moscovitæ inquit, Iberi ſ. Georgiani, populi quoque qui colchidis regiones incolunt, ſuos etiam habent contextus ſacri verſionis, & non ita pridem biblia *ſermone & characteribus Moscoviticis edita ſunt*. vid. ſupr. cit. loc. in hiſtoire Critique.

(e) Hic Cap. XXX. de variis S. S. edit. p. 372. §. 10. Habent adhoc, inquit Ruſſi ſ. Moscovitæ biblia Vernacula, quæ & ſuperiori ſeculo & noſtro non adeo pridem tempore prodierunt. *Petrus Paul Vergerius* in libro anno 1559. edito, cui tit. A gl' inquiſitori che ſono per Italia del catalogo dei libri haretici p. 46. hæc ipſa ſe vidiſſe narrat ſic ſcribens: Sed biblia nunc verſa ſunt & excuſa jam a quibusdam annis in lingua Ruthena. Illa Vilnæ in Lithuania conſpexi. Recenſite nunc hanc verſionem in cata-

iis caput aſſignantes. Contra ea alii, uti e. g. *Uſſerius*, *Schwabius*, *Bothwidus*, aliique multi Rusſicum Slavonicumque bibliorum codicem pro uno eodemque habent. In his *Godofredus Henſchenius* & *Daniel Papebrochius* in Actis ſanctorum ſupra adducto loco, *utriusque*, inquiunt, *ſcil. Methodii & Cyrilli inſigne opus eſt Novum ac Vetus Teſtamentum aliorumque librorum plurium in Slavonicam linguam, quæ eadem Ruthenica eſt, facta converſio.* Ac vidi nuper catalogum bibliothecæ publicæ Utrajectinæ ante aliquot annos in folio editum, in quo diſertis verbis Slavonica biblia, Ruſſica quoque, communi quodam catalogorum errore, appellantur. Sed dixeris ab *Erneſto* tamen *Glückio* verſionem quandam Ruthenice contextam prodiiſſe. Enimvero quamplurimos ſcio ſic eſſe perſuaſos: ſed falſo, cum hæc *Glückii* Germani hominis translatio fortaſſe licet perfecta, atque elaborata, (f) nunquam tamen nec in Batavia nec in Ruſſia lu-

 cem

catalogo veſtro &c. Me itaque feliciorem fuiſſe fateor Vergerium, cui nunquam (credo nec aliis) vidiſſe licuit.

(f) Hoc colligitur ex novis *Literariis maris balthici* anni 1701. ubi, transferri nunciatur biblia Rusſica ex idiomate authentico in linguam Rusſicam cura et ſtudio *Erneſti Glück* Livoni. Deinde ex his Actor. Erud. verbis de an. 1705 p. 240. *Erneſtus Glück, præpoſitus Livonienſis, qui poſt Narvam a Rusſis expugnatam, captivus Moſcuam abductus eſt, dolet, quod Rutheni nondum fruantur accurata ſatis bibliorum verſione Slavonica; cum ea qua hactenus utuntur, vitio ſeculi, quo a Methodio Ily-*

cem viderit. Quomodo enim in Typographia Amſtelodamenſi, Petri Magni, Ruſſorum Imperatoris auſpiciis anno 1698. ab *Elia Kopievvicz* erecta (g) hæc verſio anno 1698, ut perſuadere nobis vult Bibliotheca ſacra *Lelongii*, prodierit? cum ex Actis Eruditorum Lipſienſibus anni 1705 pateat, hanc ipſam *Glückii* verſionem, jam olim a ſe ad fontium normam compoſitam in direptione hoſtili bibliothecæ ipſius univerſæ, cum Narva prædæ militum diripientium pateret, amiſſam eſſe: auctoremque illius novam Novi Teſtamenti verſionem denuo conficere cœpiſſe. Nec probabile plane eſt auctore *Glückio* vel in-

Illyrico, confecta eſt, magna obſcuritate laboret, ut vix periodum integram Laicus Ruthenus ad amuſſim poſſit intelligere &c. Itaque novam plane verſionem adornari optandum fuerit. neque ad eam rem quisquam ipſo Gluckio magis futurus eſt idoneus.

(g) Conf. clariſſ. *Friſchii Hiſtor Ling. Slavon.* §7. ubi hæc verba *Elia Kopievitz*, ſ. *de Haſta Haſtennii* ex præfatione ad Grammaticam ipſius latinam adducit: *Propriis ſumtibus comparavi typographiam ad imprimendam ſolam Grammaticam.* In hac dedit quoque catalogum cum editorum tum edendorum librorum. poſtremis ſunt annumeranda Biblia Ruthena. neque enim credibile eſt, quod in Biblioth. ſacra *Lelongii* p. 441. refertur, laudari Bibliorum Ruthenorum editionem in catalogo librorum Ruſſicorum in hac typographia editorum Francofurti Germanice publici juris facto 1710. Credendum hic potius auctori der aufgefangenen Briefe, der dritten Ravage drittes Paquet, pag. 249. ubi recenſitis, qui ex Kopievvitzii typographia jam tum prodierant libris, Biblia Ruſſica cum Lexico Latino-Ruſſico ineditis annumerantur.

integrum ſacri codicis Volumen, vel partem ejus in Ruthenam linguam translatam in lucem poſtea exiviſſe, cum eodem, quo novam incepiſſe verſionem legimus, anno obiiſſe conſtet. Saltim quinto hujus ſeculi anno biblia illa nondum prodiiſſe, multa probant. In his, quæ memoriæ Trevoltianæ anno 1706. p. 1068. referunt: *poſt Glückii obitum Petrum Alexiovitzium, Magnum Moscoviæ ducem, hanc ipſam verſionem perfici jusſiſſe.* Nec in actis eruditorum Lipſienſibus anni 1705. & ſeq. de hac bibliorum editione relatum quidquam legitur. dolere potius narrant D. *Glückium*, quod Rutheni nondum fruantur accurata ſatis S. S. bibliorum verſione Slavonica. Memini quidem audiviſſe aliquando de novi teſtamenti editione ſatis ſplendida quæ in Batavia quondam prodierit. Verum certum eſt nulla unquam biblia, quà vetus, quà novum teſtamentum in Batavis prodiiſſe. Quæ autem anno hujus ſeculi circiter vigeſimo ſecundo piæ memoriæ *Imperatoris Petri Primi* auſpiciis ac juſſu ibidem in lucem exiverunt, Hollandica tantum lingua conſtant in folio, ſic impreſſa; ut ſingulis paginis in duas columnas diviſis, una Hollandice imprimeretur, altera Ruthenis, Petropoli poſtea addendis, vacua reſervaretur. Ac vidi ipſe aliquando in officina typographica Petroburgenſi quamplurima ſacri codicis exemplaria candidis regiisque chartis ſic impreſſa, ut dimidium paginæ verſio-

ni Batavæ inſumtum, reliqua ejus pars vacua relicta eſſet. Cujus rei cauſſam cum ab ejusdem officinæ correctore exquirerem, propterea hoc eſſe factum reſpondebat, ut Slavonica verſio in altera paginæ columna Petropoli adderetur. Habuiſſe enim in animo dicebat pie defunctum Imperatorem, utrasque has verſiones Hollandicam & Slavonicam uno volumine complexas emittere. nec commodius ſe hoc facturum putaſſe, quam ſi Hollandica ſeparatim primo in Batavia, deinde Ruſſica Petropoli curaret imprimenda. intercedente autem Imperatoris morte negotium eſſe interruptum. Atque hæc ipſa biblia ſunt, quæ in novis publicis *Schiffbeckienſibus* de anno 1722. num. 4. pro Moscoviticis falſo venditantur, dum ita de illis relatum legitur: „Der Czaar läſſet die „Bibel zu Amſterdam in Moscovitiſcher Spra„che drucken, und zvvar auf einer Seiten, „damit auf der andern vvas beygeſchrieben „oder annotiret vverden könne: den Satz „müſſen ſie nicht brechen, ſondern alle bey„behalten, vveil der Czaar entſchloſſen, die„ſe Bibel nachdrucken zu laſſen, und ſoll es „ſelben in die 60000 Fl. zu ſtehen kom„men, nemlich, vvas angienge diejenigen „Exemplarien ſo gedruckt vvorden, mit de„nen Littern, die geſetzt ſind. Mit dieſer „Bibel habe der Czaar den Vorſchlag, daſs „eine jede Familie oder Haushaltung von „ihm ein Exemplar durch alle ſeine Länder

„kauf-

„kauffen ſoll, worauf er eine Taxe ſetzen
„vvolle, für die groſſe, mittlere und gerin-
„ge Standes-Perſonen, vvelches nach einer
„Calculation dem Czaaren ein Conſidera-
„bels aufbringen dörffte, ſo damit continui-
„ret vverden ſolte, ſo offt ſich neue Haus-
„Geſinde durch Heyrahten vvieder ſetzen;
„und in Summa keiner ſoll eine aparte Haus-
„haltung führen oder angehen, ohne eine
„Bibel, vvodurch der Czaar ſeine Nation ge-
„dächte vvas vveiſer zu machen, ſo einfältig
„ſolte gehalten vverden, damit die Geiſtli-
„chen ihnen auch nichts anders einpredigen
„könten, als vvas mit der Schrifft überein-
„käme, ſowol alt als neuen Teſtaments, und
„vvas am meiſten von dieſer Nation zu ver-
„vvundern iſt, daſs die Geiſtlichen ſelbſt zu
„dieſem Werck Anlaſs gegeben, vveil ſie in
„vvenig Jahren mehr Erleuchtung gefunden,
„als alle die Zeit, da ſie in ihrem Lande
„gleichſam in der Blindheit aufgevvahſen
„gevveſen, und nicht gedacht, daſs einige
„Menſchen von mehrerm Verſtande, als ſie,
„gevveſen. Hæc inquam nova publica Hol-
ſatica de bibliis, quæ piæ memoriæ Imperato-
ris auſpiciis in Hollandia prodierunt, quibus
hæc adjicimus, laudabile hoc Imperatoris in-
ſtitutum feliciter quidem inceptum, ſed præ-
matura ipſius planeque intempeſtiva morte
proh dolor! interruptum eſſe. Præter pau-
ca enim exemplaria, (h) in quibus Slavonica

 æque

(h) Ex archivis, ut vocant, Imperatoriis, tria horum biblio-

æque ac Hollandica reperiuntur, quæque paulo ante obitum Imperasoris e Petropolitana typographia ſæpe repetito Imperatoris mandato exiverunt, (i) nulla propemodum conſpiciuntur. Quæ cauſa eſt quod, quæ paſſim forte latitant exemplaria maximo pretio vendantur. Atque hæc ipſa ſine dubio biblia ſunt, quæ *Gluckii* verſionem continere vulgo putant: quippe quæ nunquam nec in Hollandia nec alibi evulgata eſt. (k) Talem certe quæ dialecto mere Ruſſica conſcripta ſit, nondum impreſſam liquet. Nec talem fortaſſe *Gluckius* unquam aut confecit, aut in animo habuit conficere. quod nec fieri erat opus nec per antiquam Eccleſiæ Ruthenæ conſuetudinem fortaſſe licebat.

Hæc de impreſſis Slavonicæ gentis codicibus. (l) De manuſcriptis nunc pauca addam. Sunt

bliorum exemplaria nuper, ut audio, in Academicam bibliothecam translata ſunt, quorum unum Slavonica & Hollandica continet, alterum duntaxat Slavonica, in tertio notis adjiciendis ſpatium relictum eſt.

(i) Relatum nobis eſt, pie defunctum Imperatorem feſto quodam die, cum plurimos Ruthenorum proceres ad convivium vocatos ſecum haberet, miſiſſe qui bibliorum aliquot exemplaria ex officina typographica peterent. quæ quidem allata inter accumbentes proceres diviſiſſe, reliquosque ad ea emenda etiam atque etiam excitaſſe.

(k) Hinc conſtat errare eos, qui ſacra apud Ruthenos vernacula, hoc eſt Ruſsica lingua celebrari, bibliaque hac lingua legi tradunt: quod præter *Schwvabium* Cap. II. diſſertat. *Uſſerium* cit. loc. p. 246. aliosque plurimos feciſſe video.

(l) Præter duas ſupra laudatas bibliorum Slavonicorum editiones,

Sunt autem ſequentia. I. Biblia Slavonica; codex in pergameno ſcriptus, qui extabat in bibliotheca *Nicolai Heinſii* p. 1. catalogi. II. Biblia Slavica. Codex Ms. in folio in Lotharingia, Bibl. S. Michaelis ad Moſam ord. S. Benedicti. III. Vetus Teſtamentum lingua Slavonica charactere Cyrilliano, Bibliothecæ *Seguerianæ* p. 35. catalogi. Meminit quoque *Henricus Wharonus* in additamentis ad *Uſſerii* hiſtoriam ſupra laudatam p. 371. codicis ſacri Slavonici manuſcripti, quem in bibliotheca quondam *Lambethana* ipſe conſpexerit: his verbis utens: *Porro verſionem & Liturgiam Cyrillicam hodienum extare vero non eſt abſimile. Ampliſſimam enim librorum Slavonicorum copiam in catalogo bibliothecæ Seguerianæ videre eſt. Extat etiam manuſcriptum in bibliotheca Lambethana, codex lingua & literis Slavinicis (quales a Cyrillo inventi dicuntur) pulcherrime exaratus. Illum animadverti continere acta apoſtolorum, quibus titulus eſt, daania Apoſtoleſca, (emendatius hic legendum dieania Apoſtolska, quæ verba latine redduntur Acta apoſtolorum) & alia quædam, forſan epiſtolas Pauli canonicas & apocalypſin cum liturgia ad finem addita. An verſio Cyrillo debeatur nec ne, non habeo quod affirmem, cum linguam minus intelligam.*

§ 7. No-

---

tiones, Oſtrovienſem ſcil. & Moſcuenſem in folio, habetur quoque editio in octavo neſcio quo loco, characteribus ſatis nitidis impreſſa, quam Petropoli olim inter cæteros Ruthene ſcriptos libros apud clariſſimum Domin. Profeſſorem Groſſium me conſpexiſſe memini.

§ 7.

Novi Teſtamenti editionum major eſt numerus. *Saubertus in prolegomenis ad varias lectiones S. Matthæi* p. 48. mentionem facit Novi Teſtamenti una cum Pſalmis neſcio qua forma editi absque loco & anno; hiſce ab eo „verbis deſcripti: Qua ego, inquit, uſus ſum „verſione, typis itidem exſcripta, ſanctorum„que auctorum Novi Teſtamenti librorum „ruditer ac ſine omni arte formis ligneis in„ciſis imaginibus paſſim inſignita, ea uti nul„lum indicium vel anni vel loci, quibus ex„cuſa fuerit, quantum deprehendi, præ ſe fert, „ita eandem Moſcovii alicujus uſibus inſer„viiſſe atque ex Ruſſia neſcio quo fato in Ger„maniam translatum fuiſſe pene extra dubita„tionis aleam pono. Sane enim coriaceum „compaginis involucrum, Moſcoviticis voca„bulis atque characteribus ex uno latere, „quod frontiſpicium libri tegit, eſt deſigna„tum. Et præterea imagines, quas dixi, arti„ficem Moſcovium arguunt &c. Nec levi „ſuſpicione nitor, ipſum hunc codicem in æ„de aliqua ſacra forte ab ipſo Popa ſ. antiſti„te ſacris in eccleſiis prælectionibus fuiſſe ad„hibitum. Atqui in noſtro codice præter „Novum Teſtamentum totum, in quo tamen „epiſtolarum ordo paulo eſt tranſpoſitus, Ja„cobi, Petri, Johannis & Judæ epiſtolis ante „Paulinas, immediate poſt acta Apoſtolorum „collocatis, præfatio ſingulis Novi Teſta„menti libris ex Theophylacto aliisque pa-

tri-

„tribus Græcis ab initio adjuncta eſt: etiam „conſpicitur in principio libri charactere „Moſcovitico ex V. T. ſolum Pſalterium Da„vidis, quod præ aliis antiqui fœderis ſcriptis „divinitus inſpiratis in ſacris Rusſicis maxime „fuiſſe uſitatum diſcimus ex Oleario &c. Pa„riter in noſtri codicis epigraphe Cap. XIII. „epiſt. ad Romanos hujusmodi ceræ & qui„dem miniatulæ gutta notata extat. Quæ „omnia produnt profecto librum illum, ſi „non ex ipſis templi adytis ac ſacrariis, ſaltim „ex privatis Ruſſorum ſcriniis ereptum ad „nos pertigiſſe: Hæc clarisſimus *Saubertus* de ſuo, quem poſſedit, Novo Teſtamento, de quo nobis quidem nihil conſtat, in prolegomenis commemorat. In libro ipſo ſubinde varias lectiones ex Slavonica verſione petitas affert. quæ tamen circa nomina propria utplurimum verſantur, doctisſimumque virum Slavonicæ linguæ vel legendæ vel intelligendæ non ad modum gnarum fuiſſe ſatis produnt. Ita exempli cauſa pag. 64. ad Cap I. Matth. verſ. 11. Ιωσιας δε εγεννησε τον Ιεχονιαν, hæc annotat: *Textualem lectionem probant Epiphanius, Chryſoſtomus, Euthymius &c. His accedit Moſcovitius interpres qui tamen pro Jechonia legit Echoniju.* cum eadem tamen ſit lectio Slavonica atque Græca. Slavi enim ac Rusſi, quod celeberrimum virum præteriit, το e in principio poſitum *ie* pronunciant. ſic e. g. *Ecatharina* efferunt *Jecatharina*; *ego* illius, *iebo*. &c Simili modo in his verbis *Ioſias che rodi Echoniju*,

niju, h. e. *Joſias autem genuit Echoniam* το *Echoniju* pronunciandum eſt *Jechoniju.* Ad Cap. V. Matth. v. 47. το: τελωναι ȣτω a Moſcovita reddi putat ȣζαιϱηνυν: cum ſic tamen verba Slavonice reddantur: *aſchtſche bo liubite liubaſchtſchich vvas: kuiu msdu imate, ne i mitarcli* (credo legendum *mitari*, ita enim ubique alias οἱ τελωναι appellantur) *toſchde tvvorat?* h. e. & ſi amatis amantes vos, quale præmium habebitis, nonne vectigalium redemtores hoc faciunt? Cap. VIII. v. 5. ad verba τω Ἰησȣ &c. Moſcovita, inquit, reddit δε εμȣσκαπεϱναȣμα. Nos vero ita ſcriptum invenimus *vvſchedſchuſche jemu vvkapernaum* h. e. eunte autem illo Capernaum. Ad Cap. VIII. v. 15, & quidem ad verba διηκονει αὐτοις, Moſcovius, ait, σλȣδαχε ἐμȣ. Sed vera lectio eſt *isluſchaſche iemu.* h. e. & miniſtravit ei. Cap. X, v. 25. pro *vveelzevvula* falſo legitur a *Sauberto* βεολζεβȣλα, in his verbis *aſchtſche goſpodin domu vveelzevvula nar ekoſcha, kolmi patſche domaſchna jeho?* h. e. ſi dominum domus beelzebul vocarunt, quanto magis eos qui de familia ejus? Cap. XIV. v. 34. το Γεννησαϱετ a Slavo non redditur γεννησαϱετ, ut ille putat, ſed *ſemliu geniſaretsku* in his verbis: *i preſchedſche proidoſcha vvſemliu geniſaretsku.* h. e. *& proficiſcens pervenit in terram geneſaret.* Cap. XXI. v. 1. το Βηϑφαγη non legitur Slavonice Βυϑφαγιȣ, ſed *vv'vvythsphagiju.* Cap. XVII. v. 64. ad verba ȣτως ȣκ &c. Saubertus hanc notam addit: Moſcovius habet τακωλη νεβοζμογοστε. Sed enim vera hic eſt

lectio

lectio. *i glagola Petrovvi takoli nevvoſmogoſte iedinago Tſchaſa pobdieti ſomno* h. e. *& dixit Petro itane nequitis unam horam vigilare mecum?* Lelongius in biblioth. ſacra (p. 442.) meminit Novi Teſtamenti ex Græco lingua & literis Moſcoviticis impreſſi, ruditer ac ſine arte, formis ligneis inciſis imaginibus inſigniti, in quo ſingulis N. T. libris præfatio ex Theophylacto aliisque patribus Græcis ab initio adjuncta ſit, cum Pſalterio Davidis in folio, absque anno & loco in Bibliotheca Baſileenſi extantis. a) Eadem pagina meminit Teſtamenti ex lingua Græca de novo translati in idioma Rutheno-Slavonicum dialecto Moſcovitica ſtudio monachorum S. univerſitatis in cœnobio adventus S.S. & vivifici ſpiritus fraternitatis ſpiritualis Vilnenſis, religionis Orthodoxæ Græcæ, a quibus Theodorico Sapichæ Subcamerario Witpeſcio &c. nuncupatum eſt, cui præmittitur Pſalt. & cant. canticorum &c. Vilnæ in 8. 1623.

Inter reliqua Nova Teſtamenta recenſet *Lelongius* Glückianum illud falſo extare creditum, idque Moſcuæ ao. 1702 impreſſum eſſe aſſeveranter tradit: teſtimonio in primis Hungari neſcio cujus eruditi nixus, quem non dubitare ait, quin verſio ſit *Erneſti Gluckii* qui poſt expugnatam Narvam captivus Moſcuam deductus, paulo poſt Ruſſorum impe-

(a) Quæ de literis hic Moſcoviticis quibus N. T. impreſſum ſcribit, de dialecto item Moſcovitica qua ſequens N. T. conſignatum eſſe commemorat, lectoribus ſe offerunt: ex ſupra dictis falſa eſſe conſtat.

imperatori 6000 imperialium annuo ſalario ſuam addixit operam ut illuſtrem juventutem Ruſſicam in bonis artibus inſtrueret, & libros nonnullos eximios, veteres ac recentiores in linguam Ruſſicam ex aliis idiomatibus converteret. Addit denique initium transferendi a N. T. factum eſſe. His jungo Novum Teſtamentum quod in catalogo librorum Moſcuenſium nondum edito reperitur A. M. 7188. adeoque circa finem ſeculi decimi ſexti impreſſum n. 773. Wendicæ & Croeticæ dialectus Teſtamenta ſequentia nobis pandit Lelongius.

I. Novum Teſtamentum Vandalica lingua in bibliis Polyglottis.

II. Croaticum in bibl. Electorali Dresdenſi.

III. Novum Teſtam. lingua Hartvatſchim ſ. Croatica, characteribus Cyrillianis &c. interprete Primo Trubero. in 4. Tubingæ: ex offic. Georg. Grappenbachii. 1553.

IV. Idem ibid. ex offic. Raxſti 1557.

V. Idem nuncupatum Alberto Marchioni Brandenburgico. 2 Vol. 4. ibid. 1565.

VI. Idem literis Cyrill. Wolfgango Comiti Palatino Rheni, interpret. Trubero, Staton. Dalmat. & Stephano conſule Iſtriæ. 1563 ibid. 4.

VII. Idem 2 Vol. 8. ibid. 1577.

VIII. Idem literis tum Glagoliticis tum Cyrullicis 2 Vol. 4. ibid. 1581.

IX. Nov. Teſtam. Croatice characteribus Glagoliticis 4. Tubing.

His

His denique adjungere placet tres Novi Teſtamenti editiones, quas ipſi in manibus habuimus, ſeduloque perluſtravimus. Ex his duas priores nobiſcum ex ſplendidiſſima ſua librorum ſupellectibili perhumaniter communicavit Venerandus Vir, Theologus Hamburgenſium celeberrimus, Joh. Chriſt: *Wolffius*, quarum prima hunc præfert titulum : Kniga nowago ſawieta wnei ſche Pſaltir blagoſchinaiem Proroka i Tzara Davida, blago sloweniem bsie. prewed ego mlti Goſpodina Otza Innokentia Riſiela ml. bo. Archimandrit &c. labri kicwo Petzſcharskoi: perwoe typom isdade w liet ot roſcheſtwa Chriſtowa a ch i a. h. e. 1630. Meſetz Dekembr. Indicta 20. h. e. liber novi Teſtamenti in quo & Pſalterium benedicti Prophetæ & Regis Davidis, benedicente Deo, precibusque ſuis auxiliante Domino, Patre Innocentio Riſiela, divina gratia Archimandrita &c. in monaſterio quod Kioviæ eſt Pezarskienſi: primum typus editus, anno poſt nativitatem Chriſti 1630.

Locus ubi impreſſus eſt hic N. T. liber in fronte illius non comparet. In extrema tamen pagina (b) his verbis indicatur. Napetzſchatana biſt kniga ſia, w'pravvoslavvnoi i ſvviatoi vvelikom Lavvrie Kinovviakiovvo

M Petz-

(b) Solet enim plerumque in libris Slavonicis impresſionis locus in calce poni. quod non obſervaſſe credo Lelongium aliosque, qui multis S. S. codicibus, loca, ubi typis exſcripti ſint, non adjecta, perſuadere nobis volunt.

Petzſcherskago, Stauropiegiu Archiepiſcopa, Konſtantinopolskago, Patriarchi vvſelinskago. h. e. typis exſcriptus eſt liber hicce in ſplendido & ſancto magnoque Monaſterio Kiovienſi Petzſarskienſi, Stauropiegio, Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, Patriarcha Orientali. Cœterum præter figuras aliquot ligno inſculptas, nihil ſingulare hic codex habet. Calendarium quod in fine adjectum eſt, eleganti manu, colore rubro nigroque pictum, itemque lectiones Evangeliorum & Epiſtolarum ſecundum uſum Græcorum, & reliqua eodem modo, quo cœteræ Novi Teſtamenti editiones exhibet. Præmiſſa eſt brevis præfatio ad lectorem, quæ nihil tamen notatu dignum complectitur. In principio Evangelii Matthæi, figura crucis Chriſti a Conſtantino Magno in cœlo viſæ, cum adſcripto verbo *νικᾶ*, conſpicitur: deinde paginis aliquot interjectis, compellatur lector, ut errores forte commiſſos benevole, excuſet & corrigat: (his quidem verbis: Aſche koe pregrieſchenie vv kniſie ſei obraſchtſcheſchi Liuboviu ispravvi, i proſchtſcheniju naſche nedoſto inſtivo ſpodobi. &c. h. e. ſicuti errores fortaſſe inveneris pro humanitate corrigas, &c. Notandum hoc eſt ſingulis epiſtolis Paulinis cœterisque annum quo ſcriptæ ſunt in calce adſcriptum inveniri.)

Altera, quam Venerandi Wolffii Bibliotheca nobis ſuppeditavit, editio Novi Teſtamen-

menti Slavonica lingua ſpripti hunc habet titulum : Bo Slavvu ſvviatia edinoſuſchtſchnia, ſchivvotvvoraſchtſchia i nerasdielimia Troizi, otza i ſina, i ſvviatago ducha, Povvelieniem, blagotſcheſtivvieiſchago, vvelikago Goſudara naſchego Zzara i vvelikago Kniſa Petra Alexievvza, vvſea vvelikia i malia, i bielia Rosſii ſamoderſchtza : Priblagorodnieiſchem Goſuderie naſchem Tzarovvizzie i vvelikom Kneſie Alexii Petrovvitzii : blagoslovveniemſche Preoſvvaſchtſchennich Archiereevv Meſchdupatriarſcheſtvvom, napetſchataſa, blagodochnovvennaja kniga ſia novvago ſavvieta, vvtzarſtvvuiuſchtſchem vvelikom gradie Moskvvie : vvlieto ot ſotvvorenia mira 7210. ot roſcheſtvvàſche poploti boga slovva 1602. Indicta 10. menſe Februario. h. e in gloriam unius ſubſtantialis, vificantis & indiviſæ Trinitatis, Patris & Filii & ſancti ſpiritus, juſſu Chriſtianiſſimi, magni Domini noſtri Zzaar, & magni Ducis Petri Alexiovitzii, totius magnæ & parvæ & albæ Rusſiæ autocratoris : & maxime illuſtri proſapia orti, Domini noſtri, Zaaris filii Alexii Petrovitzii ; benedictione autem ſanctisſimorum Archiſacerdotum, Patriarcharum locum tenentium, impreſſus hic liber benedictus N. T. in Czareenſi magna civitate Moſcua, poſt natum Chriſtum 1702. Ornatus & hic liber eſt figuris, æri, ut videtur inciſis, minus elegantibus. Singulis diſtichon Slavonicum adſcriptum legitur. Ita e. g.

imagini, S Matthæum adumbranti, hoc ſubſcriptum eſt.

Evangelie Matthæi ſujat piſaſche
Roſchdſchaſa vvploti Boga vvoſvvieſchtſchaſche.

h. e. *Evangelium Matthæi ſanctum ſcribens, carne induti* (*vel quicaro ſactus eſt*) *natales deſcribit.*

Pauli Apoſtoli imaginem hi verſus comitantur. Pavel isbrannii iaſikom utzſchitel
vv'vvieru Chriſtovvu mudr baſch lovvitel.

h. e. Paulus electus linguarum doctor ſapientiam veſtram ſub fidem Chriſti redigit.

Acta Apoſtolorum præcedit imago Chriſti crucis ligno affixi: ſubjunctis his verſibus:

Bog Tzſchelovvek biſt Tzſchelovvieka radi
Raſpiat na Kreſtie mira griech ſagladi &c.

h. e. Deus homo factus, hominum cauſa cruci ſe affigi paſſus eſt, ut peccatis mundum liberet.

Singulare hoc codex habet, quod Apocalypſis Johannea in aliis codicibus reliquis ſcripturæ Novi T. libris juncta, hic plane disjungatur; poſt calendarium demum, catalogum feſtorum &c. reperiunda. (c) Poſſem hic quoque ſubjungere codices N. T. manuſcri-

(c) Recentisſima Novi Teſtamenti ſine dubio editio eſt, quæ in forma quarta ao. 1725 Petri Magni, Patris patrum, ut in titulo eſt, juſſu lucem vidit; parum aut nihil a reliquis diverſa.

ſcriptos, variasque quatuor Evangeliorum, quæ ſeparatim multoties prodierunt, editiones, quorum aliquot etiam manuſcripta in Moſcuenſi bibliotheca dantur. ſed ne prolixior in hujusmodi ſcriptis enarrandis fuiſſe videar: omiſſis reliquis, recentiſſimam duntaxat Pſalmorum editionem brevibus ſignificabo. Prodiit illa Petropoli juſſu Catharinæ Alexievvnæ, Beatæ memoriæ Imperatricis anno ab orbe condito 7234, poſt Chriſtum natum 1726. fol. Sequitur titulum Symbolum ſancti *Athanaſii*. ubi hæc inter alia verba occurrunt: Quæritur. Potzſche ſomu posnavvaietſa Duch ſvviatii ot otza i ſina ? h. e. quomodo dignoſcitur ſpiritus ſanctus a patre & filio? Reſpondetur : po ypoſtaſiechi : poneſche ieſt iſchodaſchtſch : h. e. per hypoſtaſin , quia eſt procedens. Huic ſymbolo jungitur brevis inſtructio, quomodo iis, qui ſacra cruce ſe ſignant, digiti componendi ſint; quod ita fieri jubetur, ut cum pollice priores duo digiti committantur : ne, ſi aliter fiat, S. trinitatis myſterium dividere nos velle videamur. Totum Pſalterium in viginti, ut ſolet, kathiſmi, ut Slavonice vocantur, h. e ſeſſiones dividitur, quarum modo duæ, modo tres, pro feſti ſanctitate, in Eccleſiis populo prælegunturt. In calce conſpiciuntur variæ cantiones ſacræ, & Pſalmi ſelecti, diebus feſtis recitandi. Deinde inſtructio & regula ſanctorum patrum, quomodo ab eremitis, monachis & Chriſtia-

nis quibuscunque Pſalterium (d) canendum ſit. Occurrunt denique preces & troparia morientium & mortuorum ſtatui accommodata, atque a parochis recitari ſolita. &c. Totus hic Pſalmorum liber, inſtructus eſt Tolkovvanie, h. e. interpretationibus varii generis, ex Euſebio, Theodoreto, Athanaſio, Chryſoſtomo, aliisque patribus deſumtis. In fine ejusdem præſcriptæ ſunt preces Pomianik dictæ, quas pro omnibus fundere Chriſtanus debet. Pſalterii quidem, Ruſſica lingua conſignati, mentionem infert *Uſſerius* cit. loc. pag. 221. ſic ſcribens: *Rusſi ſua lingua habent Pſalterium Davidis, quod apud Oſtracenſes impreſſum eſt, N. Teſtamentum, Acta Apoſtolorum, Pauli epiſtolas omnes, ut eſt in narratione de religione eorum ad David. Chythræum anno* 1581. *ſcripta* p. 236. &c. Verum in hoc æque fallitur Vir doctus quam qui tota biblia Rusſice ſeu Moſcovitice translata extare putant.

§ 9.

Antequam hiſtoriæ meæ filum abrumpam, ne-

(d) In totum Pſalterium concordantias quas vocant ephori ſui D. ILINSKII, Rutheni hominis, ope adjutus olim concinnavit illuſtrisſimus CANTEMIRIUS, Moldaviæ quondam Principis filius natu major, easque piæ memoriæ Imperatrici Catharinæ manuſcriptas obtulit, quæ imprimi eas ſtatim jusſit: nondum tamen, quod ſciam, editas.

Digitized by Google

neceſſum eſſe arbitror, intolerabilem illum, qui Ruthenis vulgo exprobrari ſolet, bibliorum V. T. contemtum, fabulam eſſe oſtendere. Præter alias enim errores Ruthenæ Eccleſiæ cum ſumma injuria temere impactos, & hic affingitur, quod Vetus Sacri codicis Teſtamentum pro impuro, obſcænisque hiſtoriis ſcatenti libro habeant, planeque indignum illum judicent, qui templis, Divino numini conſecratis, nihil que profanum admittentibus inferatur. Sic enim Olearius in citato ſuo libro p. 276. ſcribit. Die heilige Bibel haben ſie &c. aber es iſt ſeltſam; ſie laſſen niemals die gantze Bibel in ihre Kirche kommen, ſagen, es vvären im alten Teſtament viel garſtrige unkeuſche Sachen, vvodurch die Kirche, ſo ein heiliger Ort, könne verunreiniget vverden, haben daher nur einige Schrifften der Propheten, neben dem neuen Teſtament vvelche ſie darin tractiren. In Häuſern aber iſts vergönnet die gantze Bibel zu haben. His propemodum reſpondent illa auctoris des veränderten Ruſslandes: Ich habe in keinen Kirchen und Klöſtern das alte Teſtament geſehen, wol aber das Neue Teſtament, auf deſſen Band und Schmuck ſie ein Groſſes wenden, das alte Teſtament aber, auſſer dem erſten Buche Moſis, glauben ſie zur Erbauung der Gemeine nicht nützlich zu ſeyn. Verum inane hoc figmentum eſt, vel a malevolis in Rutheni cœtus opprobrium exco-

gitatum, vel ab iis, qui rerum Ruthenarum non bene gnari ſunt, profectum. Nametſi moris non ſit, Vetus Teſtamentum in templis aſſervari, ac populo prælegi, non magis tamen propterea in S. S. injurii dicendi ſunt Rutheni, quam Evangelici, aliive religionis generi addicti, apud quos Evangeliſtarum & Apoſtolorum duntaxat ſcripta publice in concionibus leguntur atque explicantur. Diffiteri interim non poſſumus multo majori plane in pretio honoreque apud eos Novi, quam Veteris Teſtamenti, ſive fœderis codicem haberi. quem ſane illi non ſecus venerantur ac colunt, quam vel Alcoranum ſuum Turcæ, vel ſuos divinæ legis libros, quos Thora, vocant, Judæi. De priorum vix tolerando novi fœderis cultu clariſſ. *Nicolaus Bergius* in ſæpe allegato libro, capite decimo, quo de Sacra Scriptura aliisque Ruthenorum ſacris libris ediſſerit, ſequentibus teſtatur. „Hic jam, inquit, commoda „ſeſe offert occaſio, diſſerendi de libris, quo„rum uſus in templis ipſorum. Primo loco „nominanda S. Scriptura N. T. &c. Hic au„tem paulo curatius inquirendum in partes „illas Scripturæ S. quas templis inferunt: „quas inter eminent quatuor Evangeliſtæ (Ruthen. *Evangelie*) qui MSt. (e) & ſplendide com-

(e) Neſcio tamen anne impreſſi quoque in altaribus hoc mo-

compacti laminis argenteis ornati, in altaribus ſyndoni involuti, inveniebantur: tam ſancte habiti, ut non niſi ſigno crucis primum muniti, & peculiari amiculo manu involuta, contrectare eadem auſi fuerint. Sed acta Apoſtolorum & epiſtolæ (Apoſtol ipſis dictæ) in cathedra eccleſiaſtica (f) reponun-

 tur.

modo aſſerventur. Ipſi, ni fallimur, impreſſum aliquando in altari jacentem in neſcio quo Rutheno Tzerque ſ. templo offendimus.

(f) Per cathedram Eccleſiaſticam non credo intelligere hic ſuggeſtum quem nos vocamus ſacrum, ſive locum illum, quo verba facere ad populum parochi noſtri ſolent: quippe qui ignotus, nec in uſu eſt Ruthenis, nullibique plane locorum, quam in duobus vel tribus ad ſummum, quæ Petropoli excitata ſunt, quæque, dum viveret, ipſe frequentare ſolebat cum Auguſtisſima ſua conjuge Glorioſisſimæ memoriæ Imperator, templis, Petrino ſcil. Paulino & Sanct. Trinitatis (Ruthen. Troiza dicto) conſpicitur. Ingentem quippe horum ſuggeſtuum, ſermonumque qui ad populum circumſtantem publice haberi ſolent, utilitatem ex merito ſecum perpendens pius Imperator, eorum uſum in populo ſuo incipiebat introducere. Unde jam tum ipſo vivente ſæpius in templo S. Trinitatis a Summe Venerando Præſule Theophane aliisque Slavonica lingua habiti ac recitati ſunt ſermones, quibus Cæſar ipſe cum proceribus ſuis, magna populi multitudine cinctus interfuit. quorum nonnulli etiam typis mandati extant. Alioqui his locis, quæ orationibus ſacris reciandis dicata ſunt, publicis, Rutheni carent Qua propter nec poterat hæc ſpectare auctor: ſed reſpicit hic potius pulpitum illud cui acta apoſtolorum, aliique N. T. libri, inter prælegendum incumbunt, non adeo erectum, ſed ad terram magis reclinans, aliaque quam qua ſuggeſtus noſtri ſunt forma præ- di-

tur. Pſalterium Davidis (g) cum variis ſanctorum liturgiis & patrum fragmentis, licet illi deſuerint, ad manus eſſe debent.

ditum: conf. Leon Allat. & alios de Templis Græcor. ut item Berg. p. 88. ubi de nomine τραπεζα verba facit.

(g) Pſalterium Davidis frequenter lectitant nec de manibus propemodum reponunt Rutheni.

FINIS LIBRI PRIMI.

Ad

AD LIBRUM PRIMUM HISTORIÆ VERSIONUM SLAVONICARUM ADDENDA ET CORIGENDA.

AD CAP. I. §. 7. DE CODICE BIBLIORUM OSTROVIENSI.

Quæ de codice ſacro Oſtrovienſi, diligenter quidem illa, at minus tamen, ob codicis illius defectum, accurate ſupra tradidimus, iis jam nunc, poſtea quam librum ipſum ex voto tandem nacti ſumus & inſpeximus, nonnulla addere viſum eſt. Præter omnem ſpem exſpectationemque noſtram accidit, ut cum celeberrimum nuper *Fabricium* noſtrum, Virum omni præconio majorem, ſalutandi gratia accedens, de Slavonicis bibliis ex eo quærerem:

Digitized by Google

rerem: non modo ſe poſſidere affirmaret codicem bibliorum Slavonicorum Oſtrovienſem, ex celebrati quondam nominis Theologi *Danielis Severini Sculteti* Hamburgenſis bibliotheca comparatum; ſed &, quæ ſumma eſt Viri humanitas, inque omnes literatos homines propenſio, mecum ſe libenter communicaturum, ſi opus eſſet, promitteret. Quod cum lubentisſime accepiſſem: ad conferenda ea cum aliis editionibus ſtatim acceſſimus, atque hæc inde notatu digna in candidi lectoris uſum excerpſimus & enotavimus:

„Titulus libri hic eſt. Biblia (ſ. vvivvlia) ſi-„rietz knigi vvetchago i novvago ſavvieta po-„jaſiku slovvensku ot evvreiska vv'elliniskii „jaſik ſedmi deſat i dvviema blagomudrimi „prevvodniki: preſchde vvoploſche goſpoda i „ſpaſitela naſchego Is. C ha. t. i. lieta, naſche-„laemoe povvelienie Ptolomea Philadelpha „Tzara Egypetska prevvedenago ſvvodu „s'tſchtſchaniem, i priliеſchaniem jeliko „moſchtſhno, pomoſchtſchioju boſchieju „posliedovvaſa, iispravviſa vv'lieto povvo-„ploſchtſchenii gospoda boga i ſpſa naſchego „Is Cha, a ph p a. h. e. Biblia hoc eſt, liber „veteris & novi Teſtamenti ex Hebræa in „Græcam linguam ſeptuaginta duorum Theo-„didactων interpretum ante incarnationem „Domini ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, tre-„centeſimo octavo anno, intento mandato „Ptolomæi Philadelphi Regis Ægyptii, con-„fecta verſione, quanta fieri potuit diligen-

„tia

„tia expreſſa, & correcta, anno poſt incar„nationem Domini ſalvatoris noſtri Jeſu „1581.

Ea, quæ titulo averſa eſt, pagina præter varios verſus Slavonicos, ſacræ ſcripturæ, ſereniſſimique Editoris laudem ac præconia continentes, Volhiniæ Principis *Conſtantini* inſigne, ex tabula, ligno inſculpta, expreſſum, & his quatuor libris $\substack{KK\\KO}$ circumdatum, conſpicitur. His poſtea ſuccedunt tres præfationes toti operi præmiſſæ. Prima eſt oratio Euchariſtica ab ipſo ſereniſſimo Duce *Conſtantino* Græca lingua, cui Slavonica e regione adjecta eſt compoſita, qua Deo optimo maximo, pro auxilio in his bibliis edendis ſibi præſtito agit gratias: quæ oratio ſic orditur: *Θεε πατερ παντοκρατωρ ἀιωνιε ἀναρχε καὶ παντοδυναμε, συ ουν μονος ἀθανασιος, καὶ Φαιδρυνων ἀιδιως, ὀυθεν ουν Γειτνιαζων εν σοι* &c. Poſtrema hæc ſunt, digna, ut opinor, quæ adſcribantur: *Καγω Κωνσταντινος, ἀγορἑυωμενος καὶ ἐν ἁγιω βαπτισματι Βασιληος, χαριτι σωτηρος ἡμων Θεου Δουξ Ὀστροβιας, Βοηβοδας Κιεβιας καὶ προεδρος Βολινδιας, τοις δε ἐκλελεγμενοις* &c. *ποθεινως ὀγορευω, ὀτι ουν ἐυλογια καὶ οικτιρμω καὶ Φιλανθροπια θεου ἠξιωθην ἀρχη ποιησαι, καὶ ἰδειν με ουν το τελος, ἑνεκεν του παροντος, ὀν νυν γαρ ὑμιν παντάχου θεωρησθαι ὡστε ουν τετυπομενην παλαιαν τε καὶ νεαν Διαθηκην δηλουσθαι.*

Ἐν θεωΦυλακτη πολει καὶ ἀρχηκια ἡμων Ὀστροβιας ἐν Βολινδια, ἐτει ἀπο κτισεως κοσμου ἑπτα-

χηλιος

χηλιοστω ὀγδοηκοστω ἐνατω. Και χειστȣ γονιας χιλιοστω, πενταкοσιοστω, Ογδοηκοστω πρωτω, Σοηδρημιωνος ἱσαμενȣ. Horum verborum verſionem jam ſupra pag. 14. ex *Lelongii* Bibliotheca deſumtam, dedimus; minus tamen in nonnullis accuratam. Primo enim verba illa Græca: *ὅτι ἠξιωθην ἀρχηποιησαι καὶ ἰδειν με ȣν το τελος*, non vertenda ſunt: *quod dignatus ſit Deus, qui me in hunc finem principem conſtituit, ut hoc opus abſolutum viderem*, ſed ita potius, *quod dignus habitus ſim, qui & initium facerem, & finem etiam viderem præſentis inſtituti.* Verba enim illa *ἀρχη ποιησαι* omiſſo per typographi & correctoris negligentiam *ν* corrupte hic leguntur pro *ἀρχην ποιησαι*: quod clariſſimus *Lelongius* forte non animadvertit. noſtram autem veram eſſe lectionem Slavonica probat verſio: quæ ita vertit: *Spodobichſa natſchalo poloſchiti i ſobroſchenie vvidieti diela ſego.* h. e. *dignatus initium facere, & finem videre operis hujus.* Deinde, quod ſupra jam p. 25. oſtendimus, pro ſepties milleſimo *octingenteſimo primo, ponendum eſt, octogeſimo nono, pro quingenteſimo primo, quingenteſimo octogeſimo primo.* Tertio omittenda non erant poſtrema verba *Σοηδρημιωνος ἱσαμενȣ*: quæ menſem, quo abſolutum hoc opus eſt, Auguſtum ſignificant.

Sequitur altera præfatio, eundem ut videtur, *Conſtantinum* Ducem habens auctorem: eo diligentius a nobis recenſenda, quod & rariſſima digniſſimaque ſcitu contineat,

neat, &, quoniam mera Slavonica conſcripta eſt, ab omnibus qui de Slavonicis bibliis memoriæ prodiderunt, *Lelongio*, *Uſſerio* aliisve, ob linguæ Slavonieæ imperitiam intacta relicta ſit. Primum hoc notandum eſt, quod principio præfationis refert: eo, quo bibliorum edendorum opus ſuſceperit, tempore, nullum nec ſe habuiſſe, nec in dominio plane ipſius inventum eſſe Slavonico ſermone conſcriptum, quem in conſilium adhiberi potuerit, codicem. Accidiſſe tamen poſtea non ſine maxima ſua voluptate ut ex Ruſſicis oris ea ipſa quæ Magni *Ruſſorum Ducis Wolodimiri* temporibus, ante quingentos jam annos in Slavonicum ſermonem translata ſunt biblia, *Garaburdii* cujusdam opera tandem nactus ſit. Verba ipſa Slavonica digna ſunt quæ apponantur: Ibo i knig
„glagolemich wiwlia „; w'ſwod ſego diela
„natzſchalſtwom neimiechom, dabi naſchemu
„iswoleniju knatzſchalſtwu ſego ſodieania
„wowſem bila dowolna. no i wo wſiech ſtra-
„nach rodu naſchego, jaſika Slawenskago,
„niſch jedina obrieteſa ſowroſchena w'ſiech
„knigach wetchago ſawieta. Tokmo ot
„blagotſcheſtiwa i w'prawoslawii isradno ſi-
„atelna Goſudara i welikago Knaſa Ioanna
„Waſiliewitza Moskowskago i protzſchaja,
„bogo isbrannim muſchem Michailom Gara-
„burdoju, Piſarem welikago knaſtwa litom-
„skago, ſopritioſchnim moleniem iſproſche-
„nuju ſpodobichomſa priati ſobroſchenuju

„vvi-

„wiwliu ſ'gretſcheska jaſika ſedmi deſat i „dwiema prewodniki, mnoſchae piati ſot „liet na slowenskiu prevvedenuju jeſchtſche „ſavvelikago Wladimera kreſtivvſchego ſem„liu Ruskuju. Taſche innich vvivvlii mno„go isobritochom &c. h. e. ut & liber, vocatus biblia, initio ſuſcepti hujus negotii (ſci„licet bibliorum edendorum) non ſuppetiit, „qui noſtro propoſito, cum hoc incipere„mus, omnino ſuffeciſſet. Sed & in omni„bus partibus gentis noſtræ Slavonica lin„gua conſcriptus nec unus codex invenieba„tur omnibus Veteris Teſtamenti libris con„ſtans. Tantum a ſumme religioſio & glo„rioſiſſimæ memoriæ Auguſtiſſimo Domi„no & Magno Duce Johanne Waſilovvitzio „Ruſſiæ & reliqua: per Deo electum virum „Michaelem Garaburdium, ſcribam Magni „Ducis Lithuani, ſedulis precibus digni ſu„mus habiti accipere integra biblia ex ſe„ptuaginta duorum interpretum Græca ver„ſione, ante quingentos & ultra annos Magni „Wolodimiri, qui Ruſſicam terram baptizan„dam curavit tempore, in Slavonicam linguã translata. "Hæc inquam eſt aſſertio *Conſtantini* Ducis de primis, lingua Slavonica conſignatis, bibliis: qua lucem ea accipiunt & confirmantur, quæ, tacente hic hiſtoria, de prima Slavonica verſione, ejusque auctoribus & antiquitate, dubitanter quandoque in hiſtoria noſtra tradidimus. Novumque argumentum hoc nobis præbet neminem præter *Methodi-*

um

um Moraviæ Antiſtitem, cum *Cyrillo* fratre, Slavorum biblia, eaque non de vulgata, ut Pontificii & noſtratium aliqui falſo putant, ſed Græca ſeptuaginta virali verſione converſa, adornaſſe. Tametſi enim Auguſtiſſimi Ruſſorum Imperatoris, cujus ſub auſpicio Chriſtiani facti Rutheni ſunt, memoria; hoc eſt ſeculo poſt Chriſtum natum decimo, primam Slavonicam verſionem concinnatam a Principe dicatur: cum quidem Methodius ac Cyrillus ſeculo, poſt Chriſtum natum, nono vixerint: certum tamen eſt, ex ipſis etiam Ruſſorum annalibus, aliiſque multis circumſtantiis, non aliam quam Methodianam verſionem a Principe hic ſignificari. Cumque aliis fortaſſe multis Princeps, eadem ætate eodemque tempore *Wolodimirum Methodiumque* vixiſſe credidit; non longo certe ſpatio temporum a ſe diſtantes. Sequitur hinc etiam quodammodo vera eſſe, quæ clariſſimus *Whartonus* in additamentis ad *Jacobi Uſſerii hiſtoriam dogmaticam* &c. p. 371. ſcribit: verſionem & liturgiam Cyrillicam hodienum veroſimile eſſe extare. Cum enim Cyrillicam hanc verſionem, a Ruſſorum duce non ſine multis precibus impetratam, in Oſtrovienſi nova verſione conficienda vel in primis adhibitam eſſe appareat: vix dubitationem habere videtur, pleraque Methodiani codicis eſſe retenta, ut in nova adeo hac verſione vetus quaſi Methodiana ac Cyrillica ſupereſſe videatur.

Alterum hoc notatu dignum in præfatione

noſtra occurrit, præter ſupra commemoratum Slavonicum codicem, multa alia, variis linguis ac characteribus (Slavon. raslitzſchnich piſmen i jaſikovv) conſcripta biblia reperiſſe, eorumque normam ut ſequerentur, quatenus cum ſacra ſcriptura conſonent, interpretibus mandaſſe. Tantam vero bibliorum verſionum, ac codicum diſcrepantiam deprehendiſſe, tam multa Scripturæ loca dubia, perperam ſcripta, ac depravata, ut maxima cura animique ſollicitudine affectus ſit, parumque abfuiſſe, quin edendi bibliorum conſilium abjecerit. Huc tandem acceſſiſſe varias hominum malevolorum calumnias, eorumque qui ſuſceptum opus adjuvarent, paucitatem. Quæ omnia, graviſſima licet conſilii impedimenta, non tanti tamen ſibi eſſe viſa, ut animum plane deſponderet, atque a conſilio ſuo diſcederet. quin potius ad rem, quam aggreſſus eſſet perficiendam, alacriorem eſſe factum, certiſſima ſpe fretum, fore, ut Deo adjuvante difficultates omnes ſuperet. Hac mente certos homines, literarum peritos, quaqua verſum ablegaſſe. qui diverſis terrarum orbis partibus, in his Italia, Candia Inſula aliisque remotiſſimis regionibus peragratis, multisque Græcis, Serbicis & Bolgaricis monaſteriis viſitatis: ad Vicarium denique Apoſtolorum, Orientalis Eccleſiæ Principem, ſanctiſſimum Jeremiam, Archiepiſcopum Conſtantinopolis ac novæ Romæ, pervenerint, incorruptum planeque emendatum

Digitized by Google

tum ab eo bibliorum exemplar, cum aliquot Græcæ Slavonicæque linguæ ac literarum peritis interpretibus flagitantes. Quem quidem, Deo animum flectente, adeo propenſum & obſequentem inveniſſe, ut & antiquum codicem bibliorum, a mendis omnibus purgatum & ad Slavonicam verſionem conficiendam idoneos homines illis tradiderit Hæc cum latinis verbis expreſſerim: in eorum, qui Slavonicam linguam intelligunt, gratiam Slavonico eadem ſermone repetiturus ſum. Sego radi, *inquit*, poslanmi i piſanmi ſvvoimi mno„go ſtran dalekich vvſelennia prochoda: ja„ko Rimskia predieli : tako i kandinskia O„ſtrovvi, patzſcheſche mnogo monaſtirei „Grezkich Serbskich i bolgarskich, daſche i „ido samagò apoſtolom namieſtnika, (a) i „vvſea Tzerkvve vvoſtotzſchnia (totius Ec„cleſiæ orientalis) ſtroeniju Tzſchinu natz„ſchalnika, pretzſcheſtnach (ſanctiſſimum) „Jeremia (b) Archiepiſcopa, Konſtantina„grada, novvago rima (novæ Romæ) vvſe„lennia Patriarcha (totius orbis Patriarcham)

N 2 „vvi-

(a) Notatu dignum eſt Conſtantinopolitanum hic Patriarcham, non ut Romanus ille, Chriſti, ſed modeſtius multo Apoſtolorum vicarium (Slavon; *Apoſtolom namieſtnikà*) a Græcis appellari.

(b) Idem hic *Jeremias* eſt quicum Theologis noſtratibus, in primis Tubingenſibus, *Martino Cruſio* reliquisque de religione Græca & Lutherana epiſtolicum commercium interceſſit, Græce ac latine poſtea Vitæbergæ majori forma impreſſum.

„vviſoko preſtolnia Tzerkvve Doidoch,(ma„gnæ προεδρίαν habentis Eccleſiæ Antiſti„tem) trebuja ſotſchtſchaniem i molienem „prileſchnim, tako liudi nakaſanich vvopiſa„niach, ſvviatich ellniskich i slovvenskich, „jakoſche i ſvvodovv dobrie i ſpravvlenich „(ut & verſionem bonam & correctam) i poroka ſvva vvſakago kromie ſvvieditelſtvvo„vvanich &c.

Refert denique in præfatione Princeps, ſeſe & codices & interpretes partim a Jeremia Conſtantinopolitano Præſule, partim aliunde ex animi ſententia nactum, cum iis æque ac cum aliis multis ſacrarum literarum peritis rem deliberaſſe: communique tandem ſuffragio optimum fuiſſe judicatum, ſeptuaginta duorum Græcam verſionem (c) utpote Hebræis maxime convenientem, quoad ejus fieri poſſit, ſumma cura diligentiaque vertendo exprimere.

Sequitur tertia præfatio ſ. pre de slovvie, ad omnes fideles & pie credentes Chriſtianos directa, quibus præfixa hæc ſunt Scripturæ dicta Joh. V. *Scrutamini ſcripturas*, &c. & Matth. VII. *non omnes dicentes ad me Domine, Domine:* in qua præfatione præter cætera ad ſacrum codicem pertinentia, utilitas, quæ maxima inde hauritur, eximiaque ejus auctoritas, & divinitas ſatis ample (tribus ſcili-

(c) Hanc verſionem vocat *ſvvod drevvnago piſania slavvnago*, h. e. verſionem S S. antiquam celebrem: addens hanc ipſam ſibi videri reliquis omnibus magis reſpondentem Hebræis ac Slavonicis.

Digitized by Google

ſcilicet foliis & dimidio) exponitur. Claudunt denique eam nonnullæ preces ad Deum Euchariſticæ, quibus hæc infra adjecta ſunt: *Sia predeslovvania Skaſanja* &c. *mnogogrieſchnim Geraſimom Danilovvitzſchem ſoſtavvleno bie :* h.e. *hæc præfatio a peccatis pleno Geraſimo Danilovvitzſchio compoſita eſt*. Tandem coronidis loco additi ſunt verſus rhythmici Slavonici, triginta diſtichis conſtantes; quibus & *Wolodimiri*, Auguſtiſſimi illius Ruſſorum Imperatoris, qui ad Chriſtiana ſacra Ruthenos perduxit & *Conſtantini noſtri*, Sereniſſimi Volhiniæ Principis, quo Duce & auſpice hæc biblia prodierunt, laudes decantantur: uti e. g. in hoc diſticho:

Wladimer bo ſvvoi narod kreſchtſcheniem proſwietil,
Koſtantinſche blagoroſumia piſaniem oſvvietil.

h. e.

Wladimirus enim ſuam gentem baptiſmate illuſtravit
Conſtantinus autem ſacras & ſapientia plenas ſcripturas exornavit.

Carmen hoc excipit ſeries ordoque librorum veteris & novi Teſtamenti, qui idem hic plane eſt, atque in bibliis Moſcuenſibus pag. 45. a nobis expoſitus. Deſunt hic tamen ſummaria, quæ vocant, & præfationes, ſingulis veteris Teſtamenti libris illic in Moſcuenſi bibliorum editione præmiſſa. At in Novo Teſtamento eadem atque in Moſcuenſi codice

tum

tum numero, tum argumento ſummaria reperiuntur. Sola Apocalypſis heic etiam præfatione caret. Singulorum librorum fini, capitum, quæ in iis continentur, numerus, adjicitur. Tertio Maccabæorum libro hæc ad calcem adſcripta ſunt. *Hic tertius liber Maccabæorum in reliquis bibliis non invenitur nec in Slavonicis ipſis* (antiquis ſcilicet e Ruſſia acceptis) *nec in latinis nec in Letticis* (Slavonice *Latskich*) *tantum in Græcis & Bohemicis* (Slavonice *Tzſcheskoi.*) *Neque nos autem omittere eum voluimus.* Quibus ex verbis apparet præter cæteras multas bibliorum verſiones Letticam quoque & Bohemicam jam tum extantes, noſtros adhibuiſſe. Ad finem codicis adjectum eſt calendarium Græcum: cum annexa precatiuncula Euchariſtica, Græce ac Ruthenice conſcripta, qua Deo optimo maximo pro incepto feliciter perfecto & abſoluto gratiæ perſolvuntur. Extremum eſt typographi illud. *τα μεν γαρ παροντα θεοδεκτα ἱκαὶ ψυχόγωγικα βιβλια παλαιας τε καὶ νεας διαθηκης τετυπωνται ὑπὸ ἐμου του ἁμαρτωλωτατου Ιωαννου, του θεοδωρου ὑιου, ἐκ της μεγαλης ρωσιας, ἐν θεοφυλακτη πολει ὀστροβια. ετει ἀπὸ κτισεως του κοσμου ζπθ καὶ ἀπὸ σαρκοσεως του κυριου θεου καὶ σωτηρος ημων Ιησου χριστου αφπα. βοδρημιωνος ιβ ημερα.* h. e. Hæc præſentia ſacra ſancta & animam ducentia biblia, veteris & novi Teſtamenti typis exſcripta ſunt a me peccatis maxime conſtricto Johanne Theodori filio, ex magna Ruſſia in Deo cuſtodita urbe Oſtrovia &c.

Quod

Quod ad externam hujus, ex Celeberrimi *Fabricii* noſtri bibliotheca ſplendidiſſima accepti, codicis formam attinet, paulo ſpiſſior eſt, quam Moſcuenſis, chartisque candidioribus ac ſubtilioribus impreſſus. Minus tamen correctus. præter varia enim, quæ in textum irrepſere, menda typographica, e Moſcuenſi poſtea editione ſublata, voces ſæpe vocibus, literæ literis implicantur, interpunctionum quoque parum diligenter habita ratione. quæ lectionem nonnihil obſcurant ac impeditam reddunt. Cæterum verſionem ipſam a Moſcuenſi non differre, legendo animadverti, præterquam quod una & item altera vox interdum vel mutata vel addita ſit. Poſſeſſorem quondam Ruthenum habuiſſe Fabricianum hunc codicem: partim ex inſcriptis coriaceo integumento verbis, *Biblia Slovenskaja* h. e. *Biblia Slavonica*, partim ex Ruſſice adſcriptis in margine adnotatis, non obſcure conjicitur. Idem etiam indicant guttæ cereæ plerisque Jeſaiæ & Jeremiæ capitibus, in principio pleræque allitæ. Sic enim apud Ruthenos ubique in more poſitum eſſe accepimus, ut cereis hisce fruſtulis, ex conſecratis in templo candelis, quæ vel altari imponi, vel ſanctorum imaginibus appendi ſolent, deſumtis, ceu notis quibusdam & characteribus lectionem ſuam diſtinguant. Quæ cum in veteri codicis hujus Teſtamento paſſim videantur, ſedulamque poſſeſſoris, utpote Rutheni hominis, lectionem, in veteri æque, ac Novo Teſtamento

prodant: erroris aperte illi convincuntur, qui de Ruſſorum ſacris non bene edocti, vetus Teſtamentum, ut ſordidum, multisque obſcoenis rebus ſcatens ab iis reputari, ne dum legi inque manus ſumi, in ſcriptis paſſim tradunt. Ita e. g. *Heineccius* in libro, *Eigentliche nndvvahrhafte Abbildung der alten und neuen Griechiſchen Kirche* inſcripto Part. II. p. 43. *Bey den Ruſſen*, inquit, *finden vvir hierin eben dieſen Miſsbrauch. Ihre vornehmſten Prieſter leſen dem Pöbel das neue Teſtament in ihren Sprachen vor: das alte Teſtament aber halten ſie, vveil es nach ihrer Meynung auſſer den Pſalmen Davids viel ärgerliche Dinge in ſich begreifft, nicht einmahl vvürdigen in die Hand zu nehmen, geſchvveige denn öffentlich dem Volck vorzuleſen.* confer quæ ſupra ad calcem primi libri, ſuper hac controverſia contra clariſſimũ *Olearium* diſſeruimus. Quanta cæteroqui raritate Oſtrovienſis hæc editio, vel in Ruſſia ipſa hodie vix inveſtiganda, ſe commendet: ex ſuperioribus jam ſatis conſtat: probatque hoc *Johannis Sauberti* illud in prolegomenis ad *varias Matthæi lectiones* pag. 46. *Moscovitica lingua translata ac impreſſa typographicis characteribus prodierunt integra biblia Oſtrobiæ anno Chriſti* 1581. *& hanc ipſam editionem licet videre eam non contigerit mihi, puto eſſe illam, quam fide dignisſimis teſtimoniis accepi quondam in publicum promoviſſe illuſtrisſimum Principem Radzivilium.* Quamquam binos hic tamen errores auctor commiſerit. Falſum enim primo eſt Moſcoviti-

cam

cam in linguam tranſlata hæc biblia eſſe: deinde *Radzivilium* editorem nunquam habuerunt. Prodiere & hujus quidem auſpicio biblia: at non Oſtrovienſia, nec pura Slavonica, ſed Slavonicæ tantum dialecti lingua compoſita. quæ viginti propemodum integris annis ante Oſtrovienſem codicem in lucem exierunt. Sic enim intelligere eſt ex catalogo celeberrimi quondam Lipſienſis bibliopolæ, *Thomæ Fritſchii* in cujus parte prima pag 2. num. 39. hic codex, ſi quis alius rariſſimus, ſic inſcriptus legitur. „Biblia ſvvieta „tho jeſt kſiegi ſtarego y novvego ſakona „vvlaſſine z zudovvikiego Greckiego y la- „ciuskege novvo na Polski irſyk z pilnoscia „y vviernie vvulzone drukovvano vv Brces- „ciu Lotevvskim z vvskazai na a Nakladen „Osvviconego Pana Mikolaica Radzvvila „&c. fol. maj. 1563. gebunden und rahr. De his Radzivilianis bibliis raram a ſcriptoribus mentionem injectam video. Libellum tamen mecum communicavit clariſſimus doctiſſimusque Vir, Kilonienſis Academiæ Profeſſor hiſtoriarum inclutus, *Philippus Fridericus Habnius*, ab atavo ſuo *Stephano Habnio*, Scholæ quondam Guſtrovienſis Rectore, conſcriptum ac Roſtochii ann. 1643 8vo. editum, hoc titulo: *memoria ſecularis translationis bibliorum Lutheri Germanicorum.* qui pag. 30. de ſupra commemoratis bibliis curioſe hæc obſervat. *Nec minoribus impenſis Nicolaus Radzevilius Dux Lithuaniæ, cum Vilnæ religionem purio-*

Digitized by Google

rem recepiſſet, curavit S. biblia in Polonicam dialectum transferri & imprimi. ſed poſtea exempla adverſariorum malitia ſunt coëmta & Vulcano tradita. quam ſortem etiam experta eſt editio Bibliorum Polonicorum ex Hebraicis Græcisque fontibus verſorum, quam Henricus Strobandus, Conſul Torunenſis ſumbtibus ſuis in uſum Eccleſiarum Polonicarum apparaverat. Quæ res Polonis propterea tanto magis eſt lugenda, quod etiamnum bibliis orthodoxis careant. Quibuscum *Thuani* illa ex parte conſentiunt: *Nicolaus Radevilus Olicæ dux & Palatinus Vilnenſis Proteſtantium doctrinam amplexus, Vilnæ in Lithuania propriis ſumtibus ſ. biblia ex Hebraicis & Græcis fontibus translata ſarmatis ſuis lingua populari dedit.* Ad Oſtrogienſem codicem ut redeamus: æque raro ejusdem auctores meminere. ſaltim pauciſſimis, oculis eum uſurpare licuit. De *Uſſerio* ipſo hoc teſtatur clariſſimus *Whartonus* cit. loc. p. 464. *Biblia*, inquiens, Moscovitica (ſcribere debuiſſet Slavonica) *illuſtris Primas nequaquam viderat.* Ac dubito ſane an *Whartonus* ipſe illa inſpexerit. Tam parcus certe in iis recenſendis eſt, ut linguæ qua conſcripta ſunt, non adeo gnarum fuiſſe appareat. Atque idem forte judicandum ſit de clariſſimis Viris *Godofredo Henſchenio* & *Daniele Papebrochio*: vidiſſe ſequidem in *Actis Sanctorum Menſe Majo Tomo I. in Ephemeridibus Græco-Moſcis* pag. 16. affirmantibus, at hæc pauca tantum de iis afferentibus: Ea hodieque (ſcil. Methodiana verſio) In uſu eſt, qualia anno 1581. Oſtroviæ,

viæ, quæ Volhiniæ caput eſt, poſſidet Plantinianæ Typographiæ digniſſimus heres, Balthaſar Moretus, Balthaſaris filius inter rariora domeſticæ ſuæ bibliothecæ cimelia, ubi invenitur addita Græce & Slavonice præfatiuncula: Ego Conſtantinus &c. quæ biblia diligenter inſpiciens & literas cum forma capitalium ſeu quadratarum apud Græcos literarum conferens, omnino credes, quod initio dixi, literas Slavonicas, quando eas Cyrillus adinvenit, uſu potius quam forma novas fuiſſe, ſi paucas excipias, quas ad Græcarum ſimilitudinem difficulter retraxeris, quasque in Græcis harum Ephemeridum nominibus non reperio, ideoque puto excogitatas quod Slavonica lingua ſonos nonnullos habeat peregrinos a Græca, quibus exprimendis condendæ novæ literæ fuerint.

Quæ cum ita ſint: ægre minus laturum lectorem benevolum ſperamus, ſi in hoc tam raro tamque paucis viſo codice *Fabriciano* exponendo fortaſſe extitiſſe videbimur paulo longiores.

ad p. 9.

Scripſimus hac pagina in notis, verum *Bernhardiani* libri, quem ſub titulo *de convenientia linguæ Britannicæ cum Slavonica* celeberrimus *Loeſcherus* citat, titulum hunc eſſe: *Orbis eruditi literatura a charactere Samaritico deducta.* Verum nec hunc libri titulum eſſe, nosque bina *Eduardi* ſcripta confudiſſe: ex *Eduardi*

ardi Bernardi vita, quam *Thomas Smithus* quondam edidit, poſtea cognovimus. Aliud enim Bernhardi, celeberrimi quondam in Oxonienſi Academia Aſtronomi, ſcriptum eſt *Orbis eruditi literatura a charactere Samaritico deducta*. Aliud: Etymologicon Britannicum, quod idem illud eſt quod doctiſſimus *Loeſcherus* indicat. Illud ſeparatim editum, aliquot tantummodo plagulis majori forma impreſſis, conſtat: hisque verbis a modo laudato *Smidtio* p. 38. exponitur. „Inter libros ab „eo ſcriptos & editos ſeſe offert orbis eruditi „literatura a charactere Samaritano deducta: „quam tabula amplioris formæ elegantiſſime „& accuratiſſime juxta ſcripturæ ſuæ exemplar „æri incidendam propriis ſumtibus curavit. „Hinc uno intuitu, & quidem absque laborioſa indagine intueri eſt varias pro varia „temporum & ſeculorum ratione literarum „figuras, quarum uſus olim erat apud Phoenices, deinde apud Samaritas, Judæos, Syros, „Arabas, Perſas, Indorum Philoſophos Brachmanos, populumque Malabaricum, Græcos, „Coptitas, Ruſſos Slavosque, Armenos, qui „ex Græcis, uti Æthiopes a Coptitis ſua alpha, „derivarunt, & denique apud veteres latinos, „e quorum literis Francos, Saxones, Gothos, „aliasque gentes ſeptentrionales ſuas quoque „traxiſſe, ille ad oculum oſtendit. &c. Hoc vero ſcriptum Grammaticæ *Hickeſianæ*, quæ Oxonii 1689. prodiit, annexum eſt. De quo ſupra commemoratus auctor cit. loc. p. 40. „hæc

„hæc affert: *Etymologicon Britannicum*, ſive vo-„cabulorum Anglicorum & Britannicorum „origines Ruſſicæ, Slavonicæ, Perſicæ & Ar-„meniacæ, quas ex ampliſſima, ut videtur „ex præfatione de orbis eruditi literatura, „diſſertatione, quam ſedulo molitus, decer-„ptas ad calcem Grammaticæ Hickeſianæ „Oxonii 1689 editæ, ſub iſto nomine com-„parere voluit. Hoc autem nobile argu-„mentum ſub juſto Gloſſarii titulo magno „volumine facile quidem explicare poterat, „niſi ad alieni operis, neutiquam grandio-„rem molem admiſſuri, fuiſſet acceſſio. Pluribus hæc expoſita legas in ſupra laudata *Eduardi Bernhardi* vita D. *Roberti Huntingtoni*, Epiſcopi Rapotenſis epiſtolis adnexa & Londini 1704. in 8vo edita.

ad. p. 11. lit. (e) in not.

Circa veram vocis hujus ſcriptionem fateor me fluctuaſſe. Rectius autem ſine dubio ſcribitur *Oſtrovia* ſeu *Oſtrovium*, quam *Oſtrogium*. In ipſis enim, quæ Oſtroviæ prodierunt, bibliis, Slavonicis typis editis, ὀςρoβία Græce hæc urbs vocatur. quam propterea ſcriptionem ſequi præſtat.

ad p. 27. lit. (c) in not.

Duo ſigna illa, quæ in fine vocabulis Slavicis apponi ſolere, eorumque tonum moderari diximus *Jeri* & *Jer* (non *Jad*) vocantur. *Jad* enim diphtongi quaſi vicem præſtat, idemque valet quod *ja*.

ad

ad p. 62.

De hac Chryſoſtomo falſo tributa Armenica bibliorum verſione, aliisque adulterinis ac ſuppoſititiis verſionibus, in cæteris de latina manuſcripta ad Hieronymum falſo relata (cui & alii Italicam neſcio quam affingunt) conſule Richardi Simonii Bibliothecam Criticam Gallico idiomate conſcriptam Tom. III. p. 411.

ad pag. eandem.

De hoc *Theodoreti* loco conſuli quoque meretur celeberrimus Vir, *Chriſtianus Kortholtus* in libro *de lectione bibliorum in linguis vulgo cognitis, deque ſacris publicis idiomate populari peragendis* Ploenæ 1692. in 4to edito. p. 72. § 94. Ibidem contra *Bellarminum* aliosque diſputans, eximium hunc Theodoreti locum præque cæteris notandum vocat, verbaque hic occurrentia ἡ ἑβραιων φωνη cum *Zenobio Alciaiolo* inter Pontifices ſcriptorum veterum interprete, recte exponi putat per *Hebraicos libros*. Pervertere hunc locum ſatagit Erbermannus, nec de V. Teſtamento, ſed generatim de libris Ebræorum agere obvertit. At illi reſpondens *Kortholtus* contrarium ex ſcopo auctoris demonſtrat: quem talem eſſe oſtendit. Non propoſitum ipſi fuiſſe de ſacris translationibus ex inſtituto agere, ſed eo potius tendere Theodoreti diſputationē, ut indicet, non eſſe cur Græci præ aliis nationibus lingua ſua tantopere ſe efferant, cum linguarum atque idiomatum differentia nihil quidquam generi humano vitii afferat &c. Atque

que in hoc argumento dum occupetur, variiſque rationibus & exemplis aſſertioni ſuæ fidem conciliare ſtudeat, inter alia & hoc urgere, quod, cum multa præcipuorum, etiam e Græcia auctorum monumenta flocci non fiant amplius, contra libri biblici, qui idiomate Hebraico, Græcis barbaro conſcripti, tantam celebritatem & auctoritatem per univerſum orbem nacti ſint, ut non in Græcam modo ſed in tot inſuper alias fuerint converſi. Unde perſpicuum, quare ſolorum V. T. librorum hic fiat mentio, nempe quod cæterorum nihil attineret meminiſſe, quippe non ex barbaro in aliam linguam translatorum, ſed Græco. Affert deinde Kortholtus ſimilem quendam *Theodoreti* locum: quem, quia in rem noſtram facit, & huc transſcripturi ſumus. Scilicet hic legitur 8. libro: his verbis. *Cum corpora induti inter homines verſabantur Apoſtoli: modo ad hos modo ad illos populos accedebant, & nunc Romanos nunc Hiſpanos aut Celtas* alloquebantur, *poſtquam vero ad eumſe receperunt, a quo miſſi fuerant, omnibus illis continue perfruuntur nonſolum Romani, quique Romanum jugum amant & ab illis gubernantur, ſed & Perſæ & Scythæ & Maſſagethæ & Indi & Aethiopes, atque ut ſemel dicam* ἁπαντα της οἰκȣμενης τȣ τερματα h. e. c. omnes fines terræ &c.

ad p. 85 & 86.

Per Sarmaticam Scyticamqne illam in arctiori ſignificatu acceptam linguam, Tomitanam

nam Geticamque intelligendam eſſe, affirmare nobiſcum videtur doctiſſimus *Stephanus Habnius*: dum in ſupra citato lib. p. 28. *ab hodiernis etiam Scythis Sacram Scripturam Tomitano ſermone legi*, tradit.

ad pag. 87.

Bergius citat libri III. cap. XXIX. *Socratis*. verum ſubſtituendum eſt cap. XXI. cujus hoc argumentum eſt, ὡς οἱ Μακεδονιαν φρονȣντες καὶ οἱ ϖερὶ ἀκακιον ἐν τῃ ἀντιοχεια συνελθοντες την ἐν Νικεια πιστιν ἐισκυρωσαν. quo in capite non longe ab initio ſic legitur. Μελιτιος Ἐπισκοπος Αντιοχειας ἐδωκα συναινων τοις ϖρογεγραμμενοις. Ἐυσεβιος σαμοσατων, Ἐυαγριος Σικελος, απαμειας, ζωιλος λαρισων, ακακιος καισαρειας, Αντιπατρος ρωσȣ, &c. Per ultima verba Αντιπατρος ρωσȣ, h. e. *Antipater Roſi* ſcil. epiſcopus, *Imhoferus* ipſeque clariſſimus *Bergius* Ruthenum quendam, qui Niceno concilio interfuerit Patriarcham, Antipatrum appellatum, ſignificari putat. de quo tamen fortaſſe Socrates hæc ſcribens, ne per ſomnium quidem cogitavit.

ad pag. 105.

Cum his quoque facit *Andreas Schottus* in libro de Scripturæ interpretibus. *Dalmatica*, inquiens, *biblia in hunc usque diem ſumma cum veneratione habentur a Dalmatis. quorum ipſe meminit Hieronymus ad Sophronium.*

ad pag. eand. ad lit. (p)

Eandem ſententiam tuetur *Kortholtus* in lib. *de lectione S. S. in linguis vulgo cognitis*, p. 166. ubi

a *Che-*

a *Chemnitio*, ad Sophronianam etiam epiſtolam provocante, diſſentiens. *Tametſi fortaſſe*, inquit, *Hieronymus per linguæ ſuæ homines, alios fortaſſe ibi non intelligit, quam qui idioma callerent latinum. Hac enim locutione nihil in ejus ſcriptis occurrit frequentius, ubi latinos deſignat græcisque opponit, qui legebant Origenis hexapla.*

ad p. 75.

De *Syriaca* quoque lingua, an eam ſcilicet calluerit *Hieronymus*, controverſia eruditos, in primis *Jacobum Triglandium* & *Waltonum* intercedit: quorum hic quidem negat, ille vero, ſcilicet *Triglandius* affirmat: hisce potiſſimum rationibus adductus. Primo omnium conſenſu Hieronymum fuiſſe patrem longe doctiſſimum ac πολυγλωττότατον. Deinde ejus diſcendæ occaſionem habuiſſe & facultatem maximam. In Syriam enim profectum, quam diutiſſime ibidem vixiſſe. nec probabile eſſe, per tot annos in Syria commoratum linguam & genti domeſticam, Ebraicæque linguæ, quam callebat, admodum vicinam non didiciſſe. Tertio denique ex Hieronymi ipſius ſcriptis non obſcure colligi poſſe cenſet. Et ſane probabilitate res non caret. Graviſſimum hoc me dubium tenet: quod teſte etiam Maſſilienſi, paucos illos, quos citat ſcriptores Syros, non Syriace, ſed in Græcum translatos legiſſe ait. *Ephremi* certe librum illum de quo infra pluribus commentabimur, Græce converſum tantummodo adducit. conf. *Jacobi Triglandii Volumen Diſſertation. Theologi-*

logicarum & Philologicarum Delphis 1728. recuſ. pag. 118. in diſſert. *de tribus in cælo teſtibus*.

ad pag. 119.

Idem propemodum effugium eſt Cardinalis Bellarmini, ad objectionem noſtratium: toti quondam Slavonicæ nationi aliisque populis domeſtico ſermone ſacra celebrandi poteſtatẽ a Pontifice conceſſam eſſe, reſpondentis. *Quia*, inquit, *totum ſimul regnum ſit converſum, nec potuerint inveniri miniſtri, qui latine celebrarent, viſum eſſe Pontifici melius, permittere ut Slavonice id fieret, quam nullo modo.* Primum autem falſum eſt uno eodemque tempore totum Moraviæ regnum converſum eſſe, in quo convertendo perplures annos Duumviros iſtos *Methodium* ac *Cyrillum* conſumſiſſe ſcimus. Deinde veroſimile non eſt, eorum, qui miſſas latine peragerent; ad quod ſane faciendum eruditionis non multum requiritur, tantam tunc temporis inopiam fuiſſe.

ad pag. 120.

Affirmavimus hic quidem conventui Romæ habito Methodium ac Cyrillum interfuiſſe: cum vero de hac re non adeo certo conſtet, in medio potius hanc rem relinquendam eſſe putamus.

ad p. 132.

In ſupra adducto *Hahnii* libro, quem de verſione Germanica bibliorum Lutheri inſcripſit, hanc obſervatiunculam in calce adſcriptam reperi. *Bibliotheca Polotiæ apud Moſcos libris e*

Græca

Græca in Slavonicam linguam a Methodio & Conſtantino converſis inſtructiſſima e doctoribus fere Græcis. Quænam autem bibliotheca hæc Polotiæ ſit, me prorſus latet.

ad pag. 158.

Cum *Lelongio* hic conſpirat laudatus *Hahnius* cit. loc. p. 29. ſic commemorans: *Donec tandem anno 1584 biblia prodirent in linguam Slavonicam traducta, latinis tamen literis ſcripta, auctoribus Georgio Dalmatino, & Adamo Bochorizio.*

ad pag. 161.

Rariſſimus quoque eſt Wittebergenſis codex, nec unquam profecto illum in catalogis, præterquam in eo, qui Lyſerianam, quæ Helmſtadii nunc venditur, bibliothecam exhibet, offendi: ubi inter cætera biblia exotica hæc quoque deprehenduntur. Eadem ut pro me emeret, amico cuidam commiſeram: ſed nimio pretio conſtitiſſe nuper edoctus ſum.

ad pag. 162.

Verba *Harduini* hæc ſunt: Quelques uns ont cru, que cette inſcription en langue Sclavone. Mais outre que l'explication, que nous venons de rapporter, detruit viſiblement cette opinion, & que la copie ſur la quelle on l'a jugée, par exemple: *Imago Domini in ſudario*: il faudroit lire en Sclavon: *Pild* ou *Poldoben Gosdul vv' antuelo*: car c'eſt la vraie ſignification de ces mots dans les bibles Sclavones, dont il y a un exemplaire dans la bibliothe-

que du college des Jeſuites & dans quoi il s' agit, il n'ya pas le moindre veſtige d'aucun de ces mots Sclavons. Ad quæ celeberrimus ejus adverſarius, Slavonicæ non minus quam reliquarum omnium linguarum mirifice peritus Vir, Doctiſſimus *la Croſius in vindiciis veterum* ſcriptorum p. 212. erudite ac ſolide ſic reſpondet: hanc ſententiam, quæ tota prodit ignorationem linguæ Slavonicæ, omnino excuſabilem, niſi cum ſumma temeritate conjuncta eſſet, nullo negotio refutabimus. Quæ verba hic retulit ut Slavonica, ea ſunt ex *corruptiſſima veteris illius linguæ dialecto deſumta*, e Carinthiaca ſcilicet verſione bibliorum *Georgii* Dalmatini, quæ prodiit Vitæbergæ anno Dom. 1584. Ita enim Capite V. Deuteron. hæc verba ſacri contextus: Non facies tibi ſculptile nec ſimilitudinem: Georgius Dalmatinus interpretatus eſt. *Ti ſi nemash ſturiti obeniga Pilda* v' obeni Podobi. ubi vox *Pilda* ſculptile ſignificat. quam vocem procul omni dubio Carinthii & complures alias e Germanica lingua mutuati ſunt &c. Porro vetuſtas Slavorum voces in lingua Carinthiaca expiſcari, perinde eſt, ac ſi quis e *Bruccioli* verſione Italica bibliorum Gruteri inſcriptiones Romanas interpretaretur. Revocabo igtur *Harduinum* ad veterem Slavorum linguam, *ad biblia nempe, quibus Bulgari, Servi & Mosci jam ab* 800 *annis utuntur*. ex quibus eadem Deuteronomii verba latinis literis, cum Slavonicæ deſint, neque Græcæ ſuffici-

ſufficiant, exſcribam. Ea ſunt ejusmodi *in bibliis Moscuæ editis* anno Dom. 1663. *Da neſotvoriſchi ſebie vajania i nikoegodje obraza*, ubi vox Obraz eodem ſenſu atque in inſcriptione, de qua hic agimus, occurrit, &c. Tandem addit. At quid opus eſt? peregrinantur hodie per Europam Moscovitæ: periculum faciat *Harduinus* in quovis illorum liturgicæ Slavorum linguæ non rudi. niſi eam inſcriptionem ita interpretetur ut nos interpretati ſumus: nihil erit quod intercedamus, quo minus ſpondaicum *Harduini* verſum inter veterum inſcriptionum monumenta eruditi recipiant. hæc ſunt verba celeberrimi *la Croſii*, Viri inter doctiſſimos ſeculi noſtri facile referendi, ac πολυγλωττωτάτου, quæ quoniam ad inſtitutum noſtrum in primis ſpectant, integra huc adſcribere viſum fuit. conf. doctiſſimum ejus librum, quem data opera adverſus *Harduinum*, veterum multorum ſcriptorum fidem in dubium vocantem compoſuit, propterea que *vindicias veterum ſcriptorum* inſcripſit, *Roterodami* ſub initium hujus ſeculi octava forma editum. p. 223. in notis, inque textu ipſo. p. 136. Ubi hæc addit. Eam ego inſcriptionem cum multis Moscovitis & erudito cuidam homini, qui in Servia peregrinatus eſt oſtendiſſem, ſtatim ſine ulla hæſitatione Slavonicam eſſe dixerunt & alii poſt alios his verbis quaſi uno ore interpretati ſunt: *Imago Domini in Judario.* Confer etiam *Supplementa diarii eruditorum Gallici* de anno 1707. menſe

Martii: ubi ingenioſam hanc Patris explicationem ab eo inſertam legis. Inſcriptio ipſa hæc eſt ωβραc ΓΠΔΗ Ηα ȣβρȣc. Hanc primo Græcam inſcriptionem conjiciebat. quod cum minus feliciter illi procederet: verſum, quendam Græcum & quidem *ſpondaicum*, ſed grammaticæ æque ac proſodiæ regulis adverſantem extundebat. Dignum hunc eſſe ſcribit celeb. *la Croſius* in quo interpretando æternum daſudaret tota natio criticorum, niſi labore eos ſublevatos voluiſſet *Harduinus*.

ad p. 163.

Probabile Magis eſt Wendica ſeu Carinthiaca latinis characteribus ſcripta, quam antiqua Slavonica lingua verſionem Hutterianam conſtare. Aut enim Slavonicæ ipſius linguæ cognitione, aut typis certe Slavonicis *Hutterus* (ut probabile eſt) caruit. præterea Biblia Wittebergenſia a Dalmatino & Trubero latinis Characteribus edita jam tum extabant: nec alio opus erat, quam ea transſcribere.

ad pag. 166.

Quam perfecte Slavonicam linguam calluerit *Erneſtus Glückius*: ex eo etiam intelligitur, quod non exiguum cantionum ſacrarum, quæ in Lutheranorum cœtibus frequentari ſolent numerum, ex Germanica in Slavonicam linguam ita transtulit, ut idem plane metrum, eadem pene verba, eundemque rythmum retinuerit. unde & eadem ſervata melodia perinde ut Germanice conſcriptæ commode

mode cantari poſſunt. Harum cantionum pluſquam triginta ipſe vidi in libro quodam manuſcripto, quem amicus, Slavonicæ linguæ in primis gnarus, perque complures annos in Ruſſia quondam verſatus, ad pervolvendum nuper mihi obtulit. In his Cantio illa ſatis pervulgata: *Dis ſind die heiligen zehen Geboht,* ſic incipit.

Sei jeſt ſakon ot Goſpoda
I ſapovviedi boſchia
Sto Moyſieom Darovval
Ina gorie Sinaiſtor dal
Goſpodi Pomilui.

Hoc eſt:

Dis ſind die heilgen zehn Geboht
Die uns gab unſer Herre GOtt
Durch Moſen ſeinen Diener treu
Hoch auf dem Berge Sinai
Kierie eleiſ.

Cantici illius poenitentialis: *Ach GOtt und HErr &c.*

ſequens eſt initium:

Och Goſpodi!
Kaſs taſcheli!
Grieſi ſtomi tvvorili
Nieſt Niſſoje
Pridobſchiſche
Welmi bo preſtupili.

Hoc eſt:

Ach GOtt und HErr!
Wie groſs und ſchvver!
Sind mein' begangne Sünde,

Da iſt niemand
Der helffen kan
In dieſer Welt zu finden.

ad pag. 181.

De hac diviſione Pſalmorum Ruthenis Græcisque uſitata hæc refert clariſſimus *Heineccius* in ampliſſimis ſuis de Eccleſia Græca Commentariis Part. III. pag 272. Der Pſalter Davids iſt bey ihnen in gevviſſe Stüke eingetheilet, die ſie κατισματα nennen, vveil ſie bey deren Verleſung ſich nieder ſetzen dürffen &c. ſolcher Stücke ſind in dem Griechiſchen Pſalter gemeiniglich 20. Ein jedes Stück, vvelches von den Anfangs Worten den nahmen führet, theilen ſie vvieder in drey Abſätze, vvelche ſie ϛασεις nennen: vveil ſie nach deren Endigung auffſtehen, und ſagen: Ehre ſey dem Vater und dem Sohne &c.

ad pag. 194.

De eximia, qua Novum teſtamentum Rutheni proſequuntur, veneratione & hoc teſtatur, quod, ſi Rex vel Imperator quidam eligitur ac coronatur, inter cætera homagii ſolemnia, caput primum Johannis oſculari, inque illud jurare ſolent. quæ cerimonia hodieque viget.

Errata primi libri extantiora ſic corrigantur.

p. 14. lin. 17. fœdus. p. 33. l. 27. Heinſium. p. 41. l. 7. ſcripta, p. 47. l. 21. judicium. p. 57. l. 15. quam. p. 61. poſt Cromerus inſeratur qui. p. 62. l. 7. tribui. p. 69. l. 17. de voir. p. 76. l. 21. Quo. p. 114. l. 14 Commentariis ſuis. p. 131. lin. 22. libri. lin. 11. Huic. p. 134. l. 11. Theodoræ. p. 145. l. 10. Græci l. 11. quos. l. 29 & 30. pluribus obſervavi locis ut &c. p. 154. l. 3. cauſam. l. 11. opemque. l. 26. linguam & l. 33. ubi & novum Teſtamentum. p. 156. l. 7. Turcæ. p. 159. l. 6. poſt *eodem* deleatur *a*. p. 117. l. 5. ſuppellectili. p. 187. l. 8. corrigenda.

LIBER

Digitized by Google

LIBER II.

HISTORIA VERSIONUM EPHREMI SYRI
IMPRIMISQUE
VERSIONIS SLAVONICÆ.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM.

DE VARIIS EPHREMI OPERUM VERSIONIBUS.

CONSPECTUS PRIMI CAPITIS.

§ 1. Oſtendit majoris faciendam eſſe Slavonicam operum Ephremi Syri verſionem, quam clariſſimus TENTZELIUS eam fecit.

§ 2. De Scriptis Ephremi Syriacis, authentica lingua conſignatis agit.

§ 3. De verſione Ephremianorum operum Græca.

§ 4. De verſionibus Ephremi latinis, cum veteribus tum recentioribus.

§ 5. De verſione Arabica & Æthiopica.

§ 6. De verſione Gallica & Germanica.

Hiſtoriæ

§. 1.

Hiſtoriæ codicis ſacri in Slavonicam linguam translati, operæ pretium nobis videtur brevem quandam expoſitionem verſionis Slavonicæ, operum Ephremi Syri, celeberrimi quondam Syrorum doctoris, ſcriptorisque diſertiſſimi adjungere. Neque enim *Tentzelii* illud de hac verſione editum judicium, quo nimium profecto abjecte de ea ſentit, tantum apud nos valet, quin, Græca una excepta, reliquis hanc omnibus quacunque demum lingua confectis verſionibus, ſi minus præferendam, æquiparandam tamen putemus. Neque mirum cuipiam hoc eſſe debet: cum tanta ſemper in Ruthena Eccleſia *Ephremi*, gente quidem Syri, ſed cum Græcæ Slavonicæque Eccleſiæ placitis amice conſpirantis, fuerit auctoritas, tantaque æſtimatio, ut non ab homine illum, ſed Deo ipſo doctrinam ſuam plane admirabilem hauſiſſe Rutheni credant. Teſte enim *Oleario* in itinerario p.276. hanc a majoribus traditam fovent opinionem, *Ephremum*, quem Slavonice *Iefrem Sirin* vocant, aureis literis conſignatum librum ab Angelo accepiſſe, quem nemo niſi ipſe aperire potuerit. quo accepto tanta continuo dicendi ſcribendique virtute præſtitiſſe, ut in omnium animis admirationem ſui concitaverit. Quod factum miratu dignum, a Ruthenis Græcisque conſtanter creditum, etiamſi a plu-

plurimis in dubium vocetur: indicio tamen eſſe poteſt, quanti hic Vir Ruthenis æſtimetur. Quamque inde ſit veroſimile, quem præ aliis doctoribus ſuis Rutheni tantopere extollunt, ejus in ſcripta fideliter accurateque transferenda præcipuam eos curam impendiſſe? Quominus clariſſimi *Tentzelii* judicio hic ſtandum eſt, quo ſola conjectura ductus, in Exercitationum ſelectarum ſeptima (a) quæ de *Ephremo Syro* agit, p. 287. non majorem fortaſſe Slavonicæ, quam *Germanicæ*, quæ parvi pretii eſt, auctoritatem tribuens, de ea ſic pronunciat: *Verſio Germanica Johanne Schvveigero interprete Moguntiæ prodiit anno* 1565. *in* 8. *monente Lambecio. quæ procul dubio ad normam latinarum verſionum facta, parvique eſt momenti. Similiterque cenſebunt prudentiores de Moſcovvitica verſione, quam nonnulli ab Oleario ſignificari volunt. Ut enim Ruſſi Græcorum religionem ſequuntur, Syriacæque linguæ dediti non ſunt: ita in Ephremo transferendo alium profecto fontem, quam Græcum non agnoſcunt.* Quam vere hanc conjecturam fecerit *Tenzelius*: ex ea, quam nunc dabimus, ſimplici plane omnique partium ſtudio aliena Slavonicæ Ephremianorum operum verſionis hiſtoria clariſſime elucebit. Quam priusquam exordiar, non inconveniens propoſito noſtro facere videbor, Syriacis primum authenticis breviter enarratis: ſingulas, quæ in hunc usque diem extant, di-

cun-

(a) Separatim jam ante hoc ſcriptum in forma diſſertationis niſi fallor, prodierat.

cunturve extare Ephremianorum ſcriptorum verſiones ordine percenſere.

§. 2.

Syriaco primum ſermone *Ephremum* ſcripta ſua, in gentis Syriacæ utilitatem compoſita, exaraſſe: non veroſimile tantum ſed etiam exploratum eſt. Græcæ enim linguæ, ut plerique opinantur, non erat gnarus: ad minimum non ita eam perfecte didicerat, ut vel loquendæ (a), vel ſcribendæ illi valeret. Quamquam Pontificiorum nonnullis; in his doctiſſimo *Auliſio*, in libro Italico, *de ſcholis Ebræorum*, celeberrimo *Aſſemanno*, in Bibliotheca orientali, multisque aliis ſecus ſentire placet. dum Græcæ non magis quam Hebraicæ linguæ eum expertem fuiſſe ſtatuunt. Hinc omnia illa, in quibus contrarium ſcriptores Græci teſtari videntur, loca, ut ſupra adductum miraculum defendant, in alium detorquere ſenſum conantur. inprimis *Theodoreti* illud

(a) Provocant ſecus ſentientes ad mutuum illum *Ephræmi*, cum *Baſilio Magno* congreſſum, in quo illum divino quodam numine afflatum *Baſilio* Græcis verbis compellanti, Græce reſpondiſſe, ab eoque tempore Græcam linguam in promtu ſemper habuiſſe. quam ſuſpecta hæc autem hiſtoria ſit, vel hinc cognoſcitur, quod in re ipſa, num Græce ſcilicet, an Syriace cum *Baſilio* locutus *Ephremus* ſit, ſcriptores mirum quantū diſcordent. Deinde *Ephremus* ipſe nihil, nec de congreſſu ipſo cum *Baſilio* ipſi intercedente, nec de miraculoſa illa qua Græcam linguam arripuiſſe fertur Θεοδιδασκαλια quidquam commemorat. Confer de hoc congreſſu *Asſemannum* Parte I. Bibl. oriental. p. 43.

illud lib. IV. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* cap. 26. quando *Ephremum* παιδειας ἐ γεγευμενον ἑλληνικης, h. e. *literas Græcas non deguſtaſſe* refert, non de lingua, ſed diſciplinis tantummodo Græcorum, quas Ephremus non addidicerit, exponunt. Ita e. g. *Aſſemannus* (b), contra *Tillemontium*, (c) Pontificiæ religioni addictum & *Guilielmum Caveum* (d) qui præter vernaculum, id eſt Syriacum ſermonem, haud ullum calluiſſe doctorem noſtrum aſſerunt, in transcurſu quaſi diſputans, ejus, inquit, *opinionis auctores faciunt Theodoretum lib. 4. cap. 26. & Sozomenum lib. 3. cap. 16. Verum nec Theodoretus, neque Sozemenus de Græco ſermone ibi loquuntur, ſed de Græcorum ſapientia, ſeu inſtitutione, qua ſanctum Ephrem caruiſſe volunt.* Dein poſtea Nyſſenum in Encomio, Amphilochium in vita Baſilii, Metaphraſten in vita Ephremi, omnesque denique Syros ſcriptores in partem vocat: unanimi conſenſu fatentes, Ephremum Baſilii magni precibus, Græcæ linguæ donum obtinuiſſe (e). Idem colligi poſſe putat ex ipſius Ephremi ſcriptis. quiquidem diſertis verbis in *commentario in Jonam* verſionis Græcæ ſeptuaginta interpretum mine-

(b) In Bibliotheca Orientali P. I. p. 55. & 71.

(c) In Memoriis quæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſerviunt, Gallice conſcriptis Tom. VIII. p. 743.

(d) In Hiſtoria literar. Tom. I. p. 133.

(e) Norunt autem iſti, qui genuina ſcripta a ſpuriis & adulterinis dignoſcere didicerunt, quam parum fidei his omnibus, ab *Aſſemanno* adductis ſcriptoribus tribuendum ſit.

minerit (f). Verum enim vero clariora ſunt Theodoreti verba, clariora reliqua, quæ Græcam Ephremo linguam abjudicant, teſtimonia, quam ut gravius quidquam iis obverti

(f) Et hoc argumentum admodum infimum eſt. Quis enim verba illa in commentario ipſius in Jonam occurrentia: *in Græco legitur* &c. ab ipſo Ephremo profecta, nec ab alio potius, qui commentarium deſcripſit, Græcæ fortaſſe linguæ perito, adſcripta eſſe, cujusmodi multa, etiam in Syriacis, occurrunt, temere affirmabit? Fruſtra quoque provocat *Aſſemannus* ad ſermonem illum Ephremi in Voſſiana editione reperiundum, quo *Irenæum* citare dicitur. Perlegi ipſe ſermonem iſtum, qui Tom II. operum editionis verſionisque Voſſianæ p.301. reperitur: ſed nihil, quod contrariæ ſententiæ faveat, deprehendi. Verba ibi ſequentia leguntur: in tractatu de virtute Cap. 8. *ad quos* (ſcilicet hæreticos) *pulchre & magnifice quidam ſanctorum enunciavit, dum ſic docens, ait &c.* ad quæ verba *Voſſius: Irenæum hoc loco intelligit, apud quem libro primo adverſus hæreſes cap. I. iſta eadem ad verbum adducuntur,* hincque tandem concludit Ephremum, latinæ linguæ penitus licet ignarum, Græcæ tamen peritum extitiſſe, idemque ex alio ejus ſermone, in quo Athanaſium, ut opinatur, citavit, elicere conatur. Sed facile ad hæc omnia eſt reſpondere. Nimirum *Aſſemannus* ipſe *in prologo* Bibliothecæ orientalis, pagina *ſecunda* fatetur, jam olim in more poſitum fuiſſe Syris, ut eruditiſſimi quique viri interpretis munus obirent, ſcriptisque Græcorum in Syriacum vertendis operam navarent. quo factum, ut illi præcipue patres, qui vel origine & patria Syri, Græce ſcripſerint, ut *Ignatius, Chryſoſtomus, Epiphanius, Theodoretus*: vel ab ipſis interpretibus ignorari non poterant, ut *Baſilius, Athanaſius, Cyrillus, Ambroſius* (addo & Irenæum) in Syriacum ſermonem jam olim transferrentur. quid mirum itaque ſi *Irenæum* & *Athanaſium* Ephremus, Græcæ licet linguæ ignarus, quandoque citaverit? cum & Syriace illi ſine dubio extarent, patrioque ſermone ab Ephremo legi poſſent.

ti queat. Quo majus itaque Syriacis Ephremi ſcriptis, nimirum authenticis, pretium merito ab omnibus ſtatuitur: eo gravius certe dolendum eſt, pleraque ejus Syriaca ſcripta hominum partim incuria, partim Syriacæ literaturæ neglectu, temporum denique injuria intercidiſſe. Bona enim parte Ephremianorum operum in Græcam jam olim linguam converſa: Syriaca ipſa negligi, vertique tandem blattarum tinearumque in pabulum cœperunt. Ex tot enim tantisque Syrorum auctorum ſcriptis (clariſſimus *Aſſemannus* inquit) etſi non pauca in bibliothecis monaſteriorum Ægypti & Syriæ condita ipſe vidi, teſtesque vivi & præſenteshic in urbe affirmant: plura certe perierunt. Celeberrimæ porro bibliothecæ, quæ in Italia, in Gallia, in Anglia, & in Germania exiſtunt, ex ampliſſima Syriacorum codicum meſſe aliquot manipulos exhibent. Syriacæ eruditionis neglectus id fecit. adeo Græcarum literarum ſtudium omnium latinorum mentem curasque omnes occuparat. Secus nunquam doctiſſimarum gentium (ut certe fuerunt Agyptii, Syri, Aſſyrii, Chaldæi) leges, ſacra, & ampliſſimus ad omnes ſcientias apparatus periiſſent. Quo majorem illi laudem merentur, qui & ſuperiori & hoc ſeculo noſtro ex tanto naufragio quaſi relictas tabulas, ubicunque potuerint locorum, colligere nec labori nec ſumtibus parſerunt. Cæterorum hic autem diligentiam induſtriamque in con-

conquirendis magniſque ſumptibus comparandis Syriacis monumentis facile ſuperavit Romanus Pontifex *Clemens XI*, in rei literariæ incrementa natus. Hic enim, *Aſſemanno* teſte, comparandis orientalium gentium ſcriptis curas novas, nec ulli ſuorum Prædeceſſorum ſuſceptas adjecit, effecitque ut bibliotheca Apoſtolica (Vaticana) quæ Græcis latinisque codicibus affatim inſtructa videbatur, Hebraicis etiam, Syriacis &c. præter ea quibus antea donata fuerat, manuſcriptis ornaretur. Ad quam rem ex animi ſententia perficiendam Viros Orientalium linguarum peritiſſimos quoquo verſus in orientem miſit. Ac præter cæteros hanc ſibi a Pontifice demandatam provinciam cum magna ſua laude, inque eximiam Vaticanæ Bibliothecæ acceſſionem adminiſtravit clariſſimus Vir, in Bibliotheca nunc Vaticana linguarum Syriacæ & Arabicæ ſcriptor, *Joſephus Simonius Aſſemannus*, Maronita Syrus. qui anno hujus ſeculi decimo quinto, Roma profectus: civitates primo Alexandriam, Canopum, Cairum, Nitriæque deſerta petiit, omnibusque eorū locorum monaſteriis ſedulo perreptatis: alia etiam, inprimis Syriæ loca, propoſito ſuo opportuna magis viſa, adiit: donec tandem re proſpere atque ex voto geſta, ſuisque & amicis & conſanguineis, quos in Syria invenit, ſalutatis: biennio poſt cum pretioſiſſimo codicum manuſcriptorum theſauro Romam rediit. Horum non exiguam partem manuſcrita Ephremi Syriaca conficiunt. Quæ ſequentia

tia auctor ipſe recenſet (g) *Ephremi Syri commentaria in Geneſin, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Job, Joſue, Judices 1. & 2 Samuelis 1 & 2. Regum in Oſee, Amos, Michæam, Joel, Abdiam, Jonam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, Zachariam, Malachiam, Ezechielem, Jeremiam, in threnos ejusdem, in Cantica Canticorum; in Danielem, in Iſaiam. Ejusdem ſermo, quod tempore orationis non ſit ridendum, aut obloquendum. Ephremi Carmina II.*

Non ſatis autem clariſſimo *Aſſemanno* videbatur, Apoſtolicam bibliothecam tanta manuſcriptorum rariſſimorum copia locupletaſſe: ſed & hanc inprimis operam ſibi addendam eſſe putabat, ut, qualia quantaque in theſauro iſto recondita eſſent, ſingulis pateret. Hoc conſilio præter illos, quos Vaticana ſuppeditabat, codices, omnia quæ in Barberina, Collegiorum, Urbani de propaganda fide Medicea, Bononienſi aliisque bibl. diligenter perluſtratis, inveſtigare poterat, Syriaca æque ac Arabica manuſcripta unum in volumen collecta, ordine recenſuit, diligenter explicuit, doctiſſimeque illuſtravit (h) præfixo hoc titulo: *Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana, in qua*

(g) Omnium, quos ex oriente auctor advexit, codicum tum Syriacorum tum Arabicorum & Copticorum Catalogum, Bibliothecæ illius orientali annexum vides: qui duodecim foliis majori in forma conſtat.

(h) Negari prorſus nequit, omnes omnino, qui hoc ſaxum ante eum volverunt ſcriptores, ex veteribus *Hieronymum* & *Gennadium*, ex recentioribus *Hebedieſu*, *Abrahamum Eckel-*

qua manuſcriptos codices Syriacos, Arabicos, Perſicos, Turcicos, Hebraicos, Samaritanos, Armenicos, Aethiopicos, Græcos, Aegyptiacos, Ibericos & Malabaricos, juſſu & munificentia Clementis XI. Pont. Max. ex oriente conquiſitos, comparatos, avectos & Bibliothecæ Vaticanæ addictos recenſuit, digeſſit, & genuina ſcripta a ſpuriis ſecrevit, addita ſingulogum auctorum vita Ioſeph. Simonius Aſſemannus. Totum opus in totidem partes, quot Tomis abſolvetur, diviſit. Prima auctores Syros orthodoxos, Jacobitas & Neſtorianos, ſive illi Syriace primum ſcripſerint, ſeu ex aliis linguis in Syriacum ſermonem translati fuerint, complectitur. Altera Arabas, tum Chriſtianos tum Mahometanos. Tertia, Coptorum & Æthiopum libros: nec non Perſarum Turcarumque præcipua ingenii monumenta. Quarta ſacros Syrorum codices, Syriace vel Arabice ſcriptos, ut biblia ſacra &c. Prima pars eſt hujus loci, quæ Clementi XI. Pontifici dedicata, anno hujus ſeculi decimo nono, majori in forma Romæ, ſatis ſplendide ornata prodiit. in eaque parte capite ſexto Ephremi vita ſcriptaque ample ac dilucide ab auctore exponuntur. (i) Rarioribus, quæ hic afferuntur,

 Ephre-

Echellenſem, Fauſtum Nayronum, Caveum, Hottingerum, Herbelotium, cæteroſque qui Syriacas res perſecuti ſunt, longo poſt ſe intervallo reliquiſſe. quorum quidem plerorumque auctorum in hac re publicati libri vix catalogi, nedum integræ bibliothecæ nomen ſuſtinent.

(i) Præcipui & reliquis antiquiores codices hi ſunt. Commentariorum in V. T. tres codices. Nitrienſis unus. Alter Sy-

Ephremi ſcriptis annumeranda ſunt Syriaca Ephremi acta, quæ nemo hactenus publicaverat, ac ne extare quidem apud Syros credebantur, ex codice Vaticano annorum fere ſexcentorum deſcripta. quæ tamen ipſa an genuina ſint alii judicento. Præter commentaria in ſacram ſcripturam, quæ pro amiſſis aliqui jam olim reputarunt, compluresque hymnos, alia quoque hic Ephremi ſcripta, a nemine unquam viſa, multo minus expoſita ac recenſita, exhibentur. Nihilo tamen ſecius clariſſimus ipſe Vir fatetur pag. 61. longe plura Ephremum ſcripſiſſe, quam quæ in Vaticanis cæteriſque a ſe conſultis codicibus reperiantur. (k) Sermonum certe, quorum maxima eſt in Syriacis codicibus, non plures quam

Syriacus ex oriente ab ipſo advectus. Tertius Carſciunicus, h. e. Arabico quidem ſermone ſed literis Syriacis exaratus. Inter alios etiam a *Barlahamo Edeſſeno*, qui circa annum Chriſti 550. vixit, ſcriptum codicem ſe habuiſſe refert: multo tamen fortaſſe, ſi recte inſpicias, juniorem. quis enim neſcit, quam ſæpe iſtiusmodi manuſcripti codices ætatem ſuam mentiantur, & vel doctiſſimis interdum, inque arte Critica & Diplomatica verſatiſſimis viris imponant? De horum autem aliorumque, quos clarisſimus Aſſemannus in auxilium vocavit, codicum, antiquitate creditaque γνησιότητι conf. Biblioth. ejus oriental. p. 63. 117. 118. & 133.

(k) Multo plura, quam quæ in bibliothecis Europæis nunc aſſervantur, Syriaca ſcripta Ephremum reliquiſſe, *Hieronymus*, qui libri ejus de Spiritu S. meminit, *Philoxenus Maburgenſis*, *Johannes Maro*, *Salomon Epiſcopus Boſtrenſis* *Dionyſius Barſalibaus*, cæterique ab *Aſſemanno* p. 56. 57 & 58. adducti ſcriptores, plura alia Ephremi ſcripta enarrantes, teſtantur.

quam triginta & unum continentibus penuria, multo majorem numerum ab eo confectum eſſe abunde liquet. Sunt tamen in his Syriace conſcriptis ſermonibus, nonnulli, vel nondum editi, vel ab editis inſigniter differenter. Uti e. g. ſermo I. *de Virginis annunciatione* p. 139. qui in reliquis deeſt II. *de incarnatione verbi*, qui a Voſſianis p. 207. & 210. differt. IV. *de morte Aaron ſacerdotis*, adhuc ineditus V. *de timore Dei*, *& conſummatione ſeculi.* inedit. VI. *de jejunio* inedit. VII. in illud Pſalmi: pone domine cuſtodiam ori meo & cuſtodiam labiis meis ined. IX. *In Bardeſanem carmina duo* inedit. XI. *De laudibus Edeſſenorum.* ined. XII. *De pœnitentia ſermones duo.* ined. XIII. *In illud Eccleſiaſtæ, omnia vanitas, & afflictio ſpiritus.* ined. XIV. *in illud Eſaiæ: tollatur peccator, ne videat gloriam Dei.* ined. XVI. *Paræneſes duæ.* ined. XVIII *Deprecatio.* ined XIX. *De reprehenſione & correptione.* ined. XX. *De Lazaro quatriduano* ined. XXI. *De Dominica Hoſannarum.* ined. XXII. *De fide ſermones tres.* ined. XXV. *De lucta ſpirituali.* ined. XXVI. *Paræneſes.* ined. XXVII. *De peregrinatione.* ined. XXVII. *Deprecationes duæ.* ined. XXX. *Parænesis ad monachos.* ined. XXXI. *De paupertate.* ined. Hi, inquam, ſunt ſermones Syriaci in Vaticanis codicibus reperiundi, atque ab *Aſſemanno* nobiſcum communicati: qui tamen, ut non omnes pro ineditis (l) facile haberi poſſunt: ita omnium for-

(l) Paucis exceptis, omnes modo commemoratos Ephremi ſer-

fortaſſe fidem germanitatemque nonnulli Criticorum non admittent. Utcunque autem ſit: multorum eruditorum, inprimis *Cavei* & *Dupinii* vota celeberrimus *Aſſemannus* impleret, ſi, quæ dantur in Vaticana aliisque bibliothecis Italicis, Batavis, Anglicis & Germanicis (m) Syriaca Ephremi opera genuina, cum Græcis codicibus diligenter collata latineque verſa in lucem emitteret. Quantum enim literatis conſtat, nemo adhuc Syriaca, hujus doctoris monumenta ſingulari volumine complexus, typis exſcripta dedit. Animo hoc quidem dudum agitavit, eruditus quidam Italus, *Maielli* dictus (quem *Carolum Maiellum*, Vaticanæ bibliothecæ præfectum eſſe credo) de quo ita referunt memoriæ Trevoltienſes, (memoires pour l'hiſtoire des ſciences & de beaux arts: de anno 1717. menſe Maji p. 836.) Deux pretres Syriens ont apporté ici des manuſcrits Syriaques des ouvrages de S. Ephrem, qui ſerviront a perfectioner l'edition que l'abbé Maielli prepare &c. Nondum autem hæc editio a *Majello* parata prodiit, incertum an impoſterum proditura. Verum

ſermones pro ineditis videtur habuiſſe auctor: verum, ſi accurate Græcum latinumque impreſſum codicem perluſtraverimus: non dubito quis plures ex iis editos, paſſimque reliquis ſermonibus intermixtos deprehenſuri ſimus.

(m) Non exigua pars Syriacorum Ephremi ſcriptorum, ut ex impreſſis catalogis videre licet, in publicis Europæ bibliothecis latitat, immo & in privatis paſſim ea deprehenduntur.

Digitized by Google

Verum ut in viam paululum relictam redeamus, & aliorum etiam in eruendis conquirendisque Syriacis Ephremi ſcriptis ſtudium ac laborem perſequamur: præter *Iacobum Golium*, qui varia ſecum ex oriente Syriaca manuſcripta reportavit, cæterosquæ viros celeberrimos, ſingulari hic præconio efferendus eſt doctiſſimus ille Anglus *Robertus Huntinghtonus*, *Epiſcopus Rapotenſis.* Hic mirabili quadam cupiditate, Syriaca Ephremi ſcripta, quotquot tandem inveſtigari poſſent, comparandi incenſus: non ipſe quidem eadem exquirendi gratia Orientem petiit: alias tamen poſt alias eo literas, deſiderii ſui internuncias, non ſine ſumptu miſit. Atque ea tandem uſus eſt felicitate, ut in Patriarchæ cujusdam Antiocheni, STEPHANI PETRI nomine, ſumma viri humanitate, literisque non leviter imbuti, amicitiam perveniret. Quæ tanto magis illi delectabilis ac jucunda accidit, quod illius beneficio varia, jamdudum expetita Ephremi ſcripta, commentarium ſcilicet in Pentateuchum, & homilias nonnullas Syriace exaratas, nanciſceretur. (n) Teſtis hujus

(n) Intelligimus hoc ex *Huntinghtonii*, quam *Thomas Smith* compoſuit, quæque, epiſtolis ejus præmiſſa. eſt, vita, Londini 1704. 8vo edita: ubi hæc refert; *Felicior autem fuit in libris Ephremi Syri venandis, quorum aliquos, in orbe Christiano, ut puto, ignoratos, Patriarchæ Antiocheni beneficio adjutus auſpicato nactus eſt. Inprimis vero recenſeri debet, illius in pentateuchum commentarius.* Totum in Pentateuchum commentarii hic memi-

jus rei eſt ipſius Patriarchæ epiſtola, qua Ephremianum in geneſin commentarium quærendo tandem inveniſſe ſe nunciat, Italice „conſcripta: "In quanto, inquit, al com„mento del Serafico Santo Efrem: ha certo, „ch'abbiamo adoprata tutta la diligenza, e „trovato il commento della geneſi, l'habbiamo comprato &c. Communicavit ſine dubio hunc ad ſe miſſum codicem *huntinghtonus* cum erudito illo, quem tum temporis Ephremianorum operum (Syriacorum ut opinor) editionem meditatum, in epiſtola quadam ad *Michaelem Nau* Jeſuitam exarata, ſcribit. (o) At nunquam tamen poſtea nec Huntinghtonianus codex, qui cum aliis hujus Viri codicibus teſtamento legatis, in Bodlejana, ni fallor, bibliotheca nunc aſſervatur, nec meditata ab illo editio, interveniente fortaſſe auctoris morte, lucem vidit.

§ 3.

---

meminit, at minus recte. cum ex epiſtola quadam Huntingtoni ipſius pateat, non plures libros quam geneſin & exodum continuiſſe.

(o) In Hac epiſtola, qua inter alia etiam a *Navio*, qui in oriente tum verſabatur, ut Ephremiana monumenta ſedulo ubique inveſtiget, ſibique mittat, petit, in ea inquam ſic ſcribit: *quid quid horum, conſcriptum eo, quo uſus eſt, idiomate Syriaco reperire potes, eme precor, & in uſum literati Chriſtianique orbis Halebum mitte in Angliam deportandum. Ibi enim Vir doctus & linguarum Syriacarum præcipue peritiſſimus editionem meditatur prædicti auctoris ex antiquiſſimis quaquaverſum manuſcriptis ſumma cum fidelitate exprimendam.*

Digitized by Google

§. 3.

Hæc de Syriacis præfati ſcriptis: ad varias eorum verſiones nunc progredimur. Harum omnium & antiquisſima & accuratiſſima ſine dubio eſt Græca. *Sozomeno* quippe, *Hieronymo* & *Nicephoro Calliſti* teſtantibus, vivente adhuc Ephraimo, , neque ita multa poſt, optima ac præſtantiſſima ejus ſcripta de Syriaco in Græcum converſa ſunt. *περιοντος*, inquit Sozomenus, *αὐτοῦ καὶ εἰσετι νυν, ἁ συνεγραψατο προς ἑλληνιδα φωνην ἑρμηνευουσι, καὶ ου πολυ ἀποδει της ἐν ᾡ πεφυκεν ἀρετης.* h. e. *nam & ipſo ſuperſtite libri ejus in Græcum ſermonem translati ſunt, & usque ad hoc tempus transferuntur: nec tamen a domeſtica ac nativa præſtantia multum recedunt.* Græca igitur verſio cum Syriacæ propemodum coæva ſit: quanto hæc reliquis præſtantior meliorque etiam cenſenda, facillime perſpicitur. Ne dicam enim antiquisſima quæque Syriaca ſcripta fuiſſe correctiſſima: multo plures tum exiſtebant græcæ admodum linguæ periti, nec dum etiam a priſtina integritate Græca lingua tantum deſciverat. *Sozomeni* quidem certe ætate verſioni Græcæ plurimum tributum textuique illam authentico propemodum æquiparatam legimus. *ου πολυ ἀποδει*, inquit Sozomenus, *της ἐν ᾡ πεφυκεν ἀρετης. ἀλλα καὶ ἑλληνιστι ἀπιστης τω Συρος εἰναι ταυμαζεται.* h. e. *nec tamen a nativa ac domeſtica præſtantia multum recedunt. Sed dum Græce legitur, non minus admiratio-*

ni eſt, quam dum Syriace. Miror itaque *Tenzelium* quid impulerit, ut cum multis aliis antiquis græcis verſionibus, Ephremianam etiam ceu parum accuratam, nævisque neſcio quibus affectam reprehendat? Verum quidem eſt in temporum ſuorum interpretes graviter invectos jam tum eſſe *Hieronymum* & *Sozomenum*. At Ephremianæ verſioni nihil hinc decedit. quam quidem uterque modo commemoratorum ſcriptorum laudat, peneque Syriacis parem ponit. Hæc autem antiqua verſio hodieque an ſuperſit, ſique ſupereſt, quænam eo ſcripta, quotque numero referenda ſint: difficile admodum dictu eſt. Veroſimile tamen videtur, cum tanto ſemper in pretio æſtimioque (a) Ephremi ſcripta apud omnes extiterint: non minimam, Græce olim verſorum partem, mendis licet non plane nullis affectam, hodieque reperiri. Neque enim negari poteſt, in plerisque ſermonibus Ephremi, qui hodieque impreſſi extant, Græcis, virtutes eas omnes, quas veteres in hoc Viro admirati ſunt; clariſſime enitere: ſpirareque eos antiquum illum Ephremi genium. Ut igitur ferendus non ſit *Tenzelius*, dum Græcas plane omnes, quotquot manu exaratæ paſſim in bibliothecis ſervantur, verſiones, ipſius tempore nondum editas, nec cum ſpecie aliqua veritatis reprobat. Quod enim ex libris Græcorum

(a) Tantæ auctoritatis olim Ephremi ſcripta fuiſſe veterum annales tradunt, ut in plurimis ſacris cœtibus poſt Sacram ſcripturam legi ſueverint,

Digitized by Google

corum lectionariis magna ex parte corruptis, pleroſque ſacros ſermones quondam exſcriptos eſſe ait, idque Cardinalis *Bonæ* teſtimonio confirmat, in ſola poſitum eſt conjectura. Cui & libenter equidem concedam, fieri facile potuiſſe, ut aliorum Ephremorum (b) ſcripta perperam noſtro attributa ſint: at non omnia tamen protinus in hunc cenſum referenda eſſe putem. (c) Cum igitur & Græcæ Ephremianorum ſcriptorum verſioni ſua laus auctoritasque conſtet: magnas certe apud omnes eruditos iniit gratias, inſigniterque de doctore Syro eſt promeritus eruditus ille Angelus *Eduardus Thwaites*, in Academia Oxonienſi Græcæ linguæ Profeſſor, quod antiquæ Græcæ verſionis non pauca Ephremi ſcripta, ad

(b) Plures hoc nomine appellatos extitiſſe: partim ex *Aſſemanni* Bibliotheca Orientali partim ex celeberrimi Fabricii Bibl. Gr. conſtat. qua de re vix dubitandum, quin hæc nominum ἀμφιβολια Ephremo noſtro partim genuina aliqua ſcripta ſubduxerit, partim falſa aliqua ſubornaverit.

(c) PHOTII ætate Græca Epremi verſio paululum jam corrupta, ſaltim variis interpretationibus, ab indocta μεταφραστων turba profectis, deſœdata fuiſſe videtur. Hoc enim conjicias ex PHOTII illis in bibl. cod. 196. ἡ δε λεξις καὶ τα σχηματα ȣ̓ θαυμαστον ἐι προς το κοινωτερον της ὁμιλιας καὶ ἠμελημενον νενευκεν. ȣ̓ γαρ ἐις τον γεννητορα των νοηματων, ἀλλ᾽ ἐις τον ταυτα μεταφρασαμενον. ἡ ἀιτια διαλαμβανει. hoc eſt: oratio tamen ejus ac figuræ nihil mirum ſi ad conſuetum homiliarum uſum & inelaboratum dicendi genus vergant. Non enim in auctorem ſenſuum ſed in horum interpretem ea conferenda culpa.

ad codicum antiquorum, quæ Bodleiana ipſi ſuppeditavit, manuſcriptorum fidem, quo putuit ordine, accurationeque in lucem dedit. Prodiit nimirum hæc editio Oxonii ex theatro Sheldoniano, anno hujus ſeculi nono in folio hoc titulo inſignita. Τα τȣ ὁσιȣ πατρὸς Εφϱαιμ τȣ Συϱȣ πϱὸς την Ἑλλαδα μεταϐληθεντα, e codicibus manuſcriptis. Digna certe tam ſplendido, quo comparet, habitu: tantaque & chartarum & typorum munditie. Nam & in digerendis Ephremi ſcriptis non inconcinnus ordo, & in ſecernendis iis judicium, & in reſtituendis corrigendisque, induſtria non poſtrema deprehenditur. Nihilque plane laboris ſtudiiq; intermiſit auctor, quin ea omnia, quæ reperiri poſſent, manuſcripta, ex bibliothecarum latebris prolata, ſedulo inter ſe conferret, lacunas ſuppleret variasque lectiones partim in margine, partim ad calcem operis notatas, fideliter ſummaque cum diligentia in lectoris uſum adduceret: ea denique omnia quæ ſubinde occurrunt ſacræ Scripturæ loca ubique adnotaret. At nimis juſto tamen diligens fuiſſe videtur in ſermonibus quibuscunque, Ephremi nomen præferentibus, inque codicibus a ſe repertis, divulgandis. (d) quo factum eſt ut inter plurimos germanos Ephremi fœtus, adulterini quoque & ὑποϐολιμαιοι ali-

(d) Horum ſemonum. præter binas Ephremi vitas, in fine additas, centum & quinquaginta ſeptem in oxonienſi codice reperiuntur, totusque liber quinque alphabetis conſtat.

Digitized by Google

aliqui, uti e. g. ſermo qui inſcribitur, *κατα μιμησιν των παροιμιων*, ſermo item *εις πατερες τελειωθεντας*, Teſtamentum Ephremi, &c. intermiſſi paſſim reperiantur. Ad puritatem textus quod attinet: inſignem quoque fateor a clariſſimo editore adhibitam eſſe diligentiam, ut mendis plane omnibus intactum ac illibatum illum traderet Nihilo minus tamen in tanta ſcriptorum, quæ perlegenda, corrigenda, riteque ordinanda erant, multitudine ac varietate, abeſſe vix poterat, quin aliqua hinc inde errata partim typographica, partim textualia irreperent. Horum ut nonnulla in transcurſu quaſi a me notata afferam p. Σπ. lin. 13. in his verbis: *πως δε και τολμωσιν ἀφιεναι την συναξιν, και ἐξιεναι προ της ἀπολυσεως διχα ἀγαγκης μεγαλης*: *ἀγαγκης* pro *ἀναγκης* ſcriptum eſt. p. λ. l. 35. pro his verbis: *οἱ ουν τελειοι και σοφοι ἐμπεροι ἑτοιμοι ἐχοντες την ἐμποριαν μετα χαρας, ἐκδεχονται πνευσαι αὐτοις τον ἀνεμον* &c. teſte Slavonica verſione ſic legendum eſt: *οἱ ουν τελειοι και σοφοι ἐμποροι ἑτοιμον ἐχοντης την ἐμποριαν: μετα χαρας ἐκδεχονται* &c. Huc pertinet locus ille p. Σο, in ſermone, *περι ὑπακοης*, qui ſic incipit: *και περι του χρονου μη ολιγορει*, ubi ſequentia ſtatim verba: *τισι γαρ ὑποβαλλει ὁ ἐχθρος ἐπιθυμιαν εις το σχημα παρα το καιρον, ὁπως μη φερων ὁ ἀδελφος το λειον της ἡδονης, φυγη το σταδιον*: ex loco parallelo p. Σθ lin. 26. *ὑποβαλλει ὁ ἐχθρος ἐπυθυμιαν εις το σχημα παρα το καιρον· ινα μη φερων ὁ ἀδελφος το λιαν*

της

της ἐπιθυμιας, Φυγη το ςαδιον ſic corrigimus ut pro λειον, λιαν ſubſtituamus. ſic & p. ρλη lin. 14. corrupte legitur: ἀγαπα γαρ τες ἀκτημονας τες θλιψαντας, pro καὶ τες θλιψαντας. id quod ex loco paralello p. ριζ lin. 13. aperte intelligitur.

Monendum hic quoque arbitror, quem in ſedulo perluſtrandis Ephremi ſermonibus, iisque cum Slavonico exemplari conferendis, errorem in Oxonienſi hac editione commiſſum, fortuito deprehendimus. Neſcio enim quo caſu acciderit, ut ſermo ille, duo circiter folia complectens, *de ſecundo Chriſti ſalvatoris adventu*, cujus hic titulus eſt εις την δευτεραν παρυσιαν τε Κυριε ἡμων Ιησε Χριςε, quique ſic incipit, προσελθετε καὶ δευτε υιοι Φωτ☉ &c. in græcis bis reperiatur. Primo pag. ρις. lin. 14. ſubjunctus illi, ad quam forte pertinere viſus eſt, orationi parænecticæ, ſic incipienti: προσεχε σεαυτω, ὠ νεοτης, ποθεσα ἀσκησαι &c. Deinde pag. ρλς v. 40. Diverſam equidem argumenti pertractationem primum eſſe credidi; cum & alios ſermones, iisdem verbis incipientes, inter ſe diverſos tamen invenerim: verum utrosque propius contemplatus, ejusdem non modo argumenti, ſed & iisdem, ſi paucula excipias, verbis ſententiisque conſcriptos reperi. Hoc enim utriusque, quod apponere non abs re fore duximus, eſt initium.

p 116. προσελθετε, δευτε υιοι Φωτ☉, ἀκεσατε της ἐυλογημενης φωνης	p. 14. προσελθετε, καὶ δευτε υιοι Φωτ☉, ἀκεσατε της ἐυλογημενης Φω-

ἐκεινης, καὶ μακαριας του Σωτηρος ἡμων της λεγουσης προς ἡμας. δευτε υἱοι εὐλογημενοι του πατρος μου κληρονομησατε την των οὐρανων βασιλειαν. βλεπετε ἀγαπητοι μου, μηδεις ὑμων στερηθη της μακαριας ταυτης κληρονομιας. ἰδου γαρ ἐπι θυραις ἐστι. Φως ἐκ Φωτος κατεβη προς ἡμας, ἀνηνεγκε προς το Φως. κατεβη προς ἡμας γενομενος ὡς ἡμεις, ἱνα ἡμας ὁμοιους ἑαυτῳ ποιηση, ὁ Ἀθανατος προς τους θνητους κατηλθε, καὶ ποιησας αὐτους ἀθανατους ἀνεβη παλιν προς τον πατερα. Νυν ἐρχεται μετα δοξης του εὐλογημενου Πατρος, κριναι ζωντας καὶ νεκρους. Ὁδος ζοης γεγονεν ἡμιν, πληρης Φωτος καὶ δοξης, ἱνα ἡμεις ἐν τῳ Φωτι βαδισωμεν ἐν αὐτῳ προς τον πατερα. Δευτε ἀγαπητοι βαδισωμεν εἰς την ὁδον, ἡν ὁ κυριος ἐδειξεν

Φωνης καὶ μακαριας ἐκεινης του Σωτηρος ἡμων της λεγουσης προς ἡμας. Δευτε οἱ εὐλογημενοι του πατρος μου κληρονομησατε την βασιλειαν των οὐρανων. βλεπετε ἀδελφοι μου, μηδεις ὑμων στερηθη της μακαριας ταυτης κληρονομιας. ἰδου γαρ ἐπι θυραις ἐστι. Φως ἐκ Φωτος. κατεβη προς ἡμας, καὶ Φωτισας ἡμας (e) ἀνηνεγκε προς το Φως κατεβη προς ἡμας γενομενος ὡς ἡμεις, ἱνα ἡμας ὁμοιους αὐτου ποιηση. Ὁ ἀθανατος προς τους θνητους κατηλθε, καὶ ποιησας αὐτους ἀθανατους ἀνεβη παλιν προς τον πατερα. Νυν ἐρχεται μετα δοξης του εὐλογημενου Πατρος, κριναι ζωντας καὶ νεκρους. Ὁδος ἡμιν γεγονε πληρης Φωτος καὶ δοξης, ἱνα ἡμεις ἐν Φωτι βαδισωμεν προς τον πατερα. Δευτε ἀγαπητοι βαδισωμεν εἰς την ὁδον ἡν ὁ κυριος ἐδειξεν ἡμιν,

(e) Hæc ſine dubio vera eſt lectio.

ἡμιν, ἱνα μετα χαρας φθασωμεν εἰς την ἀυτȣ βασιλειαν. λαβωμεν ȣν ἐπισιτισμον καὶ ἐλαιον ἐν τοις ἀγγειοις ἡμων. ȣκ ἐςι γαρ ὀλιγον το διαςημα της ὁδȣ ἐκεινης. Περιζωσαμενοι ȣν τας ὀσφυας ἡμων ἐν (f) ἐιλικρινεια καὶ ἀληθεια ὡς ἀνθρωποι ἐκδεχωμεθα τον ἰδιον δεσποτην. ἀψωμεν τας λαμπαδας ἡμων, καὶ γενναιως νηψωμεν: προσδοκωμεν γαρ τον Κυριον ἡμων ἐκ των ȣρανων δεξαϛαι. Μη ȣν νυςαζωμεν (g), ἱνα μη σβεσθωσιν ἡμων ἀι λαμπαδες. Ἡ γαρ κραυγη ἐκεινη ἀφνω γινεται. ἰδȣ ὁ Νυμφιος, ἐξελθετε εἰς ἀπαντησιν αὐτȣ παντες οἱ ἀγαπωντες ἀυτον, καὶ ἑτοιμασαντες ἑαυτȣς ἰδειν ἀυτον μετα δοξης.

ἡμιν, ἱνα μετα χαρας φθασωμεν εἰς την ἀυτȣ βασιλειαν. λαβωμεν ἐπισιτισμον καὶ ἐλαιον εἰς τα ἀγγεια ἡμων. ȣκ ἐςι γαρ ὀλιγον το μηκος της ὁδȣ ἐκεινης. περιζωσωμεν ȣν τας ὀσφυας ἡμων ἐιλικρινεια καὶ ἀληθεια, ὡς ἀνθρωποι καὶ δȣλοι γνησιοι ἐκδεχομενοι τον ἰδιον δεσποτην. Αναψωμεν τας λαμπαδας ἡμων, καὶ γενναιως νηψωμεν. Προσδοκωμεν γαρ τον κυριον ἡμων ἐκ των ȣρανων δεξαϛαι. μη ȣν νυςαζωμεν, ἱνα μη σβεννυνται ἀι λαμπαδες ἡμων.... (h). ἡ γαρ κραυγη ἐκεινη ἀφνω γινεται. ἰδȣ ὁ Νυμφιος ἐρχεται. ἐξελθετε εἰς ἀπαντησιν αὐτȣ παντες οἱ ἀγαπησαντες ἀυτον καὶ ἑτοιμασαντες ἑαυτȣς, ἰδειν ἀυτον μετα δοξης.

(f) το ἐν rectius hic abeſt.

(g) Νυςαζωμεν omnino ſcribendum erat.

(h) Hic viginti circiter verſus inſerti ſunt, in priori deficientes.

Hæc

Hæc inquam pars eſt ſermonis in codice Oxon. bis poſiti, ex quo ideo hæc, paulo prolixiora fortaſſe viſa cuipiam, adduximus, ut quanta ſit codicum manuſcriptorum vel in una ſæpe pagina differentia, quamque commode unus ex altero emendari ac reſtitui poſſit exinde cognoſcatur. Abſit tamen; ut propter hoc aliaque levioris momenti *παροράματα*, vel perſpicaciſſimis ſæpe non evitanda, Oxonienſi ſplendidiſſimæ editioni quidquam derogem. quam ſane, pro eo ut meretur, omni laudis genere proſequor, cunctisque Ephremianorum operum editionibus, quæ adhuc in lucem prodierunt, longiſſime antepono. Interea nec hoc diſſimulem, nec ipſe fortaſſe editor clariſſimus diffitebitur, poſſe huic editioni, non ornamenti nihil, augmentique aliunde fortaſſe accedere. Præſtantiſſimos equidem codices in Anglorum bibliothecis reperiundos, editori non defuiſſe ſcio. Defuere tamen alii, qui in Italia Galliaque paſſim latitant, illis fortaſſe antiquiores, multi. E Vaticana præcipue bibliotheca ornamenti non parum ſubſidiique peti poſſe quis dubitet? cum quidem clariſſimus *Aſſemannus* in bibliotheca orientali p. 156. ſequentia hæc inedita Ephremi opera Græce in ea extare referat:

I. *De ſecundo adventu Domini & conſummatione ſæculi.* Cod. Vatic. 272. fol. 324. *ἀκούσατε ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, ὅσοι τὸ ἅγιον βάπτισμα: Auſcultate fratres cariſſimi, quicunque* ſanctum baptisma &c.

II. *De ſecundo Domini adventu & conſummatione ſæculi.* Cod. 1192. fol. 106. ἠρώτησαν τινες φιλοχριςοι, *Percontati ſunt quidam Chriſtum diligentes.*

III. *De conſummatione ſæculi, de Antichriſto & de caritate.* Cod. Palat. 16 & 1669. ἀγαπητοι μηδεν προτιμησωμεθα: *nihil anteponamus cariſſimi.* (i)

IV. *De quiete.* Cod. Vat. 442. fol. 269. ἀδελφοι κτησασθε την ἡσυχιαν. *fratres posſidete quietem* (k)

V. *De monachis.* Cod. 704. fol. 53. τι δε ὁ προφητης τρυγονα χηρευȣσαν, *quare Propheta viduam turturem?*

VI. *Qualis debeat eſſe monachus.* cod. Alexand. 45. f. 138. Δει τον νεον ἀσκητην ἀκτημονα βιον ἐχειν: *Monachum novitium pauperem vitam agere oportet.* (l)

VII. *Exhortatio ad peccatores.* Cod. Vat. 1259.

(i) Ineditis hic ſermo annumerari nequit, quippe quem in editione Oxonienſi, p. Yvi, e duobus manuſcriptis Anglicanis jam typis mandatum videas: hoc titulo: λογος περι της κοινης ἀναςασεως, και μετανοιας, και ἀγαπης, και εις την δευτεραν παρȣσιαν τȣ Κυριȣ ἡμων Ιησȣ Χριςȣ. Idem inter Slavonice translata Ephremi opera typis mandata extat: ſermo in ordine centeſimus quartus: de quo vide inferius.

(k) Jam editus reperitur hic ſermo in codice Slavonico, ubi ordine eſt centenſimus primus; eadem inſcriptione, ſic incipiens. *Cole frater ſilentium.*

(l) Neque hic ſermo pro inedito haberi poteſt, in Slavonico codice reperiundus: inque appendice ordine nonus.

Digitized by Google

1259. fol. 125. πας χρισιανὸς ἀποτασσεται τῷ Σατανα: *Omnis Chriſtianus reſiſtit diabolo.*

VIII. *De vita ſtulta & de poenitentia* cod. 581. f. 159. ὅσοι τα τοῦ βίου μάταια *quicunque vitæ vanitates &c.*

XI. *De verbo otioſo*: Cod. 497. fol. 202. τί ἐστιν ἀργὸς λογος: *quid eſt verbum otioſum?*

X. *De vigilantia & compunctione.* Cod. Alexandr. 45. f. 173. τηρει σεαυτον ἀγαπητε ἀκριβως. *Diligenter cuſtodi te ipſum cariſſime.* (m)

XI. *De poenitentia.* Cod. Palat. 68 ἐννοησωμεν ἀδελφοι: *Recogitemus fratres.*

XII. *Preces pro ſeptem diebus hebdomadæ.* Cod. Vat. 1190. *preces aliæ diverſæ.* Cod. 790.

XIII. *Sententiæ per Paulum Monachum collectæ*: Cod. Palat. 258.

XIV. *Fragmenta in Pentateuchum, in Joſue, in Judices, in Ruth.* Cod. Vat. 746. 747. 748. 751. Cod. Palat. 203. In Pſalmos Cod. Vat. 752. *In Evangel.* Cod. Vat. 663. 733. & 1190.

Multo plura autem, quam quæ clariſſimus *Aſſemannus* hic producit, inedita paſſim Ephremi opera in bibliothecis Imperatorum ac Regum aſſervari certum eſt. Non dubium, celeberrimus inquit *Fabritius*, ex Cæſareanis mſ. de quibus Lambecius T. I. p. 117. ſeq. Tom. III. p. 104. Tom. IV. & V. plur. loc. itemque Tom. VIII. plura poſſe græce proferri, quæ Voſſius tantum latine extulit, nonnulla etiam quæ ab

Q 2 eo

(m) Idem reperitur in codice Slavonico, hoc titulo, De pietate & ſobrietate & tranquillitate animæ, in appendice ſermo decimus tertius. Incip. Cave tibi ipſi dilecte bene.

Digitized by Google

eo ſunt omiſſa. ut Tom. IV. Lamb. p. 170. memoratur S. Ephremi λογος περι της ἐνεργειας τȣ μισοκαλȣ δαιμονος. incipit. πατερες και ἀδελφοι ἀκȣσατε, πολλακις γαρ ἐχθρος ὑποβαλλει τω ἀνθρωπω, λεγων, ἀκμην νεωτερος εἰ, ἀπολαυε των ἐπιθυμιων σȣ. opus Ephremi de ſpiritu ſancto, quod *Hieronymus* allegat, nuſquam apparet, nec εἰς τον παραδεισον δογματικα, confer. Biblioth. Græc. Lib. V. p. 331. Inter cæteros autem codices, Græca Ephremi ſcripta complectentes, omnium facile judicio eminent & excellunt quinque illæ membranæ, in Imperatoria Moſcuenſi bibliotheca adhuc latentes. (n) quarum ſive vetuſtatem, multum pretii codicibus addentem, ſive γνησιοτητα, textusque puritatem, ſive deniqne varium ineditorum ſcriptorum apparatum ſpectes: nulli cum his facile codices ubicunque latitantes conferri ac comparari poſſunt. Eoque magis obſtrictum me eſſe fateor clariſſimo doctiſſimoque Viro, catalogi manuſcriptorum Moſcuenſium editori, *Athanaſio Schiadæ*, Græcæ linguæ in Nefkienſi monaſterio Profeſſori digniſſimo (o) quod horum ipſorum codicum

(n) Quinque hi codices reperiuntur in catalogo manuſcriptorum Moſcuenſium Moſcuæ primum edito, deinde a celeberrimo Lipſienſium Profeſſore D. KAPPIO Lipſiæ recudi curato, pag. 31, & 41.

(o) Eſt hic Vir Græcus genere, patria Cephalonius. Officium primo auditoris, ut vocant, caſtrenſis, in Ruthenorum exercitu perplures annos geſſit. Hoc tandem abdicato: Moſcuam conceſſit, ſcholæque, Imperatoris auſpicio quon-

cum recenſionem quandam non indiligenter a ſe olim factam (p) benevole mecum Petropoli cum eſſem, cōmunicare haud detrectaverit. Cujus etſi partem tantummodo deſcriptam poſſideamus non ultra dimidium primi codicis perductam: hanc ipſam tamen lectoris in gratiam attexere non gravabimur: cum vel ex hoc ſpecimine de reliquis haud difficulter poſſit judicari. Recenſio ejus, quam ex Græco vertimus, hæc eſt.

Πιναξ των περιεχομενων λογων, καὶ παραινεσεων τȣ ἁγιȣ Εφραιμ, τȣ

Index contentorum ſermonum & adhortationum ſancti Ephre-

quondam ibi conſtitutæ cum aliis præfectus, Græcas in ea literas per aliquot annos non ſine laude docuit. Inde Petropolin vocato juventutis, in monaſterio Neſkienſi, non procul a Petropoli urbe ſito, erudiendæ,munus demandatum eſt, Græcæque linguæ Profeſſoris titulus impoſitus. Vir cæteroqui eſt admodum ingenuus, comis, affabilis, atque ad inſerviendum aliis promtisſimus. unde nos eo familiariter Petropoli uſi ſumus; nec poſſumus non varia ejus in nos officia publice hic deprædicare. doctrina quoque præditus eſt non vulgari. græcorum in primis ſcriptorum monumenta diligenter legit, in quibus æque ac in ſtudio antiquitatum, præcipue græcarum egregie eſt verſatus.

(p) Erat enim illi ab Archimandrita quodam commiſſum, ut codices Moſcuenſis Bibliothecæ manuſcriptos confuſe hactenus jacentes, in ordinem redigeret inque catalogum referret. Cum igitur ſingula manuſcripta perluſtrandi copia ipſi daretur: non intermittendum ſimul putavit, quin præ aliis rara & antiqua ſibi viſa, qualia etiam ſunt Ephremiana, reliquis diligentius inſpiceret, eosque ſaltim,qui in iis continebantur tractatus, in uſum ſuum enotaret.

Συρȣ ἐν πεντε τευχεσι, ὧν τὰ δυο μεν κειναι ἐν τῃ της τυπογραφιας Μοσκοβιτικης βιβλιοθηκη, τρεια δε ἐν τῃ συνοδικη της ἀυτης πολεως βιβλιοθηκη. Α τευχος τυπογραφικον περιεχον φυλλα μεμβρανικα τνε. το μεν ἀυτȣ̃ μηκος ποδος ἑνος καὶ ἡμισι. οἱ δ᾽ ἐν ἀυτω χαρακτηρες, μικροι μεν καθαροι δε, ἐκ τε τȣ̃ ειδȣς τȣ̃ μελανος, καὶ ἀλλων διαφορων σημειων ἐχω τεκμαιρεσθαι ὑπερ τα ἑξακοσια ἐτη ειναι ἀρχαιον.

mi Syri, in quinque codicibus, quorum duo quidem reperiuntur, in typographica Moſcuenſi bibliotheca, tres autem in Synodali ejusdem urbis bibliotheca. Primus codex in typographica domo aſſervatus, folia continet membranacea 355. cujus quidem longitudo pedis unius & dimidii. Characteres autem, qui in eo conſpiciuntur parvi quidem at ſatis puri, & diſtincti: quantumque ex nigra forma, aliisque variis indiciis poſſum conjicere, ultra ſexcentos annos habet.

ἐπιγραφεται βιβλος των παραινεσεων τȣ̃ ἁγιȣ Εφραιμ καὶ εἰς τον βιον ἀυτȣ̃. ποιαν μεν ἐπιγραφην, καὶ πως ἡ καθεμια παραινεσις ἄρχεται, ὧδε κατα την ταξιν κειμενην ἂν εὑρης.

Inſcribitur, liber admonitionum ſancti Ephraimi & in vitam ejus. qualis inſcriptio, & quomodo quæque admonitio incipiat, ordine hic poſitum invenies.

Φυλ-

φυλλον α. πιναξ των παραινεσεων.

Folio (1) index admonitionum.

φυλλ. β. του ἁγιου Εφραιμ ἐξομολογησις, ἡγουν προσευχη προς τον θεον.

Fol. (2) Sancti Ephraimi confeſſio; nimirum preces ad Deum.

Ης ἡ ἀρχη. Ιασαι με κυριε και ιαθησομαι· in Oxonienſi codice, p. 135.

Cujus initium: ſana me Domine, & ſanabor.

φυλλ. γ του αὐτου βιος.

Ejusdem vita.

Ης ἀρχη: γεγεννηται ἐν τη ἀνατολη, ονοματι Εφραιμ Συρος in Oxon. aliter incipit.

Cujus init. natus in oriente quidam nomine Ephraim Syrus.

φυλλ. δ. του αὐτου λογος παραινετικος.

Fol. (4) ejusdem ſermo adhortatorius.

Ης ἡ ἀρχη. δοξα σοι Θεος, δοξα σοι. in Oxon. p. 264.

Cujus init. gloria tibi Deus! gloria tibi!

φυλλ. ε, του αὐτου παραινεσις. β.

Fol. 5. ejusdem admonitio (2)

Ης ἡ ἀρχη· ἀγαπητε χριστιανος εἰ δια της χαριτος &c. in Oxon. p. 264.

Cujus init. Dilecte, Chriſtianus es per gratiam. &c.

φυλλ. ζ. του αὐτου παραινεσις γ.

Fol. 7. ejusdem admonitio (3)

Ης ἡ ἀρχη. ἐαν ἀποταξαμενος τω βιω εἰσελθης &c. in Oxon. p. 266.

Cujus init. Si nuncio remiſſo huic vitæ, ingreſſus fueris &c.

Φυλλ. η. τ̃ αὐτȣ̃ περὶ κατηχȣμένων, καὶ προτροπὴ διδασκαλίας ἐκ θεȣ̃, παραίνεσις. δ.	Fol. 8. ejuſdem de catechumenis : & exhortatio doctrinalis ex Deo, admonitio (4)
Ἧς ἡ ἀρχὴ. ἀγαπητὲ, ἰδȣ̀ παρατίθημι σοι διαθήκην, in Oxon. p. 267.	Cujus init. Dilecte, ecce propono tibi teſtamentum.
Φυλλ. θ. τ̃ αὐτȣ̃ περὶ διδασκαλίας καὶ νȣθεσίας παραίνεσις ε.	Fol. 9. Ejuſdem de doctrina & admonitione. adhortatio. (5)
Ἧς ἡ ἀρχή. ἀγαπητὲ ἐὰν βάλῃς ἀρχὰς καλάς. in Oxon. p. 268.	Cujus init. dilecte ſi jeceris bona fundamenta. (in oxon. βάλλῃς pro βάλῃς.)
Φυλλ. ι. τ̃ αὐτȣ̃ περὶ παραδόσεως κανόνος μοναχῶν, καὶ συνθεσίας παραίν. ζ.	Fol. 10. ejuſdem de traditione canonis monachorum & foederis, admonitio. (7)
Ἧς ἡ ἀρχή. καὶ περὶ τȣ̃ ἐργοχείρȣ μὴ ὀλιγώρει. in Oxon. p. 269.	Cujus init. Et de manuali opere ne ſis negligens.
Φυλλ. ιϐ. διδασκαλίας καὶ νȣθεσίας ὑπόθεσις: παραίνεσις. η.	Fol. 12. Doctrinæ & adhortationis fundamentum. admonit. (8)
Ἧς ἡ ἀρχή. καὶ περὶ τȣ̃ χρόνȣ μὴ ὀλιγώρει. in Oxon. p. 270	Cujus init. & de tempore ne ſis negligens.
Φυλλ. ιϐ. περὶ διδασκαλίας καὶ διέγερσις πρὸς τὸν Νίφον παραίνεσις. θ	Fol. 12. De doctrina & excitatio ad Niphum, admonitio. (9)
Ἧς ἡ ἀρχή. ἀδελφὲ ἀγωνίζȣ ὡραῖος στρατιώτης. in Oxon. p. 271.	Cujus init. Frater certa ut ſtrenuus miles.

Φυλλ.

Digitized by Google

φυλλ. αὐτῷ. Νεθεσια περὶ ἀτυφίας παραίνεσις. ι.	Folio eodem. admonitio de odio ſuperbiæ. adhortat (10)
Ἧς ἡ ἀρχὴ. ἀδελφε. ἐαν ἀποταξαμενος τοῦ ματαίου βίου. Oxon. p. 273.	Cujus init. Frater ſi reliquiſti vanam vitam.
φυλλ. ις. περὶ τοῦ μὴ ὑψηλοφρονεῖν. παραιν. ια	Fol. 16. De animo demiſſo; admonit. (11)
Ἧς ἡ ἀρχή. δεῖ δὲ καὶ τοὺς ἐκ οἰκτρου καὶ μοχθηροῦ βίου ἐρχομένους &c. in Oxon. 173.	Cujus init. Decet autem & eos qui ex miſerabili & laborioſa vita egreſſi ſunt.
φυλλ. ιζ. περὶ συστάσεως προεστώτων, καὶ περὶ ποιμαντικῆς ἐμπιστεύσεως παραίνεσις. ιβ.	Fol. 17. De conventu præpoſitorum, & de paſtorali cura admonit. (14)
Ἧς ἡ ἀρχή. ἀδελφε ἐπιστευθης ψυχην ζωσαι ὥσπερ ἀνήρ. in Oxon. p. 274.	Cujus init. frater ſi credidiſti animam, circumcinge uti Vir.
φυλλ. ιη. ἐξεικονισματα παραβολων προς τοὺς προεστωτας καὶ ὑποτασσομενους παραίνεσις.	Fol. 18. alluſiones parabolicæ ad præpoſitos & ſubjectos, admonitio.
Ἧς ἡ ἀρχή. κατα μερος οἰκοδομεῖται πολις. in Oxon. p. 275.	Cujus init. Ex parte (paulatim) ædificatur civitas.
φυλλ. κ. προς ἀγωνας τοῦ μονηρους βίου καὶ ἀσκησεως ὑποδειγμα. παραινεσις. ιγ,	Fol 20. Ad certamina monaſticæ vitæ & exercitationis exemplum: admonit. (13)

Ἧς ἡ ἀρχή· ἀδελφὲ ἠξιώθης τοῦ ἁγίου ἐνδύματος τοῦ μοναχοῦ. in Oxon. p. 276.

Cujus init. Frater ſi dignus habitatus es ſancto indumento monachi.

Φυλλ. κγ. περὶ φιλαυτίας καὶ κενῆς ἀπάτης. παραίνεσις. ιγ.

Fol. 23. De ſui ipſius amore & vana deceptione, admonitio.13.

Ἧς ἡ ἀρχή· τί πλανᾶσαι ἐνεργούμενος, (in Oxon. p. 278. τί πλανᾶσαι ἐνεργούμενον?)

Cujus init. quare deciperis ſuperate a diabolo.

Φυλλ. κγ. περὶ διεγέρσεως ψυχῆς καὶ εὐταξίας, παραίνεσις ιε.

Fol. 23. De excitatione animæ, diſciplina, admonit. (15)

Ἧς ἡ ἀρχή. ἀδελφὲ ὅταν κρούσῃ σοι ὁ ἀδελφός. (in Oxon. p.279. ὅταν κρούει)

Cujus init. Frater ſi pulſaverit tibi frater.

Φυλλ. κδ. ὠφέλεια κοινὴ πρὸς διόρθωσιν, καὶ πόθον πνευματικὸν παραίνεσις. ις.

Fol. 24. Utilitas communis correctionis, & deſiderii ſpiritualis admonit. (16)

Ἧ ἡ ἀρχή· ἀγαπητοὶ ἐννοηθῶμεν, τοὺς ἑστῶτας ἐνώπιον &c. in Oxon. p. 280.

Cujus init. Dilecti cogitemus ſtantes coram, &c.

Φυλλ. αὐτῷ. παραίνεσις. ιζ.

Eod. Fol. admonit. (17.)

Ἧς ἡ ἀρχή. ἀδελφοὶ λογίζομαι ὅτι τρεῖς εἰσιν νυσταγμοί. in Oxon. p. 280.

Cujus init. fratres exiſtimo tres eſſe dormitationes.

Φυλλ.

φυλλ. κϛ. ὑποτύπωσις πρὸς πειραζομένους ὑπὸ τοῦ ἰδίου λογισμοῦ παραίνεσις. ιη.	Fol. 26. inſtructio tentatrum a ſua cogitatione. admonit. 18.
Ἧς ἡ ἀρχή. Ἐὰν συμβῇ τινα ἀδελφὸν ἐλθεῖν εἰς τὸν μονήρη βίον.	Cujus init. Si accidat quendam fratrem pervenire in monaſticam vitam.
φυλλ. κη. Ὅτι οὐ χρὴ γελᾶν καὶ μετεωρίζεσθαι, ἀλλ' ἀδιαλείπτως πενθεῖν, παραίνεσις. ιθ.	Fol. 28. Quod non oporteat ridere & gloriari, ſed continue lugere, a monitio. 19.
Ἧς ἡ ἀρχή. ἀρχὴ καταστροφῆς ψυχῆς μοναχοῦ γέλως &c. in Oxon. p. 176.	Cujus init. initium ſubverſionis animæ monachi, riſus &c.
φυλλ. λβ. πρὸς νεωτέρους περὶ ὑπακοῆς ἐν κατανύξει παραίνεσις. κ.	Fol. 32. ad juniores de obedientia admonitio. 20.
Καὶ ἡ ἀρχή: πρόσεχε σεαυτῷ ὦ νεότης, ποθοῦσα ἀσκῆσαι. in Oxon. p. 115.	Et init. cave tibi ipſi o juventus, deſiderans aſceticam vitam agere.
φυλλ. λϛ. περὶ ὑπομονῆς καὶ κατανύξεως παραίνεσις. κα.	Fol. 3. De patientia & quiete admonitio 21,
ἧς ἡ ἀρχή. Ἀγαπητοὶ γενώμεθα ὡς καλοὶ στρατιῶται. in Oxonienſi deeſt.	Cujus init. Dilecti geramus nos ut boni milites.
φυλλ. κζ. περὶ ὑπο-	Fol. 73. De ſuccum-

ba.

Digitized by Google

ταλικων ἐπι την ἐχθρου παλην. παραινεσις. κβ.

bentibus inimici pugna. admonitio. 22.

Και ἡ ἀρχη. τοις ἐν κοινοβιοις. in Oxonienſi p. 283.

Cujus init. In cœnobiis junioribus monachis.

Φυλλ. λθ. προς το, δι' ἧς εισοδου πολεμει ὁ Εχθρος, παραινεσις. κγ.

Fol. 39. in illud qua via nos impugnet inimicus. admonitio. 23.

Hujus initium non adſcriptum. forte in Oxon. p. 283.

Φυλλ. μδ. προσβολη πρεσβεβηκοτων.

Fol. 34. oppugnatio ſeniorum.

ἧς ἡ ἀρχη. ὑποβαλλει ὁ λογισμος τω ἀδελφω, τοσαυτα ετη ἐχεις &c. in Oxon. p. 287.

Cujus init. ſuggeritur cogitatio fratri, tot jam annos habes.

Φυλλ. με. προς ἀδελφους σαλευομενους ἀπο τοπου εις τοπον. παραινεσις. κϛ.

Fol 45. ad fratres volitantes ex uno loco in alium. admonit. 62.

ἧς ἡ ἀρχη. ἡ πιστις μητηρ ἐστι παντος ἐργου. in Oxon. p. 288.

Cujus init. fides mater eſt omnis boni operis.

Φυλλ. μη. περι ἀφοβιας και ἀμελειας παραινεσις. κζ.

De animo omni timore curaque vacuo. admonit. 27.

ἧς ἡ ἀρχη. ἀδελφος τις διηγησατο μοι λεγων. in Oxon. p. 293.

Init Frater aliquis mihi narravit, dicens.

Φυλλ. ν. Εις το, των

Fol. 50. In illud ha-

ἐχον-

ἐχοντι δοθησεται, καὶ περισσευθησεται. παραινεσις. κη.

benti dabitur & abundabit. admonit. 28.

ἧς ἡ ἀρχη. γεγραπται γαρ τω ἐχοντι δοθησεται.

Init. Scriptum eſt enim habenti dabitur.

φυλλ. αὐτῷ. περι ακαταγνωσιας. παραιν. κθ.

Folio eodem. De non damnare. admonit. 29.

ἧς ἡ ἀρχη. ἀδελφοι ἐαν τις των εὐλαβεστερων. in Oxon. p. 295.

Init. Fratres, ſi quis eorum qui pietate alios ſuperant.

φυλλ. νβ. περι ταπεινοφροσυνης. παραιν. λ.

Fol. 52. De animo demiſſo admonit. 30.

ἧς ἡ ἀρχη. ἀγαπητε ἐαν τυχης προκοπης. in Oxon. p. 297

Cujus init. dilecte ſi præ aliis dignitatem conſequeris.

φυλλ. νγ. ὁτι δει τον μοναχον μακροθυμον ειναι καὶ αμνησικακον. παραινεσις. λα.

Fol. 53. Quod oporteat monachum longanimem eſſe nec malorum memorem. admonit. 31.

καὶ ἡ ἀρχη. Ἐαν συμβη κακια, οὐ κακιστον μεν. &c. in Oxonienſi. p. 298.

Init Si accidat malitia non peſſimum quidem &c.

φυλλ. νε. περι παθων παραιν. λβ.

Fol. 55. De paſſionibus admonit. 32.

ἧς ἡ ἀρχη. ἐν ἀμελεια διαγων τας ἡμερας αὐτου. in Oxonienſi. p. 298.

Cujus init. Vir in negligentia tranſigens dies ſuos.

φυλλ. νϛ, πως δει

Fol. 56. Quomo-

πα-

παρακαλεῖν ὀλιγωροῦντας καὶ ὀλιγοψύχους παραιν. λγ.	do oporteat conſolari deſperatos quaſi & animo dejectos admonitio. 33.
καὶ ἡ ἀρχή. Ἀδελφὸς ἐζήτει τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, in Oxon. p. 30.	Init. Frater quærebat fratrem ſuum.
Φυλλ. ξ. ὅτι δεῖ τὸν ἀναγινώσκοντα ἐν ὠσὶν ἀδελφῶν φιλοπόνως ἀναγινώσκειν. παραίνεσις. λδ.	Fol. 60. quod oporteat legentem in auribus fratrum, lubenti animo legere. admonit. 35.
καὶ ἡ ἀρχή. Ἀδελφὲ, ἐὰν προσταχθῇ σοι ἀναγνῶναι. in Oxonienſi p. 303.	Initium. Frater ſi imponatur tibi legere.
Φυλλ. αὐτῷ. Ἀντιρρητικὸν περὶ παρθενίας, καὶ σωφροσύνης. παραίνεσις. λε.	eodem fol. Controverſia de virginitate, & temperantia. admonit. 35.
ἧς ἡ ἀρχή. Τῷ ἀδελφῷ ἢ τῇ ἀδελφῇ ὑποβάλλει. in Oxonienſi. p. 304.	Incip. Fratri vel ſorori in ſuſurrat.
Φυλλ. ξγ. περὶ ἁγνείας καὶ καταστάσεως, παραιν. λς.	Fol. 63. De caſtitate & tranquillitate. admonit. 46.
καὶ ἡ ἀρχή. Παρείκαζε τὴν ἁγνείαν ἀγαπητὲ ἀδελφέ. in Oxon. 306.	Inc. Compara caſtititatem dilecte frater.
Φυλλ. ξδ. περὶ τοῦ μὴ ῥεμβεύεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς	Fol. 64. Quod non huc illuce oculi cir-

ὧδε

Digitized by Google

ὧδε κἀκεῖσε, παραίνεσις. λξ.

καὶ ἡ ἀρχή. ἐν τίνι καταργεῖται ὁ πόλεμος;

φυλλ. ξϛ. Περὶ πραϋπαθείας. παραίνεσις. λη.

ἧς ἡ ἀρχή. Μοναχὲ, οὕτω τῷ χριστῷ ἐπηγγείλας ἀρέσαι. in Oxon. p. 308

φυλλ. ξη. πρὸς ἀνυποτάκτους καὶ περὶ καταστάσεως, καὶ φόβου θεοῦ καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος. παραινεσ. λθ.

καὶ ἡ ἀρχή. Ἀγαπητὲ ἐὰν ἐλθὼν ἀδελφὸς παρακαλέσῃ σε. in Oxon. p. 309.

φυλλ. οδ. περὶ εὐλαβείας. παραιν. μ.

ἧς ἡ ἀρχή. ἀδελφὲ πρόσεχε σφοδρῶς, μὴ ἀπολέσαι τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. in Oxon. p. 315.

Ψυλλ. οϛ. περὶ τῶν ἐκπιπτόντων ἐξ οἰκείας ἀμελείας, καὶ προφασιζομένων προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. παραιν. μα.

ἧς ἡ ἀρχή. ἀδελφὲ τὸν

cumvolvendi ſint, admonit. 37.

Incip. Quomodo aboletur bellum?

Fol. 66. De manſuetudine admonit. 38.

Cujus init. Monache ita Chriſto promiſiſti placere.

Fol. 68. ad inobedientes & de tranquillitate & timore Dei & judicio futuro. admonit. 39.

Inc. Dilecte ſi veniens frater roget te.

Fol. 74. de pietate admonit. 40.

Incip. Frater, cave diligenter ne relinquas rectam viam.

Fol. 76. De cadentibus ſua deſidia, ac prætendentibus varias prophaſes in peccatis, admonit. 41.

Incip. Frater ſi mo-

ωο-

μονηρη βιον ἐπιθυμησας. in Oxon p. 317.

Φυλλ. πβ. πρὸς ἀδελφον ἐκπεσοντα, καὶ περι μετανοιας. παραιν. μβ.

καὶ ἡ ἀρχη. τους ἐν ὑποταγη καθιζομενους. Oxon. p. 322.

Φυλλ. πθ. πρὸς ἵνα ὁ λογος εἴρηται, ὅτι κρεισσον γαμειν ἢ πυρουσθαι. παραιν. μγ.

ἧς ἡ ἀρχη. ἀκουε τοῦ Ἀποστολου λεγοντος. in Oxon. p. 329.

Φυλλ. ϙ. περι ἀγαπης, ἥτις ἐστιν ὁ Χριστος. παραινεσις. μδ.

καὶ ἡ ἀρχη. ἀγαπητε ἐαν ἀξιωθησῃ γνωσεως. in Oxon. 332.

Φυλλ. ϙα, περι ὑπομονης. παραινεσ. με.

καὶ ἡ ἀρχη. ἐφη ὁ κυριος της δοξης. in Oxon. p. 337.

Φυλλ, ϙζ. περι κακοηθειας καὶ ἀμελειας. παραινεσ. μς.

καὶ ἡ ἀρχη. ὃν τροπον ξιφος νευροκοπει ἵππον. in Oxon, 341.

naſticam vitam concupiviſti.

Fol. 82. Ad fratrem cadentem, & de poenitentia admonit. 42.

Incip. in ſtatu ſubjectorum ſedentes.

Fol. 89. ad quem ſermo dictus ſit, quod melius uxorem ducere quam uri. admonit. 43.

Incip. audi apoſtolum dicentem.

Fol. 90. De amore, qui eſt Chriſtus. admonit. 44.

Incip. Dilecte ſi dignus fueris habitus cognitione.

Fol. 91. De patientia. admonit. 45.

Incip. Dixit Dominus gloriæ.

Fol. 97. De mala conſuetudine & negligentia. admonit. 46.

Incip. Quemadmodum gladius nervos incidit equo.

Digitized by Google

φυλλ. ϟθ. περὶ διαφορᾶς τοῦ μοναστικοῦ βίου καὶ τοῦ κοσμικοῦ. παραιν. μζ.	Fol.99. De diſcrimine monaſticæ & ſecularis vitæ admonit. 47.
καὶ ἡ ἀρχὴ ἀγαπητὲ ἀδελφὲ ἐὰν ἀποταξάμενος τῷ βίῳ γένῃ μοναχός. Oxon. 342.	Incip. dilecte frater, ſi renunciaveris vitæ factusque ſis monachus.
φυλλ. ρ. πρὸς εὐλόγιον. παραινεσ. μη.	Fol. 100. Ad Eulogium admonit. 48.
καὶ ἡ ἀρχή. εἰς τὸν τῆς ὑπακοῆς ἀφορῶν. in Oxon p. 333.	Incip. In illum obedientiæ reſpiciens.
φυλλ. ρε. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐμπαθῶς διαγόντων καὶ τιμὰς ἀπαιτούντων. λόγος.	Fol. 105. Ejusdem ad correctionem in cupiditatibus viventium, & honores appetentium.
οὗ ἡ ἀρχή. ἀγωνιῶ ἀδελφοί μου καὶ φρίττω. in Oxon. p. 76.	Incip. Laboro fratres & contremiſco.
φυλλ. ρκγ. περὶ κατανύξεως καὶ σωτηρίας ψυχῆς. λόγος ν.	Fol. 123. De excitatione & ſalute animæ. ſermo 50.
καὶ ἡ ἀρχή, Δεῦτε πάντες ἀδελφοὶ ἀκούσατε in Oxon. p. 19.	Incip. Venite omnes fratres audite.
φυλλ ρκγ. περὶ προσευχῆς. λόγος να.	Fol. 123. De precibus.
οὗ ἡ ἀρχή. μακάριον ὄντως τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. in Oxon. non adeſt.	Inc. beatum omnino non peccare.

Φυλλ. ρκζ. περι ἀγαπης λογος να.	Fol. 127. De amore ſermo 51.
οὗ ἡ ἀρχη. Καλως εἰπεν ὁ Κυριος, ὅτι το φορτιον μου &c. deeſt in Oxon. extat autem in mst. Vindobonenſ. vid. Lambecium Tom. III. p. 108. laudatur hic ſermo in oratione Nyſſeni in Ephrem.	Cujus init. bene dixit Dominus, quod onus meum &c.
Φυλλ. ρκθ. περι ψαλμου λογος. νγ.	Fol. 129. De Pſalmis ſermo 63.
οὗ ἡ ἀρχη. και περι μεν της ἀγαπης. in mst. tantum Vindobonenſi extat.	Incip. Et de amore quidem.
Φυλλ. ρλα. περι νηστειας λογος. νγ.	Fol. 134. De jejunio ſermo 53.
οὗ ἡ ἀρχη ποθεσον την πτωχειαν του Χριστου. Deeſt in Oxon.	Incipit: expete paupertatem Chriſti.
Φυλλ. ρλβ. περι ὧν ἐχει ὁ βιος λογος. νε.	Fol. 132. De iis quæ vita hæc habet. ſermo 53.
και ἡ ἀρχη· ἐννοησωμεν ἀδελφοι, ὅτι οὐδεν ἡμεις. in Oxon-deeſt.in Vindobenenſi 32. extat.eodem tit.hoc init.	Incip. Cogitemus fratres, quod nihil nos &c.
ἐννοησωμεν ἀδελφοι ὁτι	Cogitemus fratres quod nihil no-

οὐδεν

ȣ̓δεν ἡμας ὀφελησει τα περατα τȣ κοσμȣ.

Φυλλ. ρλγ. περι φιλοπτωχειας λογος. νς.

καὶ ἡ ἀρχη. δευτε λοιπον ἀδελφοι περιφρονησωμεν.

in Voſſio tantum extat. F. 1. f. 15.

Φυλλ. ρλε. περι των μακαριων τοπων λογος. νζ.

ȣ ἡ ἀρχη ταυτας τας ἐντολας &c.

Φυλλ. ρλη πως βλασφημειται το θειον, καὶ τινα ἀπαιτει ὁ Θεος, ᾧ ἐστι τιμη καὶ κρατος, ὁ καὶ πασης ἁγιωσυνης δοτηρ; λογος νη.

ȣ ἡ ἀρχη. λεγει ὁ Θεος δια τȣ προφητȣ. tantum in Voſſ. & mst. Vindob. cod. 28.

Φυλλ. ρλθ. ἐρωτησις. τι ἐστιν ὁ λεγει ἀποστολος, δια της παραβασεως τȣ νομȣ τον Θεον ατιμαζειν, καὶ πως ἀτιμαζεται ὁ θεος; ἀποκρισις

bis profuturum ſit, extrema mundi.

Fol. 133. De amore paupertatis ſermo 56.

Incip. ,Venite tandem fratres contemnamus.

Fol. 135. De beatis locis. ſermo 57.

Incip. Hæc præcepta.

Fol. 138. Quomodo blaſphemetur Divinum, & quænam repetat Deus, cui honor & potentia, quique] omnis ſanctificationis dator eſt. ſermo 58.

Incip. Dicit Deus per Prophetam.

Fol. 139. Quæſtio, quid eſt quod dicat apoſtolus, per transgreſſionem legis Deum inhonorare, & quomodo inhoneretur Deus? reſponſio.

R 2 καὶ

καὶ ἡ ἀρχη. ὥςπερ ὁ τὰ γραμματα τȣ βασιλεως.	Incip. Quemadmodum qui Regis literas. apud Voſſ. p. 180.
Φυλλ. ρμε. πως γεγραπται περὶ των αἱρετικων, ὅτι τȣς μισȣντας σε ἐμισησα κυριε, καὶ ἀλλαχȣ εἰρηται ὅτι ὡς τȣς ἐχθρȣς μȣ μισησας ἑαυτȣς; καὶ ἀλλαχȣ, ὅτι ȣ μισησεις παντα ἀνθρωπον. ἀποκρισις.	Fol. 145. Quomodo ſcriptum ſit de hæreticis, quod odio perſequentes te odi Domine & alibi dictum eſt, quod tanquam inimicos odio perſequor eos? & alibi quod non odio perſecuturus ſis omnem hominem, reſponſio.
καὶ ἡ ἀρχη. τȣς αἱρησιωτας ὡς βλασφημȣς &c.	Incip. hæreticos ut blaſphemos.
Φυλλ. αὐτȣ. ποια ἁμαρτια ἐςιν ἀσυγχωρητος? ἐρωτησις. ξ. ἀποκρισις.	Fol eod. Quodnam peccatum eſt irremisſibile? quæſtio & reſponſio.
ἧς ἡ ἀρχη. ἡ εἰς το ἁγιον πνευμα, καὶ ἡ παντων των αἱρετικων.	Incip. Illud in ſpiritum ſanctum, & illud omnium hæreticorum.
Θυλλ ρμζ. ἐρωτησις, ποια ἁμαρτια βαρυτερα, χωρις της αἱρεσεως; ἀποκρισις.	Fol. 47. Quæſtio quale peccatum gravius præter hæreſin: reſponſio.
καὶ ἡ ἀρχη. ὥσπερ πασων των ἀρετων.	Incip. Quemadmodum omnium virtutum.
Φυλλ. αὐτȣ. περὶ με-	Fol. eod. De poe-

τα-

τανοιας λογος: ξβ.

ἡ ἀρχη. κατελθων κυριος ἐκ τȣ κολπȣ.

Φυλλ. ρνδ. περι θεοσεβειαν καὶ περι μετανοιας καὶ κατανυξεως καὶ σωτηριας ψυχης καὶ ἀποταγης τȣ βιȣ λογος παραινετικος. ξγ.

ȣ ἡ ἀρχη. Εγω Εφραιμ ἁμαρτωλος, χαυνος &c. in Oxon p. 126.

Φυλλ. ρνθ. περι μοναζοντας ὁιποιοι ὀφειλȣσιν εἶναι λογος. ξδ.

ȣ ἡ ἀρχη. δει τον νεον ἀσκητην. in Oxon. deeſt. reperitur in cod. Vaticano.

Φυλλ. ρξα. κατανυκτικος λογος, ξε.

ȣ ἡ ἀρχη. Εν μια των ἡμερων ὀρθρȣ μιας &c. in Oxon. p. 110. ubi incipit ἐν μια των ἡμερων ὀρθρȣ λιαν ἀναστας.

Φυλλ. ρξδ. περι μετανοιας λογος. ξς.

ȣ ἡ ἀρχη. μαθωμεν

nitentia ſermo 62.

Incip. Veniens Dominus ex ſinu.

Fol. 153. ad pietatem, & de poenitentia & ſalute animæ & renunciatione vitæ ſermo adhortatorius, 63

Incip. Ego Ephraim peccator, debilis &c.

Fol. 159. Ad monachalem vitam agentes, quales eſſe debeant. ſermo 64.

Incip. Oportet novum monachum.

Fol. 161. Sermo excitans 65.

Incip. Uno die matutino tempore.

Fol. 164. De pœnitentia ſermo 66.

Incip. Diſcamus

Digitized by Google

ἁμαρτωλοι ἐυσπλαγχνιαν. Deeſt in Oxonienſi codice.

peccatores miſericordiam.

Φυλλ. ρξζ. περι των παθων λογος. ξζ.

Fol. 167. De paſſionibus ſermo 67.

ȣ ἡ ἀρχη. Θελω εἰπειν ἐνωπιον της δοξης σȣ. in Oxon. p. 100.

Fncip. Volo loqui coram gloria tua.

Φυλλ. ρο. περι ἀληθȣς ἀποταγης και ὀν τροπον ἐυρηση ψυχη τον θεον, δι' ἡν και ἠλθεν ὁ κυριος λογος. ξη.

Fol. 170. De vera abnunciatione & quomodo inventura ſit anima Deum, propter quam & venit Dominus: ſermo 68.

ἡ ἀρχη. ὁ την ἡσυχιαν &c.

Incip. Qui quietem (expetit.)

Φυλλ. ροϐ. περι φοβȣ κυριȣ λογος ξθ.

Fol. 172. De timore Domini. ſermo 69.

ȣ ἡ ἀρχη. μακαριος ἀνθρωπος ἐκεινος. in Oxon. p. 2.

Incip. Beatus homo ille.

Φυλλ. ρογ. περι ἀφοϐιας λογος. ο.

Fol. 173. De animo timore carenti.

ȣ ἡ ἀρχη. ὁ δε μη ἐχων φοϐον. in Oxon. p 3.

Incip. non habens timorem.

Φυλλ. αὐτȣ. περι ἀγαπης, λογος. οα.

Fol. eod. De amore ſermo 71.

ἡ ἀρχη. μακαριος ὁ ἐχων ἀγαπην θεȣ. in Oxon. p. 2.

Incip. beatus habens amorem Dei.

Φυλλ. ροε. περι των μη ἐχοντων ἀγαπην λογος. οβ.

Fol. 175. De non habentibus amorem. ſermo 72.

ȣ

οὗ ἡ ἀρχή· ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος &c. in Oxon. p. 3.

φυλλ. αὐτῷ. περὶ μακροθυμίας λόγος. ογ.

οὗ ἡ ἀρχή. μακάριος ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. Oxon. p. 3.

φυλλ. ρος. περὶ τῶν μὴ ἐχόντων μακροθυμίαν.

οὗ ἡ ἀρχή. ὁ μὴ ἔχων &c. in Oxon. p. 3.

φυλλ. αὐτῷ. περὶ ὑπομονῆς.

ἡ ἀρχή· Μακάριος ἀδελφοί, ὅστις ὑπομονὴν ἐκτήσατο. in Oxonienſi' p. 4.

Incip. Miſer & afflictus.

Fol. cod. de longanimitate. ſermo 73.

Incip. Beatus vere homo iſte.

Fol. 176. De non habentibus longanimitatem.

Incip. Non habens.

Fol. eod. De patientia.

Incip. Beatus, fratres qui patientiam conſecutus eſt.

Atque hæc hactenus de Moſcuenſibus aliisque rarioribus paſſim latentibus Ephremianorum operum Græcis manuſcriptis. (q) ex quibus dilucide opinor apparebit, Oxonienſem Græcam editionem, ſatis accuratam illam quidem, magnoque cum ſtudio confectam, multis tamen partibus adhuc augeri, reſtitui

(a) Teſte enim *Combefiſio* in biblioth. concionat. ſuperiori jam ſeculo clerus Gallicanus in publico quodam conventu D. Joh. *Auberto* collegii Laudunenſis præpoſito, ejusdem cleri interpreti demandaverat, ut S. *Ephremi* opera utraque lingua evulgaret. Ac cœpta etiam, *Combefiſius* inquit eſt editio, Vitreanis typis, ſed non ultra 60 folia perdu-

Digitized by Google

ſtitui ac locupletari poſſe, minimeque inanem illum operam ſumturum, qui de nova aliqua ad præſtantiſſimorum vetuſtiſſimorumque codicum fidem exacta, græco latina editione, quæ jam olim quidem incepta ſed non abſoluta eſt, conficienda cogitaret. Prima autem omniumque antiquiſſima ei cura eſſe deberet, ut quæ falſa ſunt, nomenque Ephraimi aperte mentiuntur ſcripta, a veris germaniſque diligentius circumſpectiusque, quam adhuc factum eſt, ſecerneret. ad quod recte faciendum, ſedula multaque ſcriptorum

perducta, cum ſegnius agenti *Auberto* mors incidit &c. De hac editione celeberrimus *Tillemontius* in memor. Gallic. Tom. VIII. p. 746 in not. le celebre, inquit, imprimeur Antoine Vitré a fait voir autre fois a M. Herman, un eſſai qu'il avoit imprimé du Grec de S. Ephrem, ſur un manuſcrit que le Cardinal Barberin avoit envoyé a Monſr. Aubert, qui nous a donné S. Cyrille d'Alexandrie; mais on ne croit point, que cette premiere feuille ait eu de ſuite Editionem hanc tamen Aubertianam perficiendi conſilium abbas quidam ceperat in Gallia, Burgeois gallice vocatus, ac ſine dubio eam perſeciſſet, niſi codicum mst ſubſidio fuiſſet deſtitutus. quos licet totius cleri gallicani nomine e Vaticana ſibi expeteret; non potuit tamen accipere conf. *Tillemont*. c. l. Cæterum novam accuratiorem locupletioremque Ephremianorum operum edit. requirere etiam videtur *Caſimirus Oudinus* in commentar. de ſcript. Eccleſ. p. 526. ſic tradens. *Hac de manuſcr: a me obſrevata ſunt &c. ad futuram correctiorem ſimul & ampliorem omnium S. Ephremi operum editionem, quam nonnulli optarunt eruditi viri* Inprimis hanc exoptarunt *Bollandus* in actis ſanct. Tom. I. Febr. p. 52. Du Pin. in nova bibl. Eccleſ. Tom. II. p. 150. & 151. *Cotelerius* in monument. Tom. III. p. 151.

Digitized by Google

ptorum ipſius lectio, accurataque ſtili cognitio requiritur. Dehinc ſedulo in id incumbendum, ut inter plurimas variantes lectiones optima veriſſimaque ſemper eligatur, eaque ex parallelis etiam, ſi aliunde non liceat, locis quandoque eruatur. Neque minus opera danda, ut quæ ſuperflua vel bis poſita identidem occurrunt, ſedulo omiſſis, ineditorum præcipue ratio habeatur. Denique negligendæ non eſſent aliæ etiam Ephremi verſiones, inprimis Arabica & Slavonica. quippe quæ ex antiquiſſimis maximaque fide dignis codicibus olim translata dubium non eſt quin ad verum ſcriptoris ſenſum expiſcandum accuratamque latinam verſionem concinnandam plurimum conferre poſſint.

§. 4.

Miſſis nunc Græcis: ad latina Ephremi opera convertimur. quæ ut ætate, ita & *ἀκρίβεια*, elegantia, puritateque græcis longiſſime ſunt poſtponenda. Pontificiam merito hanc verſionem latinam dixeris, quam unice Pontificii venerantur, ſolique concinnarunt. Suo jam tempore ſermones aliquot latine verſos extitiſſe *Vincentius Bellovacenſis* in ſpeculo Hiſtor. lib. XIV, cap. 8. (a) & *Johann. Trithemius* in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, commemo-

(a) Ibi ſeptem opuſcula Ephremi Syri latine verſa ſuo tempore extitiſſe narrat, quibus *Trithemius* ſequentia adjungit: *de contritione cordis, de cogitationibus, de prædicatione*

morant. At neque auctorum, qui interpretati ſunt, nomina, nec ſermones fortaſſe ipſi ad memoriam noſtram transmiſſi ſunt. ut parum adeo nihilve de iis conſtet. quamquam *Caſimirus Oudinus* cit. loc. has ipſas antiquas verſiones a *Vincentio Bellovacenſi* indicatas hodienum in manuſcriptis Anglicis ſupereſſe credit. Utcunque iſta ſe habeant: primus, qui nobis innotuit latinus Ephremianorum operum interpres ac μεταφραςης, *Ambroſius* quidam eſt, monachus Camaldulenſis, ſeculo decimo quinto, & ſexto clarus. quem magni nominis Virum *Oudinus* vocat. (c) Quod elogium tametſi merita illius quodammodo ſuperare videatur: negari tamen nequit, in Græcis quibusdam ſcriptoribus in latinam linguam convertendis laudabilem operam præſtitiſ-

tione dura, de celebratione dura, de planctu ſuper Edeſſa urbe. conf. D. Fabr. B. G. Vol. V. p. 332. Cæterum quam barbaro & inficeto plane dicendi genere antiquæ illæ verſiones conſcriptæ ſint, vel ex ipſo ſermonum titulo: de *prædicatione dura, de celebratione dura* &c. intelligitur. meminit & Tenzelius c. I. p. 280. codicis cujusdam ms. Lipſienſis, ſex libros Ephremi de compunctione animæ continentis, qui ante Camaldulenſis tempora ſcriptus ei viſus ſit. Cujuſmodi & aliam verſionem extitiſſe ex Floro Diacono colligi ibidem tradit.

(c) Eundem abbatem totiusque ordinis præfectum vocat; neſcio antem quo fundamento cum & ipſe ſe monachum Camaldulenſem vocet, & ab omnibus, qui mentionem ejus inferunt, auctoribus hoc titulo afficiatur. Errorem itaque ſine dubio hic commiſit *Oudinus*: ex eo fortaſſe ortum, quod Venerabilis, ut vocant, abbatis Cluniacenſis librum, qui *Ambroſii* translationibus annexus quandoque reperitur, ad Ambroſium ipſum pertinere credidit.

ſtitiſſe. Nam præter alia græcorum doctorum ſcripta, *Johannis Climaci*, abbatis montis Sinai librum aſceticum quem ſcalam paradiſi vocat (d) & *Sophronii* Patriarchæ Hieroſolymitani libellum, pratum ſpirituale dictum, latine vertit. (e) Eandem in ſermones aliquot Ephremi Syri aſceticos transferendos curam impendit. qui tamen utrum ex Syriaco ipſo, an Græca μεταφρασει converſi rectius dicantur: dubium cuipiam videri queat. Poſtremum aſſerit celeberrimus Vir *Andreas Rivetus* in critico ſacro (f) *Ambroſius*, inquit, *Camaldulenſis monachus, ſermones ſub Ephremi nomine non paucos e Græco in latinum converſos emiſit, qui anno 1547. Coloniæ ex Noveſiana officina prodierunt.* Primum elici poſſe videtur ex vita *Ambroſii* hujus, ab Auguſtino Florentino contexta, hiſtoriæque ipſius Camaldulenſi inſerta: ubi hæc inter alia leguntur: *delatum ad eum eſt e Syria B. Ephremi, Eremitæ Syri volumen egregium, quod in latinum nunquam eatenus prodierat. Id igitur latinitate donatum ipſi Coſmo (Medici) obtulit.* Dubium hoc quidem omne ſolvere ſe putat

(d) Hoc ſcriptum, jam ante, ut ex præfatione colligitur, translatum correctiori tantummodo verſione aliqua donavit.

(e) Hæ duæ translationes Coloniæ Agrippinæ, ſumptibus Bernardi Gualtheri anno 1924, una cum ineptisſimis illis abbatis Cluniacenſis miraculorum libris octava forma junctim prodierunt.

(f) Vid. *Andreæ Riveti Criticum ſacrum* qui Lipſiæ 1690 8vo. editus. lib. III. cap. 21. p 335. ubi de Ephremi ſcriptis agit. in Operib. ejus Tom. II. p. 1041.

tat *Tenzelius* l. c p. 280. ſic pronuncians. *Cave autem ex Auguſtini verbis colligas, Ambroſium ex Syriaco, nativoque Ephremi idiomate vertiſſe. nam ex Græco tantum illum transtuliſſe, ex ipſa præfatione* (g) *manifeſtiſſime colligitur.* Neſcio tamen an dubio huic plane ſatisfactum ſit. illa certe qua *Tenzelii* ſolutio nititur argumentatio non ſufficit. Nimirum ad verba illa Camaldulenſis in præfatione provocat, qua mera uſus allegoria, Ephremum, ut ſenem aliquem e Syria profectum introducit, quem, cum in confabulando Græcum eſſe ſenſerit, in cellam invitatum, latine etiam loqui ut diſcat, rogaverit. ac per verba illa, *animadverterit Græcæ locutionis gnarum*, nihil aliud, niſi verſionem Græcam, quam in latinam converterit, indicari tenet. ad quam tamen meo quidem judicio non reſpexit, nihil aliud hic ſibi volens, quam ut in græcam etiam linguam aliquando jam traducta eſſe Ephremi ſcripta innuat. (h) Verum hæc aliis dijudicanda relinquentes, de tempore quo verſio hæc primum prodierit, diſpiciemus. Oudino auctore prima editio prodiit Brixiæ 1490; recuſa deinde Argentorati 1500 in 12. Coloniæque 1547, 8. At plerique alii ſcriptores Argentoratenſem illam editionem anno 1509 divulgatam primam eſſe ajunt. Colonienſem autem

(g) Totam hanc præfationem operi ſuo inſeruit, *Lambecius* in Bibl. Vindobon. citato loco.

(h) Conf. Tenzelii Exercitat. ſelect: p. 280. ſeq.

tem anno 1547. impreſſam Ambroſianæ verſionis eſſe propterea negat Tenzelius, quod & Voſſius ſermonem ex ea adducens incertum ejus auctorem pronunciat, & is ipſe, quem adduxit, ſermo (ſcilicet *de transfiguratione Domini*) in Vindobonenſi codice non apparet. quo accedit, quod Centuriæ Magdeburgenſes, dum Colonienſem hanc editionem commemorant, eſſe in ea addunt, quæ Camaldulenſem auctorem non agnoſcant. (i) Cæterum Ambroſiana hæc verſio non plures quam novendecim ſermones in latinum translatos complectitur. In his poſtremus eſt de laudibus Joſephi, qui in Oxonienſi editione p 234 reperitur, huncque titulum præfert τȣ μακαριȣ καὶ ὁσιωτατȣ πατρὸς ἡμων Εφραιμ καὶ οικȣμενικȣ διδασκαλȣ λογος εις τον παγκαλον Ιωσηφ, quem e monaſterio quodam acceptum reliquis tandem a ſe translatis adjecit.(k) Nec dubium eſt, quin, ſi vita illi diuturnior conceſſa eſſet, reliqua plura Ephremi ſcripta in latinam converſa linguam fuiſſet emiſſurus.

(i) Emendandus igitur & corrigendus præter Oudinum eſt RIVETUS, qui in crit. ſac. p. 336. Colonienſem hanc editionem Ambroſianam verſionem continere putat.

(k) Hunc pro inedito habuiſſe videtur Tenzelius, inque manuſcripto Vindobonenſi, quod Lambecio T. I. B. V. p. 119. teſtante præter viginti alios ſermones ab Ambroſio translatos & hunc complectitur, tantummodo extare crediddiſſe. Verum ex Bibl Græca. cit. loc p. 83. patet, impreſſis reliquis & hunc adjectum eſſe. Aliæ igitur ſint neceſſe eſt binæ illæ, quæ in codice Vindobon. nondum impreſſæ continentur, homiliæ.

rus. Quod reliquum eſt verſioni huic non multum adeo eruditi tribuunt, eamque ad fontem licet accurate ſatis expreſſam, æque tamen ut latinas reliquas interpolatam ac depravatam cenſent. Verſionem ipſam inſpicere nobis non licuit, raro obviam. Quantum tamen ex aliis duabus, quæ hunc virum auctorem habent, verſionibus, a Venerando D. *Fabritio* nobis præſtitis, nimirum *Johannis Climaci* & *Sophronii* Patriarchæ intelligimus: in dicendo ſatis quidem eſſe videtur planus ac perſpicuus, nec in transferendo indiligens: dictio tamen ejus pura minus eſt ac caſtigata. barbara enim ſæpe minusque latina adhibet vocabula, interdum & ſolæciſmis aliisque orationis vitiis indulget. (l) Longe profecto hac parte eum antecedit, alter ille, cujus nunc quoque verſionem breviter expoſituri ſumus, interpres, *Petrus Franciſcus Zinus*, oppido ſane perſpicuus, elegans & diſertus. Hujus

(l) Exempli loco ſit initium Capit. III. Verſionis *Climaci*, gradus 16. quod tale eſt: *Spiritualem omnem operationem viſibilem ſive intellectualem præcedit propoſitum noſtrum optimumque deſiderium, quæ ex cooperatione Dei in nobis fiunt. Niſi enim priora præceſſerint, ſecundum ſubſequi non ſolet. Si tempus omni rei ſub coelo eſt, ut ait Eccleſiaſtes, inter homines vero noſtræ quoque converſationis ſacratæ tares conſtat: inſpiciamus diligentius* &c. Studuiſſe tamen aliquantulum ſermonis puritati, ſibique fortaſſe ipſi ſatis latinum fuiſſe viſum; ex præfatione ejus in Climaci verſionem liquet; quam ſe latinius convertiſſe putat.

jus verſionem aliqui Dillingæ anno 1562. curante auctore prodiiſſe putant. quibus contradicens *Tenzelius* Dillingianam illam, quam ipſe poſſedit, editionem, cura *Jacobi Menchbuſii, Belſtani*, qui ex duobus codicibus manuſcriptis latinis eam correxerit, anno 1563 in lucem demum emiſſam refert. Aliam autem plane eſſe ſuſpicor Dillingianam hanc editionem ab illa, quæ Venetiis anno 1574. impreſſa eſt. Quam enim in illa Ephremianorum opuſculorum diviſionem ſe inveniſſe refert *Tenzelius*, quorum prior pars libellis quinque de tremendo die judicii & reſurrectione univerſali, de jucunditate & gaudio ſupernorum civium & regni cœlorum, de munditia animæ & laudibus Chriſti, poſterior autem ſermonibus de defectu religionis, de pœnitentia &c. conſtet, hanc inquam diviſionem in illa, quæ mihi præſto eſt, editione omnino non reperio. Præmiſſis enim ibi de virtutibus ac vitiis, Ephremi ſermonibus, ſequitur homilia de linguæ morbo, cæterisque vitiis, hanc excipit ſermo de pœnitentia & confeſſione, hanc Ephremi ipſius confeſſio, ſuique ipſius reprehenſio, aliique varii generis ſermones, quibus in fine tandem ſubjungitur Ephremi vita, Gregorio Nyſſeno adſcripta. nulla hic binas in partes diviſio, nullus hic ſermo de reſurrectione univerſali. nullus de munditia animæ & laudibus Chriſti, defectuque religionis occurrit. cujusmodi nec ullos unquam ab Ephremo conſcriptos legiſſe memini. Unde in

cam

eam propemodum ſuſpicionem adducor, ut credam, diverſam plane non modo editionem ſed & verſionem *Tenzelium* incidiſſe. Magis fortaſſe illâ Venetæ noſtræ reſpondet, quæ *Geſnero, Simlero, Labbeo*, aliisq; teſtibus 1562 Dillingæ prodiit. Quamvis enim hoc anno aliquam ibi Ephremi editionem in lucem unquam exiiſſe neget *Tenzelius*: fides hic tamen tribuenda omnino eſt B. *Ittigio*, qui in bibliotheca patrum p. 73 præſto ſe habuiſſe affirmat S. Ephremi opera, P. Franciſco Zino interprete e Græca lingua in litinam verſa, annoque 1562. apud Sebaldum Mayerum Dillingæ impreſſa. Idem etiam colligi poſſe videtur ex præfatione editioni Venetæ præmiſſa, cujus hoc eſt initium: *Quatuor hi ſancti viri Auguſtine Pontifex humaniſſime, quos ego e Græciæ tenebris, quibus multis jam ſeculis delituerant, in latii lucem ſuperioribus annis eduxi, & variis epiſcopis commendavi.* Saltim jam ante verſionem hanc ipſam ab auctore editam, non nulliſque epiſcopis dedicatam clariſſime hinc perſpicitur. Verum hæc alii, quibus & reliquæ editiones in promtu ſunt, diligentius examinabunt. Nos de *Zini* verſione ipſa paucula addemus. Titulus talis eſt. *Præclara ac divina quædam quatuor doctrina & ſanctitate illuſtrium abbatum, Ephraem, Nili, Marci & Eſaiæ* opera: e *Græco in latinum converſa, Petro Franciſco Zino* Canonico *Veronenſi interprete. Venetiis apud Bologninum Zaltenum* 1574. 8. Quod ad ſermones attinet in hac Ziniana verſione con-

ten-

tentos, qui quadraginta circiter numero ſunt, argumento nonſolum & dicendi genere ſed & ordine aliisque circumſtantiis ab Ambroſianis plane diverſos ac diſcrepantes reperi.(l) ſtilus præterea quo uterque utitur eſt diſſimillimus. obſcuram ille minimeque cultam & emendatam dictionem paſſim ſequitur, textuique ad verbum exprimendo accurate nimis ſtudens, puritatem ſæpe negligit, perſpicuitatemque amittit. Hic vero majori in transferendo libertate uſus, non adeo ſolicite quidem literæ inhæret: caſtitatis vero elegantiæque latini ſermonis utique eſt obſervantiſſimus: omniaque in eo plana perſpicua, & aperta ſunt. nec dubitamus, quin hæc Zini verſio, cum fructu ab eo, qui verſionem aliquam Ephremianorum operum latino græcam aliquando concinnandam ſuſciperet, poſſet adhiberi.

S Tertius

(m) Ambroſianæ, quod miror, verſionis ne verbulo quidem meminit, nec aliter ſubinde loquitur, quam ſi nulla unquam latina Ephremi verſio hactenus extitiſſet, primusque ipſe eſſet, qui latine eum verterit. e. g. in his verbis præfationis, *dum ſanctiſſimum quendam ſenem, qui multis jam ſæculis poene mutus ac ſordidus in tenebris jacebat, excitarem, ut latine a me loqui edoctus, & veſtimentis paulo elegantioribus exornatus tibi meo nomine gratularetur.* Fortaſſe autem ſtudio facit ut Ambroſianam verſionem diſſimulet, quemadmodum & Voſſius, qui tamen multo eo impudentior, tota ſæpe loca in verſionem ſuam transſcripſit. a qua culpa Zinum video alienum eſſe, niſi quod & ipſe, perinde ac Voſſius, inventionem illam de ſene ex Syria profecto, latinoque loqui docto, in præfatione ſuam fecerit.

ἁμαρτωλοι ἐυσπλαγχνιαν. Deeſt in Oxonienſi codice.	peccatores miſericordiam.
Φυλλ. ρξζ. περι των παθων λογος. ξζ.	Fol. 167. De paſſionibus ſermo 67.
οὗ ἡ ἀρχη. Θελω ειπειν ἐνωπιον της δοξης σου. in Oxon. p. 100.	Fncip. Volo loqui coram gloria tua.
Φυλλ. ρο. περι ἀληθους ἀποταγης και ὃν τροπον ἑυρησῃ ψυχη τον θεον, δι᾽ ἣν και ἦλθεν ὁ κυριος λογος. ξη.	Fol. 170. De vera abnunciatione & quomodo inventura ſit anima Deum, propter quam & venit Dominus: ſermo 68.
ἡ ἀρχη. ὁ την ἡσυχιαν &c.	Incip. Qui quietem (expetit.)
Φυλλ. ροβ. περι φοβου κυριου λογος ξθ.	Fol. 172. De timore Domini. ſermo 69.
οὗ ἡ ἀρχη. μακαριος ἀνθρωπος ἐκεινος. in Oxon. p. 2.	Incip. Beatus homo ille.
Φυλλ. ρογ. περι ἀφοβιας λογος. ο.	Fol. 173. De animo timore carenti.
οὗ ἡ ἀρχη. ὁ δε μη ἐχων φοβον. in Oxon. p 3.	Incip. non habens timorem.
Φυλλ. αὐτῷ. περι ἀγαπης, λογος. οα.	Fol. eod. De amore ſermo 71.
ἡ ἀρχη. μακαριος ὁ ἐχων ἀγαπην θεου. in Oxon. p. 2.	Incip. beatus habens amorem Dei.
Φυλλ. ροε. περι των μη ἐχοντων ἀγαπην λογος. οβ.	Fol. 175. De non habentibus amorem. ſermo 72.

Digitized by Google

ȣ ἡ ἀρχη· ἀθλιος ϗ ταλαιπωρος &c. in Oxon. p. 3.	Incip. Miſer & afflictus.
Φυλλ. αὐτȣ. περι μακροθυμιας λογος. ογ.	Fol. cod. de longanimitate. ſermo 73.
ȣ ἡ ἀρχη. μακαριος ἀληθως ὁ ἀνθρωπος ἐκεινος. Oxon. p. 3.	Incip. Beatus vere homo iſte.
Φυλλ. ρος. περι των μη ἐχοντων μακροθυμιαν.	Fol. 176. De non habentibus longanimitatem.
ȣ ἡ ἀρχη. ὁ μη ἐχων &c. in Oxon. p. 3.	Incip. Non habens.
Φυλλ. αὐτȣ. περι ὑπομονης.	Fol. eod. De patientia.
ἡ ἀρχη· Μακαριος ἀδελφοι, ὁςις ὑπομονην ἐκτησατο. in Oxonienſi' p. 4.	Incip. Beatus, fratres qui patientiam conſecutus eſt.

Atque hæc hactenus de Moſcuenſibus aliisque rarioribus paſſim latentibus Ephremianorum operum Græcis manuſcriptis. (q) ex quibus dilucide opinor apparebit, Oxonienſem Græcam editionem, ſatis accuratam illam quidem, magnoque cum ſtudio confectam, multis tamen partibus adhuc augeri, reſtitui

(a) Teſte enim *Combefiſio* in biblioth. concionat. ſuperiori jam ſeculo clerus Gallicanus in publico quodam conventu D. Joh. *Auberto* collegii Laudunenſis præpoſito, ejusdem cleri interpreti demandaverat, ut S. *Ephremi* opera utraque lingua evulgaret. Ac cœpta etiam, *Combefiſius* inquit eſt editio, Vitreanis typis, ſed non ultra 60 folia perdū-

Digitized by Google

ſtitui ac locupletari poſſe, minimeque inanem illum operam ſumturum, qui de nova aliqua ad præſtantiſſimorum vetuſtiſſimorumque codicum fidem exacta, græco latina editione, quæ jam olim quidem incepta ſed non abſoluta eſt, conficienda cogitaret. Prima autem omniumque antiquiſſima ei cura eſſe deberet, ut quæ falſa ſunt, nomenque Ephraimi aperte mentiuntur ſcripta, a veris germaniſque diligentius circumſpectiusque, quam adhuc factum eſt, ſecerneret. ad quod recte faciendum, ſedula multaque ſcriptorum

perducta, cum ſegnius agenti *Auberto* mors incidit &c. De hac editione celeberrimus *Tillemontius* in memor. Gallic. Tom. VIII. p. 746 in not. le celebre, inquit, imprimeur Antoine Vitré a fait voir autre fois a M. Herman, un eſſai qu'il avoit imprimé du Grec de S. Ephrem, ſur un manuſcrit que le Cardinal Barberin avoit envoyé a Monſr. Aubert, qui nous a donné S. Cyrille d'Alexandrie; mais on ne croit point, que cette premiere feuille ait eu de ſuite Editionem hanc tamen Aubertianam perficiendi conſilium abbas quidam ceperat in Gallia, Burgeois gallice vocatus, ac ſine dubio eam perfeciſſet, niſi codicum mſt ſubſidio fuiſſet deſtitutus. quos licet totius cleri gallicani nomine e Vaticana ſibi expeteret; non potuit tamen accipere conf. *Tillemont.* c. l. Cæterum novam accuratiorem locupletioremque Ephremianorum operum edit. requirere etiam videtur *Caſimirus Oudinus* in commentar. de ſcript. Eccleſ. p. 526. ſic tradens. *Hæc de manuſcr: a me obſrevata ſunt &c. ad futuram correctiorem ſimul & ampliorem omnium S. Ephremi operum editionem, quam nonnulli optarunt eruditi viri* Inprimis hanc exoptarunt *Bollandus* in actis ſanct. Tom. I. Febr. p. 52. Du Pin in nova bibl. Eccleſ. Tom. II p. 150. & 151. *Cotelerius* in monument. Tom. III. p. 151.

Digitized by Google

ptorum ipſius lectio, accurataque ſtili cognitio requiritur. Dehinc ſedulo in id incumbendum, ut inter plurimas variantes lectiones optima veriſſimaque ſemper eligatur, eaque ex parallelis etiam, ſi aliunde non liceat, locis quandoque eruatur. Neque minus opera danda, ut quæ ſuperflua vel bis poſita identidem occurrunt, ſedulo omiſſis, ineditorum præcipue ratio habeatur. Denique negligendæ non eſſent aliæ etiam Ephremi verſiones, inprimis Arabica & Slavonica. quippe quæ ex antiquiſſimis maximaque fide dignis codicibus olim translata dubium non eſt quin ad verum ſcriptoris ſenſum expiſcandum accuratamque latinam verſionem concinnandam plurimum conferre poſſint.

§. 4.

Miſſis nunc Græcis: ad latina Ephremi opera convertimur. quæ ut ætate, ita & *ἀκρίβεια*, elegantia, puritateque græcis longiſſime ſunt poſtponenda. Pontificiam merito hanc verſionem latinam dixeris, quam unice Pontificii venerantur, ſolique concinnarunt. Suo jam tempore ſermones aliquot latine verſos extitiſſe *Vincentius Bellovacenſis* in ſpeculo Hiſtor. lib. XIV, cap. 8. (a) & *Johann. Trithemius* in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, commemo-

(a) Ibi ſeptem opuſcula Ephremi Syri latine verſa ſuo tempore extitiſſe narrat, quibus *Trithemius* ſequentia adjungit: *de contritione cordis, de cogitationibus, de prædicatione*

morant. At neque auctorum, qui interpretati ſunt, nomina, nec ſermones fortaſſe ipſi ad memoriam noſtram transmiſſi ſunt. ut parum adeo nihilve de iis conſtet. quamquam *Caſimirus Oudinus* cit. loc. has ipſas antiquas verſiones a *Vincentio Bellovacenſi* indicatas hodienum in manuſcriptis Anglicis ſupereſſe credit. Utcunque iſta ſe habeant: primus, qui nobis innotuit latinus Ephremianorum operum interpres ac *μεταφραστης*, *Ambroſius* quidam eſt, monachus Camaldulenſis, ſeculo decimo quinto, & ſexto clarus. quem magni nominis Virum *Oudinus* vocat. (c) Quod elogium tametſi merita illius quodammodo ſuperare videatur: negari tamen nequit, in Græcis quibusdam ſcriptoribus in latinam linguam convertendis laudabilem operam præſtitiſ-

tione dura, de celebratione dura, de planctu ſuper Edeſſa urbe. conf. D. Fabr. B. G. Vol. V. p. 332. Cæterum quam barbaro & inficeto plane dicendi genere antiquæ illæ verſiones conſcriptæ ſint, vel ex ipſo ſermonum titulo: de *prædicatione dura, de celebratione dura* &c. intelligitur. meminit & Tenzelius c. I. p. 280. codicis cujusdam ms. Lipſienſis, ſex libros Ephremi de compunctione animæ continentis, qui ante Camaldulenſis tempora ſcriptus ei viſus ſit. Cujusmodi & aliam verſionem extitiſſe ex Floro Diacono colligi ibidem tradit.

(c) Eundem abbatem totiusque ordinis præfectum vocat; neſcio autem quo fundamento cum & ipſe ſe monachum Camaldulenſem vocet, & ab omnibus, qui mentionem ejus inferunt, auctoribus hoc titulo afficiatur. Errorem itaque ſine dubio hic commiſit *Oudinus*: ex eo fortaſſe ortum, quod Venerabilis, ut vocant, abbatis Cluniacenſis librum, qui *Ambroſii* translationibus annexus quandoque reperitur, ad Ambroſium ipſum pertinere credidit.

Digitized by Google

ſtitiſſe. Nam præter alia græcorum doctorum ſcripta, *Johannis Climaci*, abbatis montis Sinai librum aſceticum quem ſcalam paradiſi vocat (d) & *Sophronii* Patriarchæ Hieroſolymitani libellum, pratum ſpirituale dictum, latine vertit. (e) Eandem in ſermones aliquot Ephremi Syri aſceticos transferendos curam impendit. qui tamen utrum ex Syriaco ipſo, an Græca μεταφράσει converſi rectius dicantur: dubium cuipiam videri queat. Poſtremum aſſerit celeberrimus Vir *Andreas Rivetus* in critico ſacro (f) *Ambroſius*, inquit, *Camaldulenſis monachus, ſermones ſub Ephremi nomine non paucos e Græco in latinum converſos emiſit, qui anno 1547. Coloniæ ex Noveſiana officina prodierunt.* Primum elici poſſe videtur ex vita *Ambroſii* hujus, ab Auguſtino Florentino contexta, hiſtoriæque ipſius Camaldulenſi inſerta: ubi hæc inter alia leguntur: *delatum ad eum eſt e Syria B. Ephremi, Eremitæ Syri volumen egregium, quod in latinum nunquam eatenus prodierat. Id igitur latinitate donatum ipſi Coſmo (Medici) obtulit.* Dubium hoc quidem omne ſolvere ſe putat

(d) Hoc ſcriptum, jam ante, ut ex præfatione colligitur, translatum correctiori tantummodo verſione aliqua donavit.

(e) Hæ duæ translationes Coloniæ Agrippinæ, ſumptibus Bernardi Gualtheri anno 1924, una cum ineptisſimis illis abbatis Cluniacenſis miraculorum libris octava forma junctim prodierunt.

(f) Vid. *Andreæ Riveti Criticum ſacrum* qui Lipſiæ 1690 8vo. editus. lib. III. cap. 21. p. 335. ubi de Ephremi ſcriptis agit, in Operib. ejus Tom. II. p. 1041.

tat *Tenzelius* l. c p. 280. ſic pronuncians. *Cave autem ex Auguſtini verbis colligas, Ambroſium ex Syriaco, nativoque Ephremi idiomate vertiſſe. nam ex Græco tantum illum transtuliſſe, ex ipſa præfatione* (g) *manifeſtiſſime colligitur.* Neſcio tamen an dubio huic plane ſatisfactum ſit. illa certe qua *Tenzelii* ſolutio nititur argumentatio non ſufficit. Nimirum ad verba illa Camaldulenſis in præfatione provocat, qua mera uſus allegoria, Ephremum, ut ſenem aliquem e Syria profectum introducit, quem, cum in confabulando Græcum eſſe ſenſerit, in cellam invitatum, latine etiam loqui ut diſcat, rogaverit. ac per verba illa, *animadverterit Græcæ locutionis gnarum*, nihil aliud, niſi verſionem Græcam, quam in latinam converterit, indicari tenet. ad quam tamen meo quidem judicio non reſpexit, nihil aliud hic ſibi volens, quam ut in græcam etiam linguam aliquando jam traducta eſſe Ephremi ſcripta innuat. (h) Verum hæc aliis dijudicanda relinquentes, de tempore quo verſio hæc primum prodierit, diſpiciemus. Oudino auctore prima editio prodiit Brixiæ 1490; recuſa deinde Argentorati 1500 in 12. Coloniæque 1547, 8. At plerique alii ſcriptores Argentoratenſem illam editionem anno 1509 divulgatam primam eſſe ajunt. Colonienſem autem

(g) Totam hanc præfationem operi ſuo inſeruit, *Lambecius* in Bibl, Vindobon, citato loco.

(h) Conf, Tenzelii Exercitat, ſelect: p. 280. ſeq.

tem anno 1547. impreſſam Ambroſianæ verſionis eſſe propterea negat Tenzelius, quod & Voſſius ſermonem ex ea adducens incertum ejus auctorem pronunciat, & is ipſe, quem adduxit, ſermo (ſcilicet *de transfiguratione Domini*) in Vindobonenſi codice non apparet. quo accedit, quod Centuriæ Magdeburgenſes, dum Colonienſem hanc editionem commemorant, eſſe in ea addunt, quæ Camaldulenſem auctorem non agnoſcant. (i) Cæterum Ambroſiana hæc verſio non plures quam novendecim ſermones in latinum translatos complectitur. In his poſtremus eſt de laudibus Joſephi, qui in Oxonienſi editione p 234 reperitur, huncque titulum præfert τȣ μακαρίȣ καὶ ὁσιωτάτȣ πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ καὶ οἰκȣμενικȣ̃ διδασκάλȣ λόγος εἰς τὸν πάγκαλον Ἰωσὴφ, quem e monaſterio quodam acceptum reliquis tandem a ſe translatis adjecit. (k) Nec dubium eſt, quin, ſi vita illi diuturnior conceſſa eſſet, reliqua plura Ephremi ſcripta in latinam converſa linguam fuiſſet emiſſurus.

(i) Emendandus igitur & corrigendus præter Oudinum eſt RIVETUS, qui in crit. ſac. p. 336. Colonienſem hanc editionem Ambroſianam verſionem continere putat.

(k) Hunc pro inedito habuiſſe videtur Tenzelius, inque manuſcripto Vindobonenſi, quod Lambecio T. I. B. V. p. 119. teſtante præter viginti alios ſermones ab Ambroſio translatos & hunc complectitur, tantummodo extare crediaiſſe. Verum ex Bibl Græca. cit. loc p. 63. patet, impreſſis reliquis & hunc adjectum eſſe. Aliæ igitur ſint neceſſe eſt binæ illæ, quæ in codice Vindobon. nondum impreſſæ continentur, homiliæ.

Digitized by Google

rus. Quod reliquum eſt verſioni huic non multum adeo eruditi tribuunt, eamque ad fontem licet accurate ſatis expreſſam, æque tamen ut latinas reliquas interpolatam ac depravatam cenſent. Verſionem ipſam inſpicere nobis non licuit, raro obviam. Quantum tamen ex aliis duabus, quæ hunc virum auctorem habent, verſionibus, a Venerando D. *Fabritio* nobis præſtitis, nimirum *Johannis Climaci* & *Sophronii* Patriarchæ intelligimus: in dicendo ſatis quidem eſſe videtur planus ac perſpicuus, nec in transferendo indiligens: dictio tamen ejus pura minus eſt ac caſtigata. barbara enim ſæpe minusque latina adhibet vocabula, interdum & ſolæciſmis aliisque orationis vitiis indulget. (l) Longe profecto hac parte eum antecedit, alter ille, cujus nunc quoque verſionem breviter expoſituri ſumus, interpres, *Petrus Franciſcus Zinus*, oppido ſane perſpicuus, elegans & diſertus. Hujus

(l) Exempli loco ſit initium Capit. III. Verſionis *Climaci*, gradus 16. quod tale eſt: *Spiritualem omnem operationem viſibilem ſive intellectualem pracedit propoſitum noſtrum optimumque deſiderium, qua ex cooperatione Dei in nobis fiunt. Niſi enim priora praceſſerint, ſecundum ſubſequi non ſolet. Si tempus omni rei ſub coelo eſt, ut ait Eccleſiaſtes, inter homines vero noſtra quoque converſationis ſacrata res conſtat: inſpiciamus diligentius* &c. Studuiſſe tamen aliquantulum ſermonis puritati, ſibique fortaſſe ipſi ſatis latinum fuiſſe viſum: ex præfatione ejus in Climaci verſionem liquet; quam ſe latinius convertiſſe putat.

jus verſionem aliqui Dillingæ anno 1562. curante auctore prodiiſſe putant. quibus contradicens *Tenzelius* Dillingianam illam, quam ipſe poſſedit, editionem, cura *Jacobi Menchbuſii, Belſtani*, qui ex duobus codicibus manuſcriptis latinis eam correxerit, anno 1563 in lucem demum emiſſam refert. Aliam autem plane eſſe ſuſpicor Dillingianam hanc editionem ab illa, quæ Venetiis anno 1574. impreſſa eſt. Quam enim in illa Ephremianorum opuſculorum diviſionem ſe inveniſſe refert *Tenzelius*, quorum prior pars libellis quinque de tremendo die judicii & reſurrectione univerſali, de jucunditate & gaudio ſupernorum civium & regni cœlorum, de munditia animæ & laudibus Chriſti, poſterior autem ſermonibus de defectu religionis, de pœnitentia &c. conſtet, hanc inquam diviſionem in illa, quæ mihi præſto eſt, editione omnino non reperio. Præmiſſis enim ibi de virtutibus ac vitiis, Ephremi ſermonibus, ſequitur homilia de linguæ morbo, cæteriſque vitiis, hanc excipit ſermo de pœnitentia & confeſſione, hanc Ephremi ipſius confeſſio, ſuique ipſius reprehenſio, aliique varii generis ſermones, quibus in fine tandem ſubjungitur Ephremi vita, Gregorio Nyſſeno adſcripta. nulla hic binas in partes diviſio, nullus hic ſermo de reſurrectione univerſali. nullus de munditia animæ & laudibus Chriſti, defectuque religionis occurrit. cujusmodi nec ullos unquam ab Ephremo conſcriptos legiſſe memini. Unde in eam

eam propemodum ſuſpicionem adducor, ut credam, diverſam plane non modo editionem ſed & verſionem *Tenzelium* incidiſſe. Magis fortaſſe illâ Venetæ noſtræ reſpondet, quæ *Geſnero, Simiero, Labbeo*, aliisq; teſtibus 1562 Dillingæ prodiit. Quamvis enim hoc anno aliquam ibi Ephremi editionem in lucem unquam exiiſſe neget *Tenzelius*: fides hic tamen tribuenda omnino eſt B. *Ittigio*, qui in bibliotheca patrum p. 73 præſto ſe habuiſſe affirmat S. Ephremi opera, P. Franciſco Zino interprete e Græca lingua in litinam verſa, annoque 1562. apud Sebaldum Mayerum Dillingæ impreſſa. Idem etiam colligi poſſe videtur ex præfatione editioni Venetæ præmiſſa, cujus hoc eſt initium: *Quatuor hi ſancti viri Auguſtine Pontifex humanisſime, quos ego e Græciæ tenebris, quibus multis jam ſeculis delituerant, in latii lucem ſuperioribus annis eduxi, & variis epiſcopis commendavi.* Saltim jam ante verſionem hanc ipſam ab auctore editam, non nulliſque epiſcopis dedicatam clariſſime hinc perſpicitur. Verum hæc alii, quibus & reliquæ editiones in promtu ſunt, diligentius examinabunt. Nos de *Zini* verſione ipſa paucula addemus. Titulus talis eſt. *Præclara ac divina quædam quatuor doctrina & ſanctitate illuſtrium abbatum, Ephraem, Nili, Marci* & *Eſaiæ* opera: e *Græco in latinum converſa, Petro Franciſco Zino* Canonico *Veronenſi interprete. Venetiis apud Bologninum Zaltenum* 4574. 8. Quod ad ſermones attinet in hac Ziniana verſione conten-

tentos, qui quadraginta circiter numero ſunt, argumento nonſolum & dicendi genere ſed & ordine aliisque circumſtantiis ab Ambroſianis plane diverſos ac diſcrepantes reperi. (l) ſtilus præterea quo uterque utitur eſt diſſimillimus, obſcuram ille minimeque cultam & emendatam dictionem paſſim ſequitur, textuique ad verbum exprimendo accurate nimis ſtudens, puritatem ſæpe negligit, perſpicuitatemque amittit. Hic vero majori in transferendo libertate uſus, non adeo ſolicite quidem literæ inhæret: caſtitatis vero elegantiæque latini ſermonis utique eſt obſervantiſſimus: omniaque in eo plana perſpicua, & aperta ſunt. nec dubitamus, quin hæc Zini verſio, cum fructu ab eo, qui verſionem aliquam Ephremianorum operum latino græcam aliquando concinnandam ſuſciperet, poſſet adhiberi.

S Tertius

(m) Ambroſianæ, quod miror, verſionis ne verbulo quidem meminit, nec aliter ſubinde loquitur, quam ſi nulla unquam latina Ephremi verſio hactenus extitiſſet, primusque ipſe eſſet, qui latine eum verterit. e. g. in his verbis præfationis, *dum ſanctiſſimum quendam ſenem, qui multis jam ſæculis poene mutus ac ſordidus in tenebris jacebat, excitarem, ut latine a me loqui edoctus, & veſtimentis paulo elegantioribus exornatus tibi meo nomine gratularetur.* Fortaſſe autem ſtudio facit ut Ambroſianam verſionem diſſimulet, quemadmodum & Voſſius, qui tamen multo eo impudentior, tota ſæpe loca in verſionem ſuam transſcripſit. a qua culpa Zinum video alienum eſſe, niſi quod & ipſe, perinde ac Voſſius, inventionem illam de ſene ex Syria profecto, latinoque loqui docto, in præfatione ſuam fecerit.

Digitized by Google

Tertius nunc ſequitur latinus Ephremi interpres *Gerardus Voſſius*, cum Gerhardo Johanne (ſive Johannis ſcil. filio) *Voſſio*, Rhetore ac Polyhiſtore apud Batavos, ſuperiori ſeculo celeberrimo non confundendus. Erat hic Vir literarum græcarum æque ac Romanarum admodum peritus multaque & aſſidua patrum lectione hoc fuerat conſecutus, ut in ſcriptis eorum accurate intelligendis, dextreque interpretandis egregie eſſet verſatus. Hinc maximam vitæ ſuæ partem in *Chryſoſtomi*, *Theodoreti*, aliorumque græcorum ſcriptis in latinum vertendis, ſcholiisque illuſtrandis contrivit. Præter cæteros autem omnes dignum habuit *Ephremum*, in quem egregie exornandum eque tenebris in lucem proferendum operam ſuam omnem induſtriamque conferret; eo lubentius ſuſceptam, quod ab ipſo Pontifice *Sixto V.* ad hanc ſpartam ſuſcipiendam fuerat incitatus. Iis igitur quæ ad rem tantam perficiendam requiri videbantur, ſubſidiis inſtructus, negotium eſt aggreſſus, quod quidem adeo feliciter illi, antiquorum multorum codicum auxilio adjuto, ſucceſſit, ut intra paucorum annorum ſpatium, totum hoc translationis opus abſolveret. Ac primus quidem latinæ hujus verſionis, majori forma impreſſæ Tomus anno 1589. prodibat. Hunc anno 1593. ſecutus eſt alter Tomus, tandemque anno 1597 Tomus tertius & poſtremus. Atque hæc nova Ephremi verſio tanto cum applauſu, commu-

munique approbatione, a Pontificiæ ſectæ addictis præcipue, excepta, tamque avide lecta ac coëmta eſt, ut intra viginti circiter annorum ſpatium vel quinquies recuderetur. Harum altera editio Coloniæ ad Romanum exemplar impreſſa 1603 eadem forma prodiit. Tertia Antvverpiæ 1609. Quarta iterum Coloniæ 1616. Quinta Antvverpiæ 1619 in lucem exiit. (n) Qua nos uſi ſumus editione, ex Viri ſumme reverendi, *Johannis Chriſtophori Wolffii*, Theologi inter noſtrates doctiſſimi ac celeberrimi ſupellectile depromta, Colonienſis eſt anno 1616 apud Arnoldum Quentelium, tribus quidem tomis, ſed qui unum tantum volumen conficiunt, majori forma impreſſa; hoc titulo: *S. Ephrem Syri, patris & ſcriptoris Eccleſiæ antiquisſimi & dignisſimi opera omnia, quotquot in inſignioribus Italiæ bibliothecis, præcipue Romanis Græce inveniri potuerunt, in tres tomos digeſta, nunc recens latinitate donata, ſcholiisque illuſtrata, interprete & Scholiaſte Reverend. D. Doct. Gerardo Vosſio* (o) Borchlonio

(n) Wilhelm: Erneſtus Tenzelius primam Voſſianam editionem anno 1589- ab ipſo auctore publicatam, deinde 1593 auctius ab eo emiſſam putat, ſic ſcribens cit. loc. p. 279. „*plurima Vosſius* ex græco in latinum ſermonem convertit, „& Romæ 1589, auctiusque an. 1593 publicavit, quæ edi„tio poſtea Coloniæ ann. 1603 recuſa &c. ſed errat in eo auctor cum ex Vosſio ipſo p. 814. conſtet, ſingulos primum tomos, quo commodius comparari legique poſſent, ſeparatim ab auctore editos, junctim poſtea prodiiſſe.

(o) In fine totius operis ortum patriamque ſic deſcribit. Ego *Gerhardus Vosſius* al. Voskens Joanna, Voskens natus.

nio Germano, Præpoſito Tungrenſi &c. Totum opus in tres tomos diviſum eſt; quorum primus tomus tractatus Ephremi 89 alter 95, tertius 37 complectitur. Si, quid de hac Voſſiana verſione eruditi judicent, diſquirimus: mirum quantum ſententiis illi diſſident. Pontificii nimis illi tribuentes, nihil in ea non laudandum magnique faciendum putant, omniaque inibi contenta ſcripta ceu genuina & authentica venerantur. Alii, nimirum plerique proteſtantium, nimis eam deprimentes, innumeris erroribus ſcatentem, nulla plane fide dignam, pluriniſque in locis depravatam ac interpolatam verſionem vocant. Hinc *Tentzelius* cit. loc. p. 285; *permittat nobis*, inquit, *tam diu de univerſis dubitare, donec Syriacum prodeat exemplar, manifeſtumque reddat, an & qui interpretes bona malave fide in transferendo* uſi ſint. & pag. 285. *Faciat igitur*, inquit, *periculum noſter Dupin & Voſſii verſionem ad mss. græca in bibliotheca regis ſui expendat, orbemque literarium deinceps reddat certiorem annon Augiæ ſtabulum purgandum ſuſceperit?* Æque rigidum cenſorem ſe præbet *Andreas Rivetus*

oppido Borchloon, quod primarium eſt totius comitatus Loſſenſis, Diœceſis *Leodienſ.*, patria Teutonicus. ibidem ſcripta græca a ſe translata editaque ſequentia recenſet (1) *Joh. Chryſoſt.* de laudibus Apoſtolorum Petri & Pauli, eorumque martyrio 1581 editum. (2) *Theodoreti* de charitate. 1581 edit (3) *Gregorii* Papæ IX. geſta, nonnullaque inedita de unione græcorum cum latin. Eccleſia 1586 edita cum quatuor canonizationum ejusdem Pontificis actis. De variis Voſſianæ editionis verſionibus confer inprimis D. Fabricii B. g. cit. loc.

vetus in *Critico* ſuo *ſacro*, dum ea omnia quæ translata dedit *Voſſius*, *Ephremi* opera pro genuinis nobis obtruſa pronunciat. Ut aliorum judicia de hac verſione nimis rigida nunc prætereamus. Media hic autem via inſiſtendum eſt. Nam non minus profecto temere ille ageret, qui nihil in hac verſione laudare vellet, quam qui omnia. Laudem utique meretur *Voſſius*, quod tanta, quanta nemo unquam diligentia curaque ex tota Italia, quotcunque indagare potuit, græca Ephremi ſcripta, in bibliothecis paſſim exarata manu exſtantia collegerit, inque latinam translata linguam, communem omnium in utilitatem divulgaverit. Laudanda quoque Voſſii in eo eſt induſtria, quod variis identidem lectionibus, ex codicibus, quos adhibuit, rariſſimis vetuſtisſimisque (p) diligenter notatis: ſingulis E-

(p) Antiquisſimus ſine dubio optimæque notæ codex, quem adhibuit, eſt Sfortianus: de quo ita in præfat. ad lector. *Primum omnium exemplar & maximum & antiquisſimum vetuſto charactere græco in membranis deſcriptum, medio atque favore ſanctisſimi D. N. Xyſti V, ante ejus pontificatum ex Sfortiana bibliotheca, ubi ſub num.* I. *reperitur, commodato accepimus, illudque jam totum transſcriptum cum plurimis Vaticanis optimus & eruditiſs: Cardinal. Sirletus ex incomparabili librorum ſuorum theſauro depromptis.* Duos quoque codices mst memorat Cryptoferratenſes, a Cardinal: Carafa, bibliothecar. tum Apoſtol. ſecum communicatos, qnorum alter annum 531. in calce adſcriptum prætulerit: quem licet poſtremum multo juniorem eſſe *Montfeauconius* ipſe, diplomaticæ rei peritiſſimus, demonſtraverit: ſatis antiquum tamen eſſe inde colligo, quod pleræque variæ lectiones a Voſſio paſſim ex hoc codice notatæ cum Slavonica verſione, ex antiquisſimis codicibus translata conſpirant.

phremi ſermonibus, loca communia, ut vocant, hoc eſt græcorum æque ac latinorum patrum, ſimilis argumenti ſcripta, in eorum præſertim, qui ſacra tractant, ſanctisſimamque diſciplinam populo exponunt, uſum adjecerit, aliaque Scripturæ loca ex aliis clarioribus ac parallelis vel explicuerit, vel confirmaverit. Nec minus laudabilem in locis paſſim obſcuris illuſtrandis, corruptis emendandis, dubiis confirmandis operam exhibuit. In eo autem eſt reprehendendus, quod neſcio quam ob cauſam ea ſæpe quæ in manuſcriptis cohærebant ac conjuncta erant, diviſerit, ac disjunxerit, totasque ſæpe unius ejusdemque corporis partes divulſas ſeparaverit. *Tillemontio* teſte deceptus eo eſt, quod ſingulis ſermonibus, ſingulos eſſe titulos in manuſcriptis credidit (q) cum nihil tamen frequentius in codicibus manuſcriptis fieri videamus, quam ut diverſis unius tractatus partibus diverſi etiam tituli imponantur. Atque ex hac partium, quæ cohærebant, divulſione factum eſſe exiſtimo, ut plurima in hac Voſſiana editione

(q) Tillemont, in memoriis ſuis Tom. VIII. in not. p. 746. Je ne ſcay pas, inquit, comment excuſer ce qu'il avoüe lui meſme avoir fait, de demembrer des pieces qui ſont jointes dans les manuſcrits, d'avoir mis une partie d'un coſté, & l' autre d'un autre ſans dire ſeulement, qu'il y ait apparence que ce ne ſont pas des membres d'un meſme corps: eſt poſtea addit. Je ne ſcay ſi c'eſt de ce demembrement, que nous viennent pluſieurs traitez qui ne ſont que de veritables fragmens, & des bous de ſermons, dont on ne ſcait ou prendre ni le commencement ni la fin.

Digitized by Google

tione non tam ſcripta quam ſcriptorum fragmenta & detruncata quaſi corpora paſſim appareant. Alterum in Voſſiana verſione reprehenſione dignum eſt, quod nulla *Ambroſii Camaldulenſis* mentione plane facta, plurima tamen ex verſione ejus mutuatus pro ſuis venditavit. quod literarium ejus plagium præfatio inprimis prodit, quam Lambecio teſte (r) totam propemodum deſcripſit. Tertio hoc illi vitio vertitur, quod in transferendis in latinam linguam Ephremianis ſcriptis minime ſe fidelem, ac ſincerum interpretem præbuerit, ſed pro arbitrio ſuo nonnulla omiſerit, alia immutaverit, plurima etiam interpolaverit inque textum intruſerit: nullo id alio conſilio, quam ut Pontificiæ cauſæ velificetur, ſuæque ſectæ erroribus colorem aliquem inducat. Inprimis autem latinam hanc Voſſii verſionem malæ fidei ſuſpectam reddit intempeſtiva illa Pontificiorum in græcis Ephremii ſcriptis ſupprimendis diligentia. Quodſi enim ea, qua par erat fide ſincenritateque Voſſius græca convertiſſet: quid opus erat, hos ipſos, quibus uſus ille eſt, codices manuſcriptos, in hodiernum usque diem tam ſtudioſe cauteque premere, nec, ut plura alia patrum ſcripta, quæ ex Italiae officinis ſplendidiſſima pleraque prodierunt, publicari velle. Hujus rei autem in abbate Bourgoiſio, de quo jam ſupra mentio facta eſt, clariſſi-

(r) In memoires pour ſervir a l'hiſtoire Eccleſiaſtique de ſix premieres ſiecles. Tom. VIII. p. 746. in not.

mum habemus exemplum. Quantacunque enim diligentia, quamque ſedulis demum precibus codices aliquot manuſcriptos e Vaticana bibliotheca, ad novam ſuam, quam parabat, editionem Ephremi Græco-latinam, ab Auberto jam inceptam concinnandam, totius cleri gallici nomine efflagitaret: repulſam tamen pro codicibus accepit. Teſtem ejus rei Tillemontium ipſum adduco p. 746. citato loco ſic ſcribentem: *Cependant Mr. Bourgeois, Abbé de la chaiſe Dieu, Docteur tres pieux & tres digne de foy m'a aſſuré qu'on lui avoit refuſé a Rome le texte Grec, quoiqu' il le demandaſt au non des eveques de France qui le vouloient faire imprimer.* Nolim tamen interea fidem plane omnem Voſſianæ editioni cum *Riveto, Tentzelio*, aliisque derogare, quam ſane in plerisque locis cum Slavonica noſtra verſione ad vetuſtiſſimos quosque codices, quam fieri potuit accuratiſſime translata convenire intelleximus. Quarto in Voſſiana verſione hoc non probant eruditi, cum latinis non græca ſimul, quod fieri facile potuiſſet, Ephremi ſcripta edidiſſe: cum dubium non ſit, quin, ſi græca ipſa extarent, multo certius meliusque judicium de germanis ſpuriisque Syri ſcriptis ferri plurimaque penitius inveſtigari poſſent. Unde & recte *Tillemontius* (s) *Aſſurement*, inquit, *Bollandus a raiſon de ſouhaiter qu'il nous euſt donné le textegrec, qu'il avoit entre les mains, & il eſt difficile de comprendre qu'il ait eu*

(s) Vid. Tillemont. Tom. VIII. memor. p. 318. & 319.

eu quelque bonne raiſon de ne pas faire une choſe qui lui eté ſi honorable & ſi avantageuſe a l'egliſe. Sed nimirum veritus eſt Voſſius, ne, ſi græca prodirent, fraus detegèretur. Quinto denique *Voſſii* in ſcriptis Ephremi dijudicandis veriſque ac genuinis a falſis ſuppoſititiisque ſecernendis ἀκρίβειαν diligentiamque merito hic requiras. Nam cœcus profecto ſit oportet, cui non plurima Voſſianæ editionis ſcripta ſpuria ac ſubornata videantur. Pontificii cordatiores ipſi hoc non negant. In his *Tillemontius*, accuratus, ſincerus, & ſi quis alius judicio pollens ſcriptor citato loco: Il ſuf-
„fit, inquit, aſſurement de ſavoir, que ces ou-
„vrages ſont traduits ſur une traduction, &
„que nous n'avons ni le grec ni le ſyriaque,
„pour ne leur pas donner une autorité en-
„tiere, au moins dans les matieres conteſtées,
„quand on ſuppoſeroit que les traducteurs
„ont eu toute la fidelité & toute la capacité
„poſſible (t) &c. & paulo inferius pag. 758. negari non poſſe ait, inter opera illa, quæ Ephremi nomen præ ſe ferunt, plurima, quorum auctor non ſit, ſcripta reperiri. Idem in textu ipſo paulo adhuc apertius affirmans, (u)
„Il eſt difficile, inquit, de douter qu'il n'y ait
„dans cette edition (ſcil. Voſſii) pluſieurs pie-
„ces, qui ne ſont pas du grand S. Ephrem: mais
„nous

(t) Hæc poſtrema verba Tillemontii propterea notanda ſunt, quod & ipſe Voſſii fidem in dubium vocaſſe quodammodo videtur.

(u) Vid. Tillemont. cit loco p. 747.

„nous ne craignons pas d'aſſurer qu'il y en a „pluſieurs auſſi, dont on ne peut douter qu'il „ne ſoit auteur &c. Quænam autem in Voſſiana editione genuina, quæ ſpuria Ephremi ſcripta ſint, difficile admodum & periculoſum eſt, generatim pronunciare. Plerique germana iſta cenſent, in quibus ingenii iſta ſublimitas, quam in Ephremiano de ſpiritu ſancto tractatu, quondam legendo ſe deprehendiſſe *Hieronymus* teſtatur, eminet ac elucet. Verum minus accurate ſic fieri nos quidem perſuaſi ſumus. Quis enim ingenii hanc ſublimitatem, hocque orationis ὕψος in ſublimi tantummodo argumento locum habens, in reliquis omnibus Ephremi ſcriptis ſcrupuloſe quærat? Aliam utique pertractationem, aliud dicendi genus, alias ſententias dogmatica, alias moralia expoſcunt. Illa, quæ myſterii plena pleraque ſunt, & ſublimia, ſublimem quoque ſtilum, ac ſublimes ſententias: hæc, quæ myſterii nihil continent, ſed ad communem vitam ſpectant, ſtilum etiam ſubmiſſiorem, ſententiasq; minus exquiſitas, nec tam alte petitas poſtulant. Noſtro quidem judicio pro adulterinis Ephremi ſcriptis habenda illa ſunt, in quibus ſolita illa ac familiaris plane Ephremo dicendi perſpicuitas facilitasque non deprehenditur. Hanc enim, quam diximus, orationis virtutẽ, omniũ facile principem ac præcipuam noſter adeo eſt ſectatus, ut ſecure ſineq; ulla dubitatione poſſis ea omnia quæ obſcura nimis & impedita ſunt ad ſpuria

&

& ὑποβολιμαια rejicere. Atque hæc ipſa nota eſt, qua omnium optime certiſſimeque vera a falſis ſcripta Epremiana dignoſci poſſe *Tillemontius* ipſe ſtatuit. (x) *il nous*, inquit, *a paru, qu'on peut dire être dignes de lui les uns qui ſont le plus grand nombre, ont plus de facilité & de nettete, & poſtea: Ceux qui ſont elevéz & faciles ont auſſi pour eux Sozomene, qui reconnoit de la facilité dans S. Ephrem* &c. Cum hac autem facicilitate mira quædam perſuadendi vis, eximius ſententiarum ſplendor, multaque dictionis amoenitas eſt conjuncta. quod his verbis teſtatur Photius (y) ἐν τουτοις τοις παραινετικοις λογοις του ἁγιου (ſcil. Ephremi) θαυμασειεν ἀν τις ὁσον μεν ἐμβαθυνεται το πειθον, ὁσον δ' ἀπ' αὐτων ἀποςαζει το ἡδυνον, και ὁλως εἰς ὁσον βρυει το ἠθος. hoc eſt: in his paræneticis ſermonibus ſancti (ſcil. Ephraimi) miretur aliquis, quam alte penetret perſuadendi vis, quantumque ab his fluat jucunditatis, quam denique affectuum copia abundet. Hæ igitur dicendi virtutes quibuscunque Ephremi ſermonibus & ſcriptis inſunt, omnium conſenſu ſineque ulla hæſitatione pro germanis haberi poſſunt. a quibus autem abſunt, ea inter ſpuria numerari. Hinc genuina pleraque exiſtimari debent, quæ in primo Voſſianæ edit

(x) Vid. *Photii* bibliothecam ex edit. Hoeſchelii Auguſtæ Vindelicorum 1701. publicatam p. 264 ubi de ſcriptis Ephremi ample diſſerit. vid. & Oudin. loc. cit. ubi totum hunc locum græce latineque diſſertationi ſuæ de ſcriptis Ephremi Syri inſeruit.

editionis tomo continentur : nec pauca ſecundi Tomi. Contra ea maxima pars eorum quæ in tertio Tomo extant ſcriptorum, ſuppoſititia reputanda eſt. Spurius e. g. ſermo primus, aſceticus, ad imitationem proverbiorum conſcriptus, quem etſi non plane fide dignum non plane tamen rejiciendum cenſet *Tillemontius* Sermo item in margaritam pretioſam, quam licet indubitatæ fidei *Tillemontius* exiſtimet : nos tamen ut nimis obſcuram ac ſubtiliter nimis philoſophantem repudiamus. (*)

(*) Non germanum hunc eſſe Ephremi fœtum multa probant. inprimis curioſa illa ac ſciolo conveniens in divinam Chriſti naturam inveſtigatio, his præcipue in verbis : *margarita neque ut murex generatur, neque ut ſpiritus in figura procedit. Et Chriſtus non permiſtus cum divinitate neque purus eſt homo, neque cum immiſſa divinitate permiſtus. Sed neque in figura ſpirituali factus eſt. Margarita in hypoſtaſi & alium per ſe lapidem non generat. Chriſtus quoque non eſt alius, niſi quod ex patre ab æterno genitus* &c. hæc enim aliaque divinam Chriſti naturam rimantia Ephremi homiliæ, qua filii Dei naturam curioſe ſcrutari vetat prorſus ſunt contraria : nec illum adeo auctorem habere poſſunt.

Ad adulterinos ſermones quoque pertinet ſermo iſte decantatus, qui inſcribitur *Confeſſio*

&

& ſui ipſius reprehenſio. qui ſic incipit: *cum in multis vobis fratres prodeſſe videar.* (*)

(*) Multis jamdudum eruditis non immerito hic ſermo malæ notæ præbuit de ſe ſuſpicionem. non poſtremum hoc *νοθειας* argumentum eſt, multa hic inepta, anilia, reliquisque Ephraimi ſcriptis in os contradicentia, multa denique ne Chriſtiano quidem homine, ne dum viro tam ſancto, qualis erat Ephremus, digna, nonnulla etiam fidei non analoga occurrere. quo pertinet e.g. illud: *Poenitentiam egi, ſed an Deum mihi placaverim ignoro. etiam ſanctos ut pro me intercedant imploro* &c. quæ profecto nullo Chriſtiano, vereque credente digna eſt oratio. Obſcura deinde multa cimmeriisque tenebris obvoluta paſſim ſeſe offerunt. qualia ſunt iſta p. 667. *Et ſiquidem naturalibus ratio contenta ſit, nihil ſolet exigere, modum enim naturæ definivit ac terminum ipſi aa ſubſiſtendum conſtituit.* ejusdem notæ ſunt, quæ p. 611 ſequuntur. *pelliceas vero habebant atque gerebant, tanquam ad exercitationem accommodatas. Temperantia enim colore indiget. veſtimentique illud genus erat congruens tum domi, tum etiam foris* &c. Ea denique de ſe auctor ipſe narrat, quæ nebulonibus potius peſſimoque cuivis homini, quam integerrimæ vitæ ſcelerisque puro Ephraimo convenire

nire videantur. Citatur etiam pag. 603. homilia auctoris *de Verbo*, ſecunda trinitatis perſona, tractatus item *de providentia*, in his verbis: *de providentia ſcripſi ſed an Deo placuerint mea ſcripta, ignoro.* quæ tamen ſcripta nec hodie ipſa extant, nec a veterum ullo ſub Ephremi nomine citata inveniuntur. ne dicam plurima hic deprehendi Scholaſticorum more potius, quam Ephremiano diſputata. Cujusmodi ſunt illa. *Nihil ſua ſponte in rerum natura exiſtit: quoniam ſe ipſum facere nemo poteſt. Nam ſi quis ſe ipſum faceret, is eſſet prius, quam fieret, & quo pacto poſtea talis factus eſſet? nam quod exiſtit, antequam fiat, non indiget ut id fiat quod eſt, neque alieno opus habet auxilio, ad illius quoa eſt, conſtitutiotutionem.* Porro ejusmodi hic occurrunt vocabula, quæ lingua originali græca non Syriaca, conſcriptum hunc primum ſermonem fuiſſe manifeſte produnt. Omnium clariſſimum autem νοθειας argumentum eſt, de proceſſione ſpiritus ſancti a ſolo patre ſententiam apertis hic verbis propugnari. quæ cum longe recentioris ſit ætatis, quam ut Ephremum vel auctorem vel aſſeclam habere queat: dubitationem vix habet quin a recentiori quodam græco hoc ſcriptum compilatum ſit. a ſolo autem patre ſpiritus ſancti proceſ-

ſio

ſio his verbis proponitur: & *quoniam prævidit, nihil eorum quæ fecit, ipſum capere poſſe: produxit filium ſine principio ex ſubſtantia ſua & ſpiritum ſanctum non ex neceſſitate.* Idem paulo poſt apertius: Cæterum *ſpiritus ſanctus non genitus eſt, ſed proceſſit ex ſubſtantia patris, non imperfectus, neque promiſcuus*: itemque poſtea *aliumque pater conſortem volens non quem genuit, ſed produxit, ſpiritum ſanctum ex ſubſtantia ſua* En diſertam proceſſionis ſpiritus S. a ſolo patre aſſertionem! quibus illud p. 604. accedit. *Pater ergo neque tempore indiguit in generatione verbi, neque ullo temporis intervallo poſt verbum produxit ſpiritum ſanctum* Obvertet hic aliquis tritum illud philoſophorum dictum *poſito uno non excludi alterum.* Verum quis non videt, in omnibus his locutionibus filium a productione ſpiritus ſancti hic excludi? Miror itaque *Tillemontium* nihilo ſecius hunc ſermonem pag. 757. pro genuino habuiſſe.

Eundem in cenſum refero ſermonem p. 539 *de vita religioſa & monaſtica Tillemontio* ipſi ſuſpectam viſam. *lamentationes* item *glorioſiſſimæ virginis matris Mariæ ſuper paſſione Domini* p. 697. *in mulierem peccatricem* p. 711. *De Mariæ laudibus* p 705 *in ſanctum Baſilium M.* p. 724. in quadraginta ſanctos martyres p. 727. *Teſtamentum denique Ephremi*, quod in Voſſianis eſt poſtremum, cujus

Iusque falſitatem pluribus infra demonſtrabimus. (y)

De verſione ipſa ut paucula ſub finem afferamus, non illa ubique ſibi conſtat. ſatisque claris indiciis apparet, nec ab uno illam auctore confectam, nec eadem induſtria elaboratam eſſe. plurima hic videas non indiligenter nec impuro adeo ac ina moeno ſermonis genere conſcripta: multa vero etiam oſcitanter ſatis nullaque adhibita diligentia, inculto admodum, obſcuro, barbaro, planeque inemendato ſtilo propoſita deprehendas. exemplo ſint iſta ſermonis in Voſſiana edit. p. 468. *Cæterum honeſtatis inimicus conſpiciens, nihil in obſidione ſanctæ civitatis eos valuiſſe abſtrahere a Domino, neque in via ut eſcis ſe contaminarent, inducere potuit. Quare in cor regis ſe immittit.* itemque illa p. 637. *ubi vero ipſa animadvertit artes ſuas & varios ornatus nihil apud juſtum valere atque præſtare, majore concupiſcentia ardore flagrabat ſollicitudineque anxia quid ampli* (pro amplius

(y) De his reliquisque Ephremi ſcriptis in Voſſiana verſione occurrentibus confer omnino *Tillemontium* in notis; ubi hæc ſcripta unum poſt aliud ordine examinat quæque vel ſpuria vel germana ipſi viſa ſint ac merito talia cenſeri debeant, ſincere non minus quam docte exponit. in qua ſparta obeunda, etſi omnium reliquorum ſcriptorum diligentiam longe ſuperaverit, cæterisque omnibus ſectæ ſuæ addictis partium minus ſtudioſus veritatem ingenue ut plurimum fateatur: dubium tamen non eſt, religioni interdum aliquid dediſſe, multorumq; ſcriptorum, quæ Voſſiana editio habet, falſitatem, ne odium ſibi ipſi conflaret, de induſtria celaſſe.

Digitized by Google

plius) *cum eo agendum ſoret, ignorabat.* Minima autem omnium in tertio Tomo concinnando ab editore diligentia præſtita videtur. in quo nullam propemodum paginam, quamplurimis vitiis partim grammaticis, partim textualibus non defoedatam conſpicias. & augiæ profecto ſtabulum purgandum is ſuſciperet, qui in hoc tomo præſertim, latine translata Ephremi ſcripta ſoloeciſmis, barbariſmis, græciſmis, aliisque, quibus ſcatent, ſermonis ſordibus liberare vellet. huic rei teſtimonio ſequentia, cujusmodi innumera alia deprehenduntur, loca eſſe poſſunt e.g. p. 542. *Qui exaltari optat, penitus ſe humiliet & qui vult ibi conſolari hic jam lugeat & fleat.* & paulo poſt. *Eſt civitas illa plena lætitiæ & jubilationis, plena felicitatis atque ſvavitatis, quæ æternæ conjuncta vitæ, in ea habitantibus jugiter manant,* & paulo inferius ead. pag. *unusquisque cum ſuis opibus ac mercedibus gloriatur & exultat* & p. 543. *& linguæ uſus, quibus cor perfrui deſideret, Chriſtone, an rebus* præſentis ſeculi, oſtendis & pag. 545. *nos vero miſeri, nos infelices ne usque ad verbum quidem invicem tolarare poſſumus.* & inferius: *an ignoras miſer, quia illic omnes cogitationes tuæ atque ſermones conſcripti erunt? aut neſcis quoniam omnis creatura cum horrore* tribunal adſtabit &c- Adeo non injurius in Voſſianam verſionem fuiſſe dicendus eſt *Tillemontius*, quando plurimis eam maculis nævisque contaminatam ſcribit! De negligentia auctoris & hoc teſtatur, quod eadem ſæpe, iisdem pene

verbis propoſita recurrant. Duo nos tantum loca transcurſim legendo obſervavimus. vix autem dubitamus, quin plura attento lectori ſe datura ſint ſimilia. Primus locus reperitur in duobus illis ſermonibus: primo p. 442. in ſermone *commonitorio & catechetico* (quæ verba auctoris ſunt) *ad monachos*, qui ſic incipit: *Venite dilecti mei, venite patres fratresque mei*, &c. deinde p. 554, in ſermone qui inſcribitur *ſermo aſceticus de vita religioſa atque monaſtica*, hoc init. *labor & dolor me ad dicendum & loquendum* (ecce hic tautologiam Voſſianam) *impellunt*. evidentius ut error cognoſcatur, meliusque ab aliis evitetur: utriusque bis repetiti loci initium attexemus.

Pag. 443. lin. 17. Quamobrem vos obſecro cariſſimi, ſupplexque oro, ſobrii eſtote ac vigilate hoc tempore exiguo, & ad undecimam hanc horam contendite. Appropinquavit jam veſpera & retributor mercedis cum gloria adveniet, redditurus unicuique ſecundum opera ſua. Attendite vobis ipſis, ne quis veſtrum honeſte atque ex virtute vivens nimi-	Pag. 554. Sobrii igitur ſimus & vigilemus obſecro, fratres dilectiſſimi, in hoc brevi vitæ noſtræ tempore & in hac undecima hora viriliter decertemus. Appropinquavit enim jam veſpera & mercedis retributor Chriſtus cum gloria venit, ut reddat unicuique ſecundum opera ſua. Attendite itaque vobis ipſis, fratres, ne quis veſtrum de bono opere præſumens

um de ſe præſumat negligensque immenſam ejus munerationem deperdat. Similis enim eſt monachus agro ſeminato, qui pluvia ac rore rigatus incrementum capit, lætitiæque fructum fructificat: ſed cum jam ad ipſum fructum pervenerit, majorem ſolicitudinem bono agricolæ ingerit. ſollicitus namque pervigilat, timens, ne vel repentina grandine vel a peccatoribus (forte pecoribus) campi ſua ſata deſtruantur. Sic & monachus donec in hoc corpore vitam duxerit, quotidie de immortali vita curet ſollicitusque ſit neceſſe eſt, ne per ſegnitiem in vanum cucurriſſe reperiatur. Gloriatur exultatque agricola, quando ſuam meſſem jam congregarit & compenſatio-

negligenterque vivens immenſa illa ſalvatoris præmia deperdat. Similis enim eſt monachus agro alicui ſeminato, qui pluvia ac rore rigatus incrementum capit & fructum lætitiæ producit, ſed cum jam ad frugum tempus pervenerit: majorem curam bonæ agricolæ ingerit. ſolicite enim tunc advigilat, metuens ne vel repentina grandine aut a camporum jumentis ſegetes ipſius vaſtentur. ita etiam monachus quamdiu in hoc vivit corpore die nocteque de immortali æternaque vita ſollicitus ſit oportet, ne per negligentiam in vanum cucurriſſe deprehendatur. Gaudet exultatque agricola, ac Deo gratias agit, quando meſſem jam ſuam in horrea congregavit, & compenſationem labo-

laborum recepe-rit. eundem in modum gaudebunt exultabuntque angeli Dei in cœlis, quando quis timens Deum conſummaverit curſum ſuum &c. &c.

borum ſuorum perceperit. Eodem modo lætantur & exultant in cœlis angeli Dei, cum quis timens Deum recte hic curſum ſuum conſummaverit, &c. &c.

Alter locus occurrit in duobus illis ſermonibus: primo p. 107. in ſermone, *quod ludicris rebus abſtinendum ſit Chriſtianis*, deinde p. 180 *in Ephremi interrogationibus & reſponſionibus* & quidem in illa interrogatione *quid ſibi vult dictum illud Apoſtoli? &c.* Horum ſequens eſt initium.

Pag. 107. Impletur quoque Pauli Prophetia in nobis qnæ ſic habet: Veniet tempus quando ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ---quis enim hodie ſacram ſcripturam ſuſtinet? quis ſedulo Chriſti mandatis intentus eſt? quis ſapiens & cuſtodiet hæc. Quis oſtendet nos non eſſe prævaricatores legis? Multi potentes, omnes ſapientes ſecundum carnem, inquit Apo

P. 180. Et ecce id quod ab apoſtolo dicitur, re ipſa jam cernimus comprobatum. Quis etenim tolerat ſcripturas divinas? Quis Chriſti præceptis eſt intentus? Quis ſapiens & cuſtodiet hæc? Quis oſtendet non eſſe nos prævaricatores legis? omnes ſapientes ſecundum carnem; multi nobiles, multi docti ac ſcribæ & legis periti, & reges & principes & divites & pau-

peres

Digitized by Google

ſtolus. Multi ſcientes, ſcribæ, & legis periti, & doctores & pauperes, ſervi & liberi, ſolitariam vitam ſectantes & virgines & in cœtibus aliorum viventes & ſenes & juvenes. Quis autem horum omnium demonſtrare poterit, convenire Chriſtianis citharizare, aut tripudiare aut cymbala pulſare aut acclamare, aut haruſpicem agere, aut phylacteria, quæ vocant facere, aut eadem circumgeſtare, aut dæmonia conſulere? &c. &c. (z)

peres & ſervi & liberi & doctores & monachi & virgines, & aliis mixti. Quis horum omnium poterit affirmare aut oſtendere, Chriſtiano homini licere citharoedorum more ludere aut tripudiare, aut cymbala pulſare aut choreas ducere, aut acclamare aut haruſpicem agere, aut phylacteria quæ vocant, facere aut furari, aut dæmonas conſulere?

T 3 §. 5.

(z) Hæc paulo prolixius attulimus, ut de verſione Voſsiana, quomodo cum græca aliisque latinis verſionibus partem, ſecum ipſa conſpiret, eo melius judicetur. Quod reliquum eſt has aliasque repetitiones in Voſſiana editione reperiundas, inde ortas eſſe credo, quod qui bis repetiti ſunt ſermones aliis in codicibus aliter inſcripti aliudque initium forte habentes interpreti ſe obtulerint, ut adeo facile fuerit ſermones jam ante translatos novos eſſe credere. Verum hoc ipſum indicio eſſe quaut, non omnia Voſſium ipſum, ſed alios laborum forte adminiſtros transtuliſſe. Nam ſi ipſe omnia convertiſſet, errorem ſene dubio animadvertiſſet.

§. 5.

Tertia ſuccedit verſio Ephremi, nimirum Æthiopica. De qua *Tenzelius* (a) ſic pronunciat: *Quid autem judicabimus de Arabica verſione, quando Thomas Jameſius in catalogo bibliothecæ Oxonienſis refert, in ea adſervari Ephremi paræneſes, epiſtolas & ſermones num. 52 manu exaratos? nihil ſane aliud, quam ſequendo Huetium, qui in libro de claris interpretibus erudite commonſtrat, exiguæ fidei eſſe Arabum verſiones.* Secus autem fortaſſe de hac verſione judicaſſet *Tenzelius*, ſi, quem ex oriente ſecum *Aſſemannus* advexit, codicem, Ephremiana ſcripta in Arabicam linguam verſa continentem, oculis uſurpare licuiſſet. Hunc ita Aſſemannus recenſet. *Paulo antiquiorem iſto nacti ſumus codicem, quum Ægyptum luſtraremus, cui ad calcem fol. 281 hanc temporis notam Amanuenſis appoſuit: explicit die 20 Abib, anno ſanctorum martyrum 1325.* Nimirum & alium codicem, Arabica lingua ſcriptum, minus antiquum præſto habuit *Aſſemannus*: totidem fere, quot ſuo tempore extitiſſe atque a ſe ipſo lectos Photius teſtatur (b) ſermones complectentem. Hic anno Chriſti 1329, quantum quidem ex verbis codici adſcriptis colligitur, exaratus, deque Græco in Arabicum converſus eſt. (c) Eundem a ſuperiori codice, cum quoad

(a) In exercitat. ſelect. p. 287, 88.

(b) In Bibliotheca cod. 196.

(c) Patet hoc ex epigraphe quæ ad calcem Codicis bibliothecæ S. Petri in monte aureo legitur. *Tranſtulit hunc librum*

quoad verſionem, multis in locis ab illa abeuntem, tum quoad ſermones ipſos, eorumque ordinem ac numerum differre clariſſimus Aſſemannus obſervat, catalogum ſimul annectens ſermonum, (numero 56) in codice extantium. Optandum autem eſſet, ut & verſio Arabica in latinum diligenter translata extaret. Nam ſi ſermonem iſtum, qui *reprehenſio ſui & confeſſio* inſcribitur paucosque alios excipias: meris germanis atq; a nemine unquam in dubium vocatis Ephremi ſcriptis conſtat. (d) ut multum adeo ei, tum quod ad antiquitatem, tum quod ad puritatem germanitatemque tribuendum eſſe videatur. De *Æthiopica* Ephremi verſione nihil propemodum conſtat, niſi quod ad Arabicam ſine dubio verſionem expreſſam *Tenzelius* auguretur. Eſſe tamen Æthiopicam quandam Ephremi verſionem olim confectam, Ludolfi iſta teſtantur (e) *græcorum patrum ſcripta Æthiopice verſa, Habesſini legunt atque amant. Notiſſimi inter cæteros ſunt Baſilius, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexandrinus, Ephrem Syrus & ni fallor etiam Irenæus.*

T 4 §6.

librum e Græco exemplari in Arabicum ſermonem Abraham, Johannis Antiocheni filius Protoſpatharius, ſcriptor Melchita, qui lectores auditoresque enixe rogat ut preces tum pro interprete, tum pro eo qui interpretationem procuravit, fundere dignentur Amen.

(d) *Teſtamentum* enim aliaque ſimilis notæ ſcripta ibidem non reperiuntur.

(e) *Jobus Ludolfus* in epiſtola ad *Hottingerum*, quam hic bibliothecæ orientali p. 326 inſeruit

Jusque falſitatem pluribus infra demonſtrabimus. (y)

De verſione ipſa ut paucula ſub finem afferamus, non illa ubique ſibi conſtat. ſatisque claris indiciis apparet, nec ab uno illam auctore confectam, nec eadem induſtria elaboratam eſſe. plurima hic videas non indiligenter nec impuro adeo ac ina moeno ſermonis genere conſcripta: multa vero etiam oſcitanter ſatis nullaque adhibita diligentia, inculto admodum, obſcuro, barbaro, planeque inemendato ſtilo propoſita deprehendas. exemplo ſint iſta ſermonis in Voſſiana edit. p. 468. *Cæterum honeſtatis inimicus conſpiciens, nihil in obſidione ſanctæ civitatis eos valuiſſe abſtrahere a Domino, neque in via ut eſcis ſe contaminarent, inducere potuit. Quare in cor regis ſe immittit.* itemque illa p. 637. *ubi vero ipſa animadvertit artes ſuas & varios ornatus nihil apud juſtum valere atque præſtare, majore concupiſcentia ardore flagrabat ſollicitudineque anxia quid ampli* (pro amplius

(y) De his reliquisque Ephremi ſcriptis in Voſſiana verſione occurrentibus confer omnino *Tillemontium* in notis; ubi hæc ſcripta unum poſt aliud ordine examinat quæque vel ſpuria vel germana ipſi viſa ſint ac merito talia cenſeri debeant, ſincere non minus quam docte exponit. in qua ſparta obeunda, etſi omnium reliquorum ſcriptorum diligentiam longe ſuperaverit, cæterisque omnibus ſectæ ſuæ addictis partium minus ſtudioſus veritatem ingenue ut plurimum fateatur; dubium tamen non eſt, religioni interdum aliquid dediſſe, multorumq; ſcriptorum, quæ Voſſiana editio habet, falſitatem, ne odium ſibi ipſi conflaret, de induſtria celaſſe.

plius) *cum eo agendum ſoret, ignorabat.* Minima autem omnium in tertio Tomo concinnando ab editore diligentia præſtita videtur. in quo nullam propemodum paginam, quamplurimis vitiis partim grammaticis, partim textualibus non defoedatam conſpicias. & augiæ profecto ſtabulum purgandum is ſuſciperet, qui in hoc tomo præſertim, latine translata Ephremi ſcripta ſoloeciſmis, barbariſmis, græciſmis, aliisque, quibus ſcatent, ſermonis ſordibus liberare vellet. huic rei teſtimonio ſequentia, cujusmodi innumera alia deprehenduntur, loca eſſe poſſunt e.g. p. 542. *Qui exaltari optat, penitus ſe humiliet & qui vult ibi conſolari hic jam lugeat & fleat.* & paulo poſt. *Eſt civitas illa plena lætitiæ & jubilationis, plena felicitatis atque ſvavitatis, quæ æternæ conjuncta vitæ, in ea habitantibus jugiter manant,* & paulo inferius ead. pag. *unusquisque cum ſuis opibus ac mercedibus gloriatur & exultat* & p. 543. *& linguæ uſus, quibus cor perfrui deſideret, Chriſtone, an rebus* præſentis ſeculi, oſtendis & pag. 545. *nos vero miſeri, nos infelices ne usque ad verbum quidem invicem tolarare poſſumus.* & inferius: *an ignoras miſer, quia illic omnes cogitationes tuæ atque ſermones conſcripti erunt? aut neſcis quoniam omnis creatura cum horrore* tribunal adſtabit &c. Adeo non injurius in Voſſianam verſionem fuiſſe dicendus eſt *Tillemontius*, quando plurimis eam maculis nævisque contaminatam ſcribit! De negligentia auctoris & hoc teſtatur, quod eadem ſæpe, iisdem pene

verbis propoſita recurrant. Duo nos tantum loca transcurſim legendo obſervavimus. vix autem dubitamus, quin plura attento lectori ſe datura ſint ſimilia. Primus locus reperitur in duobus illis ſermonibus: primo p. 442. in ſermone *commonitorio & catechetico* (quæ verba auctoris ſunt) *ad monachos*, qui ſic incipit: *Venite dilecti mei, venite patres fratresque mei*, &c. deinde p. 554, in ſermone qui inſcribitur *ſermo aſceticus de vita religioſa atque monaſtica*, hoc init. *labor & dolor me ad dicendum & loquendum* (ecce hic tautologiam Voſſianam) *impellunt*. evidentius ut error cognoſcatur, meliusque ab aliis evitetur: utriusque bis repetiti loci initium attexemus.

Pag. 443. lin. 17. Quamobrem vos obſecro cariſſimi, ſupplexque oro, ſobrii eſtote ac vigilate hoc tempore exiguo, & ad undecimam hanc horam contendite. Appropinquavit jam veſpera & retributor mercedis cum gloria adveniet, redditurus unicuique ſecundum opera ſua. Attendite vobis ipſis, ne quis veſtrum honeſte atque ex virtute vivens nimi-

Pag. 554. Sobrii igitur ſimus & vigilemus obſecro, fratres dilectiſſimi, in hoc brevi vitæ noſtræ tempore & in hac undecima hora viriliter decertemus. Appropinquavit enim jam veſpera & mercedis retributor Chriſtus cum gloria venit, ut reddat unicuique ſecundum opera ſua. Attendite itaque vobis ipſis, fratres, ne quis veſtrum de bono opere præſumens

ne

um de ſe præſumat negligensque immenſam ejus munerationem deperdat. Similis enim eſt monachus agro ſeminato, qui pluvia ac rore rigatus incrementum capit, lætitiæque fructum fructificat: ſed cum jam ad ipſum fructum pervenerit, majorem ſolicitudinem bono agricolæ ingerit. ſollicitus namque pervigilat, timens, ne vel repentina grandine vel a peccatoribus (forte pecoribus) campi ſua ſata deſtruantur. Sic & monachus donec in hoc corpore vitam duxerit, quotidie de immortali vita curet ſollicitusque ſit neceſſe eſt, ne per ſegnitiem in vanum cucurriſſe reperiatur. Gloriatur exultatque agricola, quando ſuam meſſem jam congregarit & compenſatio-

negligenterque vivens immenſa illa ſalvatoris præmia deperdat. Similis enim eſt monachus agro alicui ſeminato, qui pluvia ac rore rigatus incrementum capit & fructum lætitiæ producit, ſed cum jam ad frugum tempus pervenerit: majorem curam bonæ agricolæ ingerit. ſolicite enim tunc advigilat, metuens ne vel repentina grandine aut a camporum jumentis ſegetes ipſius vaſtentur. ita etiam monachus quamdiu in hoc vivit corpore die nocteque de immortali æternaque vita ſollicitus ſit oportet, ne per negligentiam in vanum cucurriſſe deprehendatur. Gaudet exultatque agricola, ac Deo gratias agit, quando meſſem jam ſuam in horrea congregavit, & compenſationem labo-

laborum recepe-rit. eundem in modum gaudebunt exultabuntque angeli Dei in cœlis, quando quis timens Deum conſummaverit curſum ſuum &c. &c.

borum ſuorum perceperit. Eodem modo lætantur & exultant in cœlis angeli Dei, cum quis timens Deum recte hic curſum ſuum conſummaverit. &c. &c.

Alter locus occurrit in duobus illis ſermonibus: primo p. 107. in ſermone, *quod ludicris rebus abſtinendum ſit Chriſtianis*, deinde p. 180 *in Ephremi interrogationibus & reſponſionibus* & quidem in illa interrogatione *quid ſibi vult dictum illud Apoſtoli? &c.* Horum ſequens eſt initium.

Pag. 107. Impletur quoque Pauli Prophetia in nobis qnæ ſic habet: Veniet tempus quando ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ----quis enim hodie ſacram ſcripturam ſuſtinet? quis ſedulo Chriſti mandatis intentus eſt? quis ſapiens & cuſtodiet hæc. Quis oſtendet nos non eſſe prævaricatores legis? Multi potentes, omnes ſapientes ſecundum carnem, inquit Apo

P. 180. Et ecce id quod ab apoſtolo dicitur, re ipſa jam cernimus comprobatum. Quis etenim tolerat ſcripturas divinas? Quis Chriſti præceptis eſt intentus? Quis ſapiens & cuſtodiet hæc? Quis oſtendet non eſſe nos prævaricatores legis? omnes ſapientes ſecundum carnem; multi nobiles, multi docti ac ſcribæ & legis periti, & reges & principes & divites & pauperes

ſtolus. Multi ſcientes, ſcribæ, & legis periti, & doctores & pauperes, ſervi & liberi, ſolitariam vitam ſectantes & virgines & in cœtibus aliorum viventes & ſenes & juvenes. Quis autem horum omnium demonſtrare poterit, convenire Chriſtianis citharizare, aut tripudiare aut cymbala pulſare aut acclamare, aut haruſpicem agere, aut phylacteria, quæ vocant facere, aut eadem circumgeſtare, aut dæmonia conſulere? &c. &c. (z)

peres & ſervi & liberi & doctores & monachi & virgines, & aliis mixti. Quis horum omnium poterit affirmare aut oſtendere, Chriſtiano homini licere citharoedorum more ludere aut tripudiare, aut cymbala pulſare aut choreas ducere, aut acclamare aut haruſpicem agere, aut phylacteria quæ vocant, facere aut furari, aut dæmonas conſulere?

(z) Hæc paulo prolixius attulimus, ut de verſione Voſſiana, quomodo cum græca aliisque latinis verſionibus partem, ſecum ipſa conſpiret, eo melius judicetur. Quod reliquum eſt has aliasque repetitiones in Voſſiana editione reperiundas, inde ortas eſſe credo, quod qui bis repetiti ſunt ſermones aliis in codicibus aliter inſcripti aliudque initium forte habentes interpreti ſe obtulerint, ut adeo facile fuerit ſermones jam ante translatos novos eſſe credere. Verum hoc ipſum indicio eſſe quaut, non omnia Voſſium ipſum, ſed alios laborum forte adminiſtros transtuliſſe. Nam ſi ipſe omnia convertiſſet, errorem ſene dubio animadvertiſſet.

§. 5.

Tertia ſuccedit verſio Ephremi, nimirum Æthiopica. De qua *Tenzelius* (a) ſic pronunciat: *Quid autem judicabimus de Arabica verſione, quando Thomas Jameſius in catalogo bibliothecæ Oxonienſis refert, in ea adſervari Ephremi paræneſes, epiſtolas & ſermones num. 52 manu exaratos? nihil ſane aliud, quam ſequendo Huetium. qui in libro de claris interpretibus erudite commonſtrat, exiguæ fidei eſſe Arabum verſiones.* Secus autem fortaſſe de hac verſione judicaſſet *Tenzelius*, ſi, quem ex oriente ſecum *Aſſemannus* advexit, codicem, Ephremiana ſcripta in Arabicam linguam verſa continentem, oculis uſurpare licuiſſet. Hunc ita Aſſemannus recenſet. *Paulo antiquiorem iſto nacti ſumus codicem, quum Ægyptum luſtraremus, cui ad calcem fol. 281 banc temporis notam Amanuenſis appoſuit: explicit die* 20 *Abib, anno ſanctorum martyrum 1325.* Nimirum & alium codicem, Arabica lingua ſcriptum, minus antiquum præſto habuit *Aſſemannus*: totidem fere, quot ſuo tempore extitiſſe atque a ſe ipſo lectos Photius teſtatur (b) ſermones complectentem. Hic anno Chriſti 1329, quantum quidem ex verbis codici adſcriptis colligitur, exaratus, deque Græco in Arabicum converſus eſt. (c) Eundem a ſuperiori codice, cum quoad

(a) In exercitat. ſelect. p. 287, 88.

(b) In Bibliotheca cod. 196.

(c) Patet hoc ex epigraphe quæ ad calcem Codicis bibliothecæ S. Petri in monte aureo legitur. *Tranſtulit hunc librum*

quoad verſionem, multis in locis ab illa abeuntem, tum quoad ſermones ipſos, eorumque ordinem ac numerum differre clariſſimus Aſſemannus obſervat. catalogum ſimul anneſtens ſermonum, (numero 56) in codice extantium. Optandum autem eſſet, ut & verſio Arabica in latinum diligenter translata extaret. Nam ſi ſermonem iſtum, qui *reprehenſio ſui & confeſſio* inſcribitur paucosque alios excipias: meris germanis atq; a nemine unquam in dubium vocatis Ephremi ſcriptis conſtat. (d) ut multum adeo ei, tum quod ad antiquitatem, tum quod ad puritatem germanitatemque tribuendum eſſe videatur. De *Æthiopica* Ephremi verſione nihil propemodum conſtat, niſi quod ad Arabicam ſine dubio verſionem expreſſam *Tenzelius* auguretur. Eſſe tamen Æthiopicam quandam Ephremi verſionem olim confectam, Ludolfi iſta teſtantur (e) *græcorum patrum ſcripta Æthiopice verſa, Habesſini legunt atque amant. Notiſſimi inter cæteros ſunt Baſilius, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexandrinus, Ephrem Syrus & ni fallor etiam Irenæus.*

librum e Græco exemplari in Arabicum ſermonem Abraham, Johannis Antiocheni filius Protoſpatharius, ſcriptor Melchita, qui lectores auditoresque enixe rogat ut preces tum pro interprete, tum pro eo qui interpretationem procuravit, fundere dignentur Amen.

(d) *Teſtamentum* enim aliaque ſimilis notæ ſcripta ibidem non reperiuntur.

(e) *Jobus Ludolfus* in epiſtola ad *Hottingerum*, quam hic bibliothecæ orientali p. 326 inſeruit

§ 6.

Inter cæteras Ephremi verſiones Gallica etiam & Germanica comparent. At neutra magni æſtimanda eſt. in quibus concinnandis ne Græcam quidem verſionem ſed latinam interpretes ſecutos conſtat. De Gallica hoc ipſe fatetur auctor *Franciſcus Fevardentius* in „præfatione ſic ſcribens. „Je me ſuis aidé en „ceſte tranlation partie des livres imprimez a „Dilingen, partie a Paris, mais principale„ment j'ai ſuiviz ceux qui ont eté imprimé a „Couloigne (f)„ Atque hæc verſio Pariſiis 1602, 8 apud *Michaelem Sonnium* impreſſa prodi„it, hoc titulo; "Divins opuſcules & exercices „ſpirituels du tres ſaint pêre Ephrem Archi„diacre d'Edeſſe en Meſopotamie, eſcrit par le „dit autheur l'an trois cens cinquante en lan„gue Syriaque & en meſme tems tournéz en „Grec; puis en latin par pluſieurs autheurs, „maintenant mis en notre langue Francoiſe „&c. par F. Francois Fevardent de l'ordre de „S. Francois, Docteur en Theologie en l'uni„verſité.„ Errat igitur Tenzelius, quando hanc verſionem, Pariſiis 1579 editam, ad græcæ verſionis, ut titulus habeat, normam confectam fuiſſe ſcribit. Plurimi tamen eam faciunt

(f) Addit quidem eodem loco auctor: *J'ai eu recours en quelques endroits obſcurs a quelques traitez a la main, qu'avec grand travail j'ay ramaſſez d'un coſté & d'autre.* Verum non magni momenti ſunt, quæ explicuit & emendavit.

Digitized by Google

ciunt Pontificii, in primis Labbeus: graviter ideo a noſtratibus reprehenſus. qui quidem omnes hanc verſionem ut mancam mutilamque (g) merito rejiciunt. In his *Rivetus* cit. loco p. 339. *Multa*, inquit, *omittit Voſſius, quæ Camaldulenſis habet & contra: quæ fraus non ſolum patebit ex latinorum interpretum collatione, ſed etiam ex impuri illius ſycophantæ Fevardentii fraudibus & tricis Ephremi nomine Gallico idiomate evulgatis.* (h) Non multo majoris fortaſſe pretii habenda eſt germanica illa, quam *Johanne Swaigero* interprete, Moguntiæ 1565 in octavo dicitur prodiiſſe, verſio. Quid enim de hac verſione egregii ſibi quis promittat: cum reliquæ omnes, quas habemus Germanicæ antiquæ verſiones, ita pleræque comparatæ ſint, ut vix legi á quoquam inque manus ſumi mereantur?

(g) Mutilata utique dicenda eſt hæc verſio, cum pro lubitu ſuo ſermonum ordinem ac συναφειαν turbaverit, ac divulſerit: nulli religioni ſibi ducens ex uno ſæpe ſermone tres pluresque miſere quaſi dilaniatos, efficere.

(h) Notandum hic eſt, jam ante Fevardentium nonnullos Ephremi ſermones in Gallicum ſermonem a *Petro Cueuret*, homine Gallo translatos Pariſ. 1520, ſub tit. *la fleur de predicatiôn* in 8vo prodiiſſe.

CAPUT II.

DE VERSIONE EPHREMI SYRI SLAVONICA.

CONSPECTUS CAPITIS.

§ 1. Titulum Verſionis Slavonicum latine verſum ſiſtit.

§ 2. Sermones in Slavonica verſione contentos ordine enumerat, ſingulorum initio latinis æque ac Slavonicis verbis ſimul adſcripto.

§ 3. De iis quæ ad externam Slavonici codicis formam, ejusdem raritatem, reliquasque, circumſtantias ſpectant exponit.

§ 4. Breve judicium de hac verſione exhibet, ſpecimenque aliquod ex ea adducit.

§ 1.

§. 1.

Poſteaquam ſingulas Ephremi Syri, quotquot hodie extant, verſiones, ea qua fieri potuit brevitate, ordine expoſuimus: reliquum eſt, ut & Slavonicam minus in vulgus notam, ſed magna fide dignam verſionem paucis perſequamur. Quo primum tempore in Ruſſia hæc prodierit, non liquet. Satis tamen antiquam eam eſſe: certum eſt. & memini me vidiſſe aliquando Petropoli editionem Ephremi Syri ſub initium ſuperioris ſeculi forma quarta impreſſam. Nulla autem editio vel accuratior, vel locupletior, vel ſplendida magis eſt, quam Moſcuenſis illa, quæ primo hujus ſeculi anno, Invictiſſimi Herois, Auguſtisſimique Ruthenorum Monarchæ, glorioſiſſimæ memoriæ Imperatoris, in gloriam ſeculi ſuæque gentis ſalutem nati, *Petri Primi* auſpiciis majori forma ſplendidiſſime impreſſa prodiit. Cujus quidem editionis cum & ipſi exemplum quoddam diu quærendo demum erutum, ac Petropoli comparatum poſſideamus: non erit opinor nec a propoſito noſtro alienum, nec lectoribus ingratum, comprehenſa in eo Ephremi ſcripta, qua titulum initiumque breviter enarrare. Liber ipſe Slavonice ſic inſcribitur.

Bo slavvu ſvviatiā jedinoſuſchtſchnia, ſchiwotvvoraſchtſchia	In gloriam ſanctæ uniſubſtantialis, vivificantis & indiviſæ

Tri-

i nerasdielimia Troizi, Otza, i ſina i ſvviatago Ducha. Povvelieniem blagotſcheſtivvieſchago vvelikago goſudara naſchego Tzara i vvelikago Knaſa, Petra Alexievvitza, vvſea vvelikia, i malia, i bielia Rosſii Samoderſchza. Pri blagorodniëiſchem goſudarie naſchem Tzarw tſchie, i vvelikom knaſie, Alexii Petrovvitzſchie: blagoslovveni emſche vvſego oſweſchtſchennago ſobora, meſchdu Patriarſcheſtvvom: Isdadeſa kniga ſia, blagõugodnich trudovv, Prepodobnago Otza naſchego Jephrema Syrina: Knëiſche i w novvo prevvedoſchaſa ſgretſcheskich charateinich knig outſchitelnaia jego i vvraſumitelnaja slovveſa, Monaſcheskomu i Mirskomu ſoſtoianiju

Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Juſſu religioſiſſimi, Magni Domini noſtri Tzaar & Magni Principis, Petri Alexievvitza, totius magnæ & parvæ & albæ Ruſſiæ autocratoris. ſub nobili ex ſtirpe genito Domino noſtro Zarovvitſchio & magno Principe Alexio Petrovvitſchio, benedictione autem totius conſecrati concilii, Patriarchatus loco conſtituti, editus eſt liber iſte Deo acceptorum ſcriptorum Ephremi, benedicti Patris noſtri Ephremi Syri: translatis denuo ad græca manuſcripta doctrina plenis & ſapientibus ejus ſermonibus, monachis æque ac reliquis cujuscunque ſtatus hominibus in eximiam utilitatem & ſalutem. cui accedit beati abbatis *Dorothei*, animæ ſalutaris liber. in Impe-

vvo iſradnuju polſu i ſpaſenie; ieſchtſcheſche i blagotſchennago Avvwi Dorothea Duſcheſpaſitelnaja Kniga: w Tzarſtwujutſch tſchem vvelikom gradie Moskvvie. vvlieto ot ſotvvorenia Mira 6210. ot roſcheſtvvaſche po ploti boga slovva 1701 Indicta 10 *Meſetza Dekembria.*

Imperatoria ſede, magna urbe Moſcua. anno ab orbe condito 6210. poſt nativitatem autem incarnati Dei verbi 1701. Indicta decima, menſe Decembri.

§ 2.

Initium facit Ephremi Syri vita, ab Anonymo quodam compoſita, quæ etſi eadem eſſe videatur atque illa, quæ in Voſſiana editione p. 12. & in Oxonienſi p. ηλθ inſerta reperitur: in multis tamen ab illa diſcrepat. e. g. pro verbis ipſo initio ſtatim occurrentibus, ὑπαρχων ἐν τοις χρονοις Κωνςαντινȣ τȣ μεγαλȣ βασιλεως, καὶ των ἀπ' αὐτȣ̃ βασιλευσαντων: in Slavonico legitur: tempore Conſtantini Magni natus *pervenit* usque ad tempora Regis *Theodoſii* Magni. Deinde verba illa p. γμ lin. 7. πρὸς ὃν Θεοφορος ἐκειν☉ usque ad ὅπερ τοις ὀφθαλμοις μȣ τεθεαμαι τη νυκτι ταυτη in Slavonicis plane deſunt. Ut alia nunc loca, in quibus diſcrepantia nonnulla deprehenditur, præteream. Vitam Ephremi exicipit ligno inſculpta affigies, in qua Ephremus menſæ aſſidens, libroque hæc verba inſcribens *di Chrieſ-*

nim

nim Jebrim, h. e. ego peccator Ephrem, conſpicitur: ſubſcriptis his verſibus.

Jephrem ſvviat, kriepoſt glavvi po Davidu.
Schiſnototſchnich vvod i slia potſchinu
Tzerkvvi vvo kriepoſt, vvſpaſenie liudem
Da knigu jego Tſchtuſchtſche muk is budem.

h. e.

Ephrem ſanctus fortitudo capitis ſecundum Davidem:
Viventium aquarum fundit abyſſum
Eccleſiæ in fortitudinem, in ſalutem hominibus.
Ut librum illius legentes poenis liberemur.

Sequuntur ſermones ipſi: hac inſcriptione: *Kniga propodobnago Otza naſchego Iephrema Syrina, ſoderſchaſchtſchaia vv'ſebie slovveſa vv'nakaſania raslitzſchna kpolſie i ſpaſeniju vvsaköi duſchi Chriſtianskoi*, hoc eſt: *Liber ſanctiſſimi patris noſtri Ephremi Syri continens in ſe ſermones variæ diſciplinæ in utilitatem ſalutemque omnis animæ Chriſtianæ*.

Sermo I. inſcribitur. Nakaſanie o umilenii i ſpaſenii duſchi, i o otretzſchenii ſchitija p. 1. in Oxon. p. 126.

Inſtructio de pietate & ſalute animæ, & de abdicatione vitæ. apud Voſſ. p. 66.

Incip. As Jephrem grieſchnii i neraſumnii, priſno slabii, i ounilii.

Ego Ephrem peccator & inſipiens, ſemper debilis & remiſſus.

Ser-

Sermo II. Blagodarenie ko Spaſiteliu bogu. p. 5. in Oxon. p. 264	Gratiarum actio ad ſervatorem Deum. ap. Voſſ. p. 334.
Incip. Slavva tebie Boſche, slavva tebie.	Gloria tibi Deus, gloria tibi!
Sermo III. Poüitſchenie o blagotzſcheſtii, i k'chotaſchim vv' niti vv'monaſcheskoje. p 6 in Oxon. p. 264.	Inſtructio de religione & ad volentes inire monaſticam vitam.
Incip. Wosliublenne Chriſtianni li ieſi boſchieju blagodatiju;	Amantiſſime eſne Chriſtianus divina gratia?
Serm. IV. Nakaſanie k novvonatzſchalnim Monachom. p. 8. in Oxon. p. 266.	Inſtructio ad monachos recens factos.
Inc. Wosliublenne aſchtſche otvvergaſa ieſi ſchitia ſego.	Dilectiſſime ſi abnegaſti vitam hanc.
Sermo V. k'monachom o ieſche terpieti iskuſchenija. p. 9. in Ooxo. p. 287.	Inſtructio ad monachos ut fortiter ſuſtineant tentationem.
Inc. Wosliublenne ſe predlagaiu ti drugoje predloſchenie o goſpodie.	Dilectiſſime ecce propono tibi aliud mandatum (proprie depoſitum) a Domino.
Sermo VI. Nakaſanie o ieſche krotku biti monachu, p. 10. in Ox. p. 268.	Inſtructio ut mitis ſit monachus.

In-

Digitized by Google

Incip. Wosliublenne aſchtſche ſotvvoriſchi natzſchalo dobro.	Dilectiſſime ſi feceris bonum initium.
Serm. VII. Nakaſanie. o ieſche vv' trudiech prebivvati p. 11. in Oxon. p 269.	Inſtructio ut in laboribus ſemper verſetur.
Incip. I o rutzſchniem. brate dielie ne prenebregaï.	Et de manuali opera frater ne negligas.
Serm. VIII. Nakaſanie o ieſche nevvdawatiſa ſtraſtem. p. 12. in Oxon. p. 269.	Inſtructio ne ſuccumbat cupiditatibus.
Incip. O bivvaiuſchtſchem ſche ſoblaſnievviem rekſchago.	De exiſtente autem ſcandalo ſcimus dicentem.
Serm. IX. Nakaſanie. o ieſche vvſegdaſchiĕje terpïenie ſtaſchati. p. 13. in Oxon. p.270.	Inſtructio ut quotidianam patientiam exerceat.
Incip. Jo vvremeni vvosliublenne ne prene mogäi.	Et de tempore ne ſis incurioſus.
Serm. X. Nakaſanie o nachodaſchtſchich pomisliech p. 14. in Oxon. p. 271.	Inſtructio de incidentibus cogitationibus.
Incip. Wosliublenne neouklonäiſa ot litza nachodaſchich,	Dilectiſſime ne tergum des obviam euntibus cogitationibus.

In-

Digitized by Google

Serm. XI. Nakaſanie vvo ieſche tresvvubiti vvſegda p. 15. in Oxon. p. 272.	Inſtructio, ut ſobrius ſit ſemper.
Incip. Brate podvviſaiſa jako dobr vvoin.	Frater certa tanquam bonus miles.
Serm XII. Nakaſanie o jeſche ne imieti wo oumie kitzſchenia. p 16. in Oxon. p. 273.	Inſtructio ne habeat in mente arrogantiam.
Incip. Brate aſchtſche otvvergaſa ieſi ſuetnago ſchitia.	Frater, ſi dereliquiſti vanam vitam.
Serm. XIII. Nakaſa nie o ſoſtojanii naſtoiatelei i o paſtirskom wvvierenii. p. 17. in Oxon. p. 274.	Inſtructio. de ſtatu præfectorum & de paſtorali cura.
Incip. Brate porutzſchilſa ieſi duſchi, prepojaſchi Tzſchresla tvvoia.	Frater ſi tradidiſti animam: cingas latera tua, ut vir.
Sermo XIV. Nakaſanie pritzſchami k' naſtavvnikom i podtzſchinennim p. 19. in Oxon. p. 275.	Inſtructio parabolica ad ſuperiores & ſubditos.
Incip. Po tzſchaſti ſoſidaietſa grad i po ſovverſcheni i bivva jet bran.	Per partes ædificatur civitas, & per imperium geritur bellum.
Serm. XV. Naka-	Inſtructio de certa-

Digitized by Google

ſanie o borbie monaſcheskago i puſtinnago. p. 20. in Oxonien. p. 276.

minibus monaſticæ & eremitarum vitæ.

Incip. Brate aſchtſche ſpodobilſa ieſi ſvviatomu obletzſcheniju monaſcheskomu.

Frater ſi dignus fueris habitus ſancto indumento monaſtico.

Serm. XVI. Nakaſanie, ieſche ne biti tſchtſcheslavvnu p. 22 in Oxon. p. 278.

Inſtructio ne vanæ gloriæ ſit cupidus.

Inc. Brate potzſchto prelſchtſchaieſchia pobieſchdaiem diavvo lom;

Frater cur ſeduci te ſinis, ſuperate a diabolo?

Serm. XVII. Nakaſanie o vvosdvviſanii duſchi vv molitvvu k bogu. p. 23. in Oxon. p. 279.

Inſtructio de elatione animæ in precibus ad Deum.

Incip. Brat iegda kleplet ti brat noſchtſchiju, jakoda vvoſtaneſchi.

Frater quando ad Januam tuam pulſet frater noctu, ut ſurgas.

Serm. XVIII. Nakaſanie ko ispravvleniju ſchelania duchovvnago. p. 24. in Oxon. p. 280.

Inſtructio in correctionem deſiderii ſpiritualis.

Incip. Wosliublennii, poraſumiem pred-

Dilectiſſimi, ſcimus ſtantes coram mundanis

ſtoiaſchtſchia pred ſemnim Tzarim.	nis regibus.
Serm. XIX. Nakaſanie o bdienie, i treſvvennoi molitvvie. p 25. in Oxon. p. 280.	De vigilia & ſobriis precibus.
Inc. Brate pomiſchlaiu, iako tri ſut dremania &c.	Frater exiſtimo tria eſſe ſomniorum genera.
Sermo XX. Nakaſko iskuſchaemim o ſvvoiego pomisla. p. 26. in Oxon. 281.	Inſtruct. ad tentatos a ſua cogitatione.
Incip. Aſchtſche slutzſchitſa kotoromu bratu priiti vv monaſcheſkoje ſchitie.	Si accidat fratrem quendam ingredi monaſticam vitam.
Serm. XXI. Nak. o brani vvraga k'novvonazſchalnim monachom i o rutzſchnom dielie. p. 28. in Oxon. p. 283.	Inſtructio de pugna inimici adverſus vitam monaſticam recens ingreſſos monachos, & de manualibus operis.
Incip. Wo obſche s ſchiwaſchtſchimi iounimi monachi raslitzſchno boretſa vvrag.	In communione viventes juniores monachos diverſe impugnat diabolus.
Serm. XXII. Naki koim vvchodom ratuiet vvrag monachi, i o prechoſchdenii mieſtniem. p. 30 in Ox. p. 285	Inſtr. Quo introitu ſuperet diabolus monachos & de tranſitu ex uno loco in alium.

U 2 Incip.

Incip. Raslitzſchno boretſa diavvol s ſuſchtſchimi pod duchovvnim otzem.	Diverſe pugnat diabolus contra eos qui ſub ſpirituali patre verſantur
Sermo XXIII. Jako podobaiet vvo iedinom mieſtie prebivvati monachu dokonzſchini ſvvoeia. p. 2. 34. in Oxon 288.	Quod oporteat uno loco manere monachum usque ad mortem.
Incip. Bloſchiht pomisl ſtartzu.	Imponit cogitatio monacho.
Serm. XXIV. Iako ne podobaiet monachu ſmiejatiſa ni glumitiſa, no ne preſtanno plakati. p. 35. in Oxon. 176.	Quod non oporteat monacum ridere ſcurramque agere, ſed continue lachrymari.
Incip. Natzſchalo raſvvraſchtſchenia duſchih monachovvie ſmiech &c.	Initium diſſolutæ vitæ monachi riſus &c.
Serm. XXV. Poroutzſchenie monachom Jounim, o poslůſchanii, i ſmirenii &c. p 39 in Oxon. p. 330.	Inſtructio monachorum juniorum de obedientia & manſuetudine.
Incip. Wnemlih ſebie o iounoſti da ne kogda lienoſtiju i ſmiechom pogubiſchi twoe vvremia.	Cave ipſi geſti a juventute ne pigritia & riſu perdas tempus tuum.

Ser-

Sermo XXVI. O Terpienii. p. 42. in Oxon. deeſt.	De patientia
Incip. Liubimntzi budem iako grabrii vvoïni.	Dilecti erimus ut magnanimi milites.
Serm. XXVII. O jeſche ne prechoditi monachu ot mieſta na mieſto. in Oxon. p. 289	Non oportere monachum ex alio loco in alium tranſire.
Incip. Wiera mati jeſt vvſakomu blagu dielu.	Fides mater eſt omnis boni operis.
Serm. XXVIII. O lioubvvi i miloſti k' pokaiavvſchemuſa p. 45. in Oxon. p. 291.	De amore & miſericordia in poenitentem.
Incip. Aſchtſche pri k l i o u z t ſ c h i t ſa bratu obſchtſchia ſchiſni otlutzſchitiſa.	Si accidat fratrem a communione monachali diſcedere.
Serm. XXIX. Okaſanie o Palladii Monaſie, jeſe bes ſtracha boſchia poſchivve vv' nepokorſtvvie. p. 48. in Oxon. p. 293.	Narratio de Palladio monacho, qui ſine timore Dei vixit in inobedientia.
Incip. Brat niëkii povvieda mnie &c.	Frater aliquis narravit mihi.
Serm. XXX. Nakaſ. o jeſche imuſchtſchemu daſtſa. p. 49. in Ox. p. 294	Quod habenti datur.

Incip. Piſchet bo i. muſchtſchemu daſtſa.

Scriptum eſt autem: habenti datur.

Serm. XXXI. Nakaſ. o jeſche iskuſchajema ne ſaſirati no moliti goſpoda o isbavvlenii jego. p. 49. in Oxon. 295.

Inſtruct. Quod cadentem in tentationem non oportet judicare ſed pro eo orare.

Incip. Bratie aſchtſche kto ot govvienia bratii ſtojah vv ſoborie.

Fratres, ſi quis ex religioſis fratribus ſtans in coetu.

Serm. XXXII. O smirennoi mudroſti. p. 52. in Oxon. p. 297.

De miti ſapientia.

Incip. Wosliublenne aſchtſche polutzſchiſchi predſpieanie, jako ſtati &c.

Dilectiſſime ſi conſequeris prærogativam, ut ſtes &c.

Serm. XXXIII. Jako prodobaiet Chriſtiainnu dolgoterpieliwu biti i ne slobivvu. pag. 52. in Oxon. p. 298.

Quod oporteat Chriſtianum longam patientiam & manſuetudinem exercere.

Incip. aſchtſche prikliutzſchitſa sloba, ne vv'slobu oubo kloutzſchitſa.

Si præter ſpem ira te inceſſerit, non in iram. &c.

Serm. XXXIV. Oſtrastech, p, 54. in Ox. p. 299.

De cupiditatibus

Inc, Muſch dni ſvvo-

Vir dies ſuos in pigri-

ja vv'lienoſti ſchivvii.	gritia tranſigens.
Serm. XXXV. Kako podobaiet monachu outieſchati skortaſchago i isnemogavvuſchtſchago. p. 55. in Oxon. p 300.	Quomodo oporteat monachum conſolari patientem & debilem.
Incip. Brat iskaſche ſvvoiego brat.	Frater quærens ſuum fratrem.
S. xxxvi. Kako podobaiet zſtuſchtſchemu vvo uſchi bratii prilieſchno tzſchitati. p. 59. in Oxon. p. 303.	Quomodo oporteat legentem coram fratribus, diligenter attenteque legere.
Incip. Brat aſchtſche povvelieno tebie budet tzſcitati vvo uſchi.	Frater ſi juſſum tibi fuerit legere in auribus.
Serm. XXVII. O Dievvſtvvie, i o tzielomudrii ſoprotivvno. p. ead. in Oxon. p. 304.	De cœlibatu & temperantia.
Incip. Bratu ili ſeſtrie bloſchith pomisl netzſcheſtivvii &c.	Fratri vel ſorori ſuggeret cogitationem ſceleratus.
Serm XXXVIII. O Tzſchiſtotie. p. 62. in Oxon. p. 306.	De caſtitate apud Voſſ. T. 1. p. 125.
Incip. Wosliublennii brate oupodobiſa Tzſchiſtotoju Phiniku.	Dilectiſſime frater compara caſtitatem palmæ.
Serm. XXXIX. O jeſche ne nametati	Non huc illuc oculos circumferendos, ſed

otz-

otzſchima ſiemo i Owamo, no dolu imieti otzſchi. p. 63. in Oxon. p. 307.	in terram dejiciendos.
Incip. Boprostzſchim oupraſchnaietſa bran?	Interrogatio. Quomodo componitur bellum.
Sermo XL. O Krotziëi Straſti. p. 65. in Oxon. cod. p. 308.	De manſuetudine?
Incip. Monaſche, Nieſi li obieſchtſchalſa Chriſtu ougonti? to kako &c.	Monache, nonne promiſiſti Deo placere? quomodo igitur. &c.
Sermo. XLI. K' neporivvim i o ouſtroienii, i o ſtraſie boſchi i o ſudie buduſchtſchem. p. 60. in Oxon. p. 310.	Ad inobedientes & de præparatione & de timore Dei & de judicio futuro.
Incip. Brate aſchtſche priſched brat mo lit ta, glagolia:	Frater ſi accedens frater roget te, dicens:
Serm. XLII. O blagogovvienii p. 71. in Oxon. p. 315.	De pietate.
Incip. Brate vv nemli ſielò, ne pogubí právvage puti.	Frater cave tibi diligenter, ne a recta via aberres.
Sermo XLIII. O otpadajuſchtſchich ot ſvvoeja lienoſti, i nepſchtſchujuſch-	De cadentibus ſua pigritiæ culpa & non ſentientibus cauſas peccatorum.

tſchich

tſchich vvini o grieſiech. p. 73. in Oxon. p. 315.	
Incip. Brate, monaſcheskomu li ſchiju pothotiel ieſi.	Frater cupiſne monaſticæ vitæ te tradere.
Sermo XLIV. O blaſchennich. p 78 in Oxon. p. 196.	De beatis.
Incip. Blaſchen iſche vvosne navvidit ſchitie ſiè tzſchelovvietzſcheskoje.	Beatus qui odio habet vitam hanc humanam.
Serm. XL. O Sudie i o molſtini. p. 83. in Oxon. & Voſſ. ed. deeſt.	De judicio & eleemoſyna.
Incipit. Bog ſii blagii tzſchelovviekoliubetz, mnogimam obraſovval jeſt puti na ſpaſenie &c.	Deus exiſtens bonus hominum amator, multas nobis propoſuit vias ad ſalutem.
Serm. XLVI. O Dievvſtvvie. p. 89. in Oxon. deeſt, in Voſſi an. ed. p. 126.	De virginitate (coelibatu)
Incip O Dievvſtwie i o ſvviaſchtſchenii duſchevvniem glagolet Pauel apoſtol.	De coelibatu & ſanctitate animæ dicit Paulus apoſtolus.
Serm. XLVII. Ko ispravvleniju priſtrano ſchivvuſchtſchim	In correctionem diſſolute viventium & honores appetentium.

tzſchesti i ſanovv i muſchtſchim. p. 93. in Oxon. p. 76.	
Incip. Podvviſchuſa bratie moia i trepeſchtſchie, i pezſchaliu.	Commoveor fratres mei & contremiſco & moereo.
Sermo XLVIII. Slovvo o ſtraſti ſpaſovvie. p. 100. in Oxon. deeſt.	Sermo de paſſione Salvatoris, in Voſſio p. 692.
Incip. Bojuſa glagolati iaſikom, i kosnutiſa ſtraſchiei povvieſti ſpaſovvie.	Horreo lingua eloqui, & attingere tremendam hiſtoriam ſalvatoris.
Sermo. XLIX. Povvieſt o ſvviatiem Avvramou. p. 104. in Oxon. p. 220.	Hiſtoria de ſancto Avvramio.
Incip. Bratie moia, choſchtſchu vvom povviedati ſchitie dobro i ſovverſchenno muſcha divvna.	Fratres mei cupio vobis exponere vitam boni & perfecti viri admirabilem.
Sermo. L. O pokajanii. p. 118. in Oxon. p. 102.	De poenitentia.
Incip. Schedii goſpod ot niedra otza i bivv nam put ſpaſenia &c.	Deſcendens Dominus ex ſinu patris & factus nobis via ſalutis.
Serm. LI. O poũtzſchenii i o pokajanii.	De doctrina & poenitentia,

pag.

pag. 123. in Oxon. p. 28.	
Inc. Boliesn nudet ma isreſchtſchih, i nedoſtoniſtvvo moje &c.	Dolor ſtimulat me eloqui & indignitatem meam &c.
Sermo LII. O pokaianie. p. 131. Deeſt in Oxon. cod.	De poenitentia
Incip. Poneſche ubo mira otvverglſa jeſi liubimitzſche &c.	Quoniam igitur renunciaſti mundo dilecte.
Serm. LIII. O pokaianii p. 136. in Ox. deeſt.	De poenitentia.
Incip. Wnemli oubo ſebie, ieda kogda vvo ouninie predaſi ſebe.	Cave igitur tibi, ne quando torpori te tradas.
Serm. LIV. O Pokajanii p. 141. in Oxon. deeſt.	De poenitentia.
Incip. Bes litza niſchej jeſt ſerzalo.	Sine facie coecum eſt ſpeculum &c.
Sermo LV. O pokajanii p. 147. in Oxon. p. 19.	De poenitentia.
Incip. pridite liubimizi moi, pridite otzi i bratijamoja.	Venite dilecti mei, venite patres & fratres mei &c.
Serm. LVI. Pochvvalà monachom, obſchtſche ſchivvuſchſchim. p. 148. in Oxon. deeſt.	Laus monachorum in communione viventium.

Incip.

Incip. Raï ispolnen, ieſt plodà vveſela.	Paradiſus eſt plenus fructu lætitiæ.
Sermo LVII. O Schiteiskich pezſchaliech i vveſchtſchech. p. 149 in Oxon. deeſt.	De mundanis curis & rebus.
Incip. Iakoſche ſô ous nera ſrieſchenie orlu, tako i mirskaja petzſchal.	Quemadmodum vinculum indiſſolubile aquilæ, ita & mundana cura.
Sermo LVIII. O wiſokomudrii, i o diëliè ſavviſtnie i o preche-ſchdenii ot mieſta na mieſto. p. 149. in Ox. deeſt.	De elatione mentis factisque ab invidia profectis, & de tranſitu ab uno loco in alium.
Incip. Iakoſche drevvo vviſokó i kraſno bes ploda, tako i monach &c.	Quemadmodum arbor alta viſuque pulchra ſine fructu: ita & monachus.
Sermo LIX Beſieda ſuiatago Jephrema jegda priidoſcha k'nemu bratija initovvinia i vvoproſiſcha jego o dieleſiech. p. 153. in Oxon. p. 1.	Sermo ſancti Ephremi quando venerunt ad eum Monachi *I· tovvini* conſulentes eum de operibus.
Incip Blaſchu vvaſchu ſchiſn o Chriſtoliubzi jako blagodersnovvenne jeſt.	Laudo veſtram vitam o Chriſti amatores.
Serm. LX. O ſtraſie	De timore Domini.

bo-

boſchie. p. 154. in Ox. p. 2.	
Incip. Blaſchen ou bo tzſchelovviek toi iſche imat ſtrach bo ſchii vv ſebie.	Beatus igitur homo, qui habet timorem Dei in ſe.
Serm. LXI. O ne imuſchich ſtracha boſchia. p. 154. in Oxon. p. 2.	De non habentibus timorem Dei.
Incip. Ne imiejui ſtracha boſchia.	Non habens timorem Dei.
Serm. LXII. O Li oubvvi. p. 155. in Ox. p. 2.	De amore.
Inc. Blaſchen muſch imiejai liubovv boſchieiu, iako ſamago &c.	Beatus Vir habens amorem Dei: quoniam ipſius &c.
Sermo LXIII. O ne imuſchtſchich lioubvve. p. 155. in Oxonienſi p. 3.	De non habentibus amorem.
Incip. O kaianen ſche i ſtraſten, iſche ot lioubvve daletzſche oſtoiai.	Sceleratus autem & diſſolutus, qui ab amore longe abeſt.
Serm. LXIV. O dolgoterpienii. p. 156. in Oxon. p. 3.	De longanimitate.
Incip. Blaſchen poiſtinnie Tzſchelovvek, iſche dolgo terpienie,	Beatus vere homo, qui longanimus.

Serm.

Serm. LXV. O ne imuſchthſchich dolgoterpienia. p. 126. in Oxon. p. 3.	De non habentibus longanimitatem.
Incip. Ne imiejai dolgoterpienii.	Non habens longanimitatem.
Serm. LXVI. O terpienii. p. 157. in Oxon. p. 4.	De patientia.
Incip. Blaſchen ieſt bratie takovvii, iſche terpienie &c.	Beatus eſt fratres, talis, qui patientiam &c.
Serm. LXVII. O ne imuſchtſchie terpienia p. 157. in Oxon. p. 4.	De non habentibus patientiam.
Incip. Okajanen ſche i ſtraſten, ne ſtiaſchavvu terpienija.	Maledictus autem & perverſus non poſſidens patientiam.
Serm. LXVIII. O besgnievvii, jeſche ne imieti gnievva. p. 158. in Oxon. p. 4.	De animo ira carente, qui ſcilicet iram non fovet.
Incip. Blaſchen Tzſchelovvieck on iſche ne oudob rasgnievvajem bivvajet.	Beatus homo ille, qui non facile ad iram concitatur.
Serm. LXIX. O Nagloduſchii, rekſche o gnievvie. p. 158. in Oxon. p. 5.	De animo ira facile effervеſcenti.
Inc. Nagloduſchieru ſche derſchimii skoro.	Oxycholia autem quem tenet cito &c.

Serm.

Serm. O Krotoſti. p. 159. in Oxon. p. 5.	De animi demiſſione.
Incip. Blaſchen ieſt i treblagoſchen vv o iſtinnu &c.	Beatus eſt & terbeatus vera.
Serm. LXXI. O Lukavvſtvvie. p. 159. in Oxon. p. 6.	De malitia.
Incip. Ridati oubo podobaiet i plakatiſa.	Ejulare igitur oportet & plangere.
Serm. LXXII. O Iſtinie. p. 160. in Oxon. pag. 6.	De veritate.
Incip. Blaſchen jeſt iſche, vvo iſtinie ſchivvot ſvvoi outvverdi.	Beatus eſt re qui in veritate vitam suam conſtituit.
Serm. LXXIII. O Lſchach i o ne iſtini. p. 161. & in Oxon. p. 7.	De falſis, & non habentibus veritatem.
Incip. O kajanen ſche i ſtraſten vvesdie tſchai vvinu.	Maledictus autem & perversus ubique exercens falſitatem.
Serm. LXXIV. O posluſchanii. p. 161. in Oxon. p. 7.	De obedientia.
Incip. Blaſchen jeſt iſche ſtaſcha ſebie posluſchanie.	Benedictus eſt qui præditus eſt virtute obedientiæ.
Serm. LXXV. O ne posluſchanie i roptanii p. 161. in Oxon. p. 7.	De inobedientia & murmuratione.
Incip. Proklat i okajanen &c.	Rejectus & maledictus.

Ser-

S.LXXVI. O ieſche ne imieti ſavvihſti i kvvnoſti. p. 161. in Oxonienſi p. 8.	Non habere quemquam oportere invidiam & Zelotypiam.
Incip. Blagoſchen ieſt iſchi ſavviſti i revvnoſti ne poslied ſtvvovva.	Benedictus eſt qui invidiam & Zelum non ſectatur.
S. LXXVII. O ſavvihſti, i revvnoſti. p. 163. in Oxon p. 8.	De invidia & Zelo.
Incip. W ſichſche oujasvvivvii.	Qui in iſtis autem violatam conſcientiam habet.
S.LXXVIII. Jeſche ne biti klevvetniku p. 164. in Oxon. p. 9.	Ne quis ſit calumniator.
Incip. Blaſchen ieſt i treblaſchen.	Benedictus eſt & ter benedictus.
S.LXXIX. O oklevvetanii p. 164. in Oxon. p. 9.	De calumnia.
Incip. Naslaſchdajaiſa vv klevvetach brata svvoiago.	Qui delectatur calumniis in fratrem ſuum.
Serm. LXXX. O vvosderschanii. p. 194 in Oxon. p. 10.	De continentia.
Incip. Blaschen woiſtinnu, i tre blaschen sochranivvii &c.	Benedictus profecto & ter benedictus cuſtodiens.

Ser-

Serm. LXXX. O ne vvosderſchanii. p. 165. in Oxon. p. 10.	De incontinentia.
Incip. A nevvosderſchaja iſa, i ne imiejai vvosderſchania.	At incontinens, & non habens continentiam.
Sermo LXXXII. O pokajanii. p. 176. in Oxon. p. 160.	De poenitentia.
Incip. Datel vvſiech blagich, i iſtotzſchnik istzielenii.	Dator omnium bonorum & fons ſanationis.
Serm, LXXXIII. O pokajanii i oumilenii, p. 171. in Oxon. 112.	De poenitentia & contritione.
Incip. Oumiliſa duſchė moja, oumiliſa, o vvſiech blagich.	Compungere anima mea, compungere.
Serm. LXXIV. O Sudie i o lioubvvi i o pokajanii. p. 134. in Oxon. p. 253.	De judicio & amore & poenitentia.
Incip. Priidité vv ſebe bratie moia.	Deſcendite in vos fratres mei.
Serm. LXXXV. O nedieli, i jako ne podobaiet Chriſtianom glumitiſa poganskimi dieli. pag. 180. in Oxon deeſt.	De non faciendis & quod non deceat Chriſtianos pagana feſta & paganos ludos frequentare.
Incip. Iako ne podobaiet igrati.	Quemadmodum non licet ludere.

Serm. LXXXVI. O prinoſchenii ſuiatago pritſchaſchenia. pag. 184. in Oxon. deeſt.	De oblatione ſancti ſacramenti.
Incip. Glagolachu o niekoiem bratie, jako bivvlchu ſoboru &c.	Dixerunt de fratre quodam quod tempore coetus publici.
Serm. Ko bratu otpadſchu i o pokajanii p. 186 in Oxon. p. 222.	Ad fratrem cadentem & de poenitentia.
Inc. W pokorſtvvu ſiedaschtschu bratu &c.	Imperio ſubjecto fratri.
Serm. LXXXVIII. K'komu slovvo rezſcheno biſt: lutſche ſchenitiſa i poſagati, neſeli rasſchiſatiſa. p. 191. in Oxon. p. 329.	Ad quem ſermo dictus ſit, melius uxorem ducere, quam uri.
Incip. Poſchluſchai Apoſtola Paula glagoliuſchtſcha: &c.	Audi Apoſtolum Paulum dicentem.
Serm. LXXXIX. O Lioubvvi. p. 192. in Oxon. p. 332.	De amore.
Incip. Lioubimitzſche moi aſchtſche ſpodobiſchiſa raſumu.	Dilecte mi ſi præditus fueris ſapientia.
Serm. LXXX. O Tzielomudrii i o terpienii i o pokajanii p. 193. in Oxon p. 337.	De caſtitate & patientia & poenitentia.

Incip.

Incip. Retzſche goſpod slavvi &c.

Serm. XCI. O Sloobitzſchniei misli. p. 199. in Oxon. p. 341.

Incip. Imſche obraſom metzſch ſchili preſieckajet.

Serm. XLII. Iako ne podobaiet klatiſa. pag. 201. in Oxon. 227.

Incip. Goſpoda i ſpaſu naſchemu Jiiſu Chriſtu reckſchu.

Serm. XCIII. Ko Eulogiju. d. 203. in Oxon. p. 333.

Incip. Na plod posluſchanija vvſiraia brate.

Serm. XCIV. O blaſchenſtvvie. p. 207. in Oxon. p. 428.

Incip. Blaſcheni wosliubivvſchii boga.

Sermo XCV. O pokaianii i o puduſchtſchem ſudie. p. 290. in Oxon. 347.

Incip. Priidite lioubimitzi, priidite otzi &c.

Dixit Dominus gloriæ.

De vitioſa mente.

Quemadmodum gladius venas diſſecat &c.

Quod non oporteat jurare.

Domino & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto dicente.

Ad Eulogium.

Ad fructum obedientiæ reſpice frater.

De beatitudine.

Beati amantes Deum.

De poenitentia & de futuro judicio.

Venite dilecti, venite patres.

Sermo. XCVI. O Pokajanii. p. 216. in Oxon. deeſt.	De poenitentia.
Incip. Ouvviedim grieſchnizi miloſerdie, kako bie &c.	Diſcamus peccatores miſericordiam.
Serm. XCVII. Pieſn Tzſchinia ksogrieſchaiouſchtſchim i kaiouſchtſchimſa. pag. 220. in Oxon.	Oda decens ad peccantes & poenitentes.
Incip. Dokolie o Druſche derſchim wragom &c.	Quousqueo amice detentus a diabolo.
Serm. XCVIII. O ſtraſtech. p. 221. in Ox. p. 100.	De cupiditatibus.
Incip. Coſchtschu re ſchtschi pred slavvoiu tvvoëju Chriſte.	Volo dicere coram gloria tua Chriſte.
Serm XCIX. O terpienii, i o konztſchinie i o vvtorom priſcheſtvvii goſpoda naſchego Iiſa Chriſta i o poutzſchenii boſcheſtvvennich knig i zſchto ieſt besmolvvi polſa. p. 225. in Oxon. deeſt.	De patientia & de fine mundi & ſecundo adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti & doctrina divinorum librorum & qualis ſilentii utilitas.
Incip, Svvietlo ſchitiè &c.	Laudo vitam &c.
Serm. C. O pokaja-	De poenitentia.

nii. p. 229. in Oxonienſi deeſt.

Incip. Moliu vvi oubo bratie.

Serm. CI. O besmolvvi. p. 232. in Ox. deeſt.

Incip. Staſchi brate besmolvvie.

Serm. CII. O vvierié i o oupovvanii i o lioubvvi. p. 233.

Incip. Moliu vvi oubo bratia.

CIII. O pokajanii, i o lioubvvi ieſchtſche ſche i o kreſchtſchenii i iſpovviedanii, i kreſtu pochvvala i o vvtorom priſcheſtvvii Chriſtovvie i o buduſchtſchem ſudie. p. 234. in Oxon. p. 455.

Incip. Nitzſchtoſche predpotzſchtim lioubimaja bratica.

CIV. O vvtorom priſcheſtvvii Chriſtovvie. p. 234. in Oxon. deeſt.

Incip. Woslioublen-

Rogo vos igitur fratres.

De ſilentio.

Conſequeris frater ſilentium.

De fide & ſpe & amore.

Rogo vos igitur fratres.

De poenitentia & amore, ut & de baptiſmate & confeſſione & crucis laude, & altero adventu Chriſti, & de futuro judicio.

Nihil exiſtimemus dilecti fratres majoris.

De altero adventu Chriſti.

Dilecti fràtres, de-

X 3 naia

naia bratia ouklonſcheſa vvſi ſlago puti	clinantes omnes a mala via.
CV. O prekraſnom Joſiph. 158. in Oxon. p. 234.	De pulcherrimo Joſepho.
Incip. Boſche Avvraamovv.	Deus Abrahami.
CVI. O Antichriſtie. 264. in Oxon. pag. 359.	De Antichriſto.
Incip Kako as grieſchnii Jephrem?	Quomodo ego peccator Ephrem.
CVII. O pokajanii, i o ſpaſenii duſchi. vv nedieliju maſo puſtnuju. p. 273. in Oxonianſi deeſt.	De poenitentia & ſalute animæ in hebdomate quadrageſimali.
Incip. O tretzſchenie, ieſche vv preſuiatiem kreſchtſchenii tvvorim.	Abnegationem quam in baptiſmate facimus.
CVIII. O ſvviatich i pretzſcheſtich i ſchivvotvvoraſchtſchich Chriſtovvich tainach. p. 283. in Oxon deeſt.	De ſanctis, venerandis & vivificantibus Chriſtianis ſacramentis.
Incip. Ne dovvolno oubo ieſt nam.	Non ſatis igitur eſt nobis.
CIX O Avvraam i Iſaazie. p. 287. in Ox. p. 414.	De Abrahamo & Iſaaco.
Incip. Preſelaiet bog	Transmigrare fecit pra-

pravvednago Avvraama.	Deus optimum Abrahamum.
CX. Pochvvalah o ſvviatiem Waſilii Archiepiskpie keſarii kappadokiiskia. p. 292 in Oxon. 399.	Laus Baſilii Archiepiſcopi Cæſariæ Gapdoc:
Incip. Wosliublennii priklonite ko mnie.	Dilectiſſimi inclinate mihi.
CXI. Slovvo iſiavvilelnoie ſvviatago Jephrema o ſebieſamom, i is povviedanie, i o promislie. p. 299. in Oxon. p. 82.	Ephremi reprehenſio ſui ipſius & confeſſio, & de præſcientia.
Incip. Wo mnogich vvam bratie mnaſa potreben biti.	In multis vobis fratres mihi videor prodeſſe.
CXII. O otziech skontzſchavvſchichſa i vv poſtie proſijavvschich. p. 303.	De patribus defunctis & jejunio claris.
Incip. W ſii den pervii.	Hoc die primo.
CXIII. O otziech ſvviato poſchivvſchich i skontſchavvſichſa. p. 307. in Oxon. p. 119.	De patribus qui ſancte vixerunt & defuncti ſunt.
Incip. Outrobaiu moeju buliu.	Animi excrucior.

Sequuntur jam aliquot Ephremi ſermones, qui novæ huic editioni acceſſerunt, de græco recens tranſlati: hoc titulo: Ina ſloweſa novvoprevvedenaja togoſchde ſuiatago Jephrema. hoc eſt, nonnulli ſermones recens verſi ejusdem ſancti Ephremi.

Sermo I. Nakaſanie ò molitvvie. p. 310. in Oxon. deeſt una cum novem ſequentibus.	Inſtructio de precibus.
Incip. Blaſchenno vvoiſtinnu ieſche ne grieſchiti.	Beatum profecto non peccare.
Sermo. II. O Lioubvvi. p. 311.	De amore.
Incip. dobrie retzſche Goſpod.	Recte dixit Dominus.
Serm. III. O Pſalmopienie. p. 314.	De Pſalmodia.
Incip. O Lieoubvvi oubo mnogo riechom i ninieſche.	De amore igitur ſatis multa diximus nunc autem.
Serm. IV. O poſtie. p. 316.	De jejunio.
Incip. Woſlioubi niſchtſchetu Chriſtovvu.	Amato paupertatem Chriſti.
Serm. V. O ſujetnom ſem ſchitii p. 318.	De vanitate hujus vitæ.
Incip. Pomislim bratie, jako nitzſchtoſche	Cogitemus fratres, quod nihil conducat

nas

Digitized by Google

nas vvolpollſuiut.	nobis.
Serm. VI. O niſchtſche lioubii. p. 318.	De amore paupertatis
Incip. Gradite protzſcheie bratie.	Venite cæteri fratres.
Serm. VII. O blaſchennich mieſtiech p. 300.	De beatis locis.
Incip. Sia ſapovviedi tvvoraſche.	Hæc præcepta facientes.
Serm. VIII. kako chulitſa bog i kogo iſtiaſuiet. p. 312.	Quomodo blaſphemetur Deus & quem judicaturus ſit.
Incip. Glagolet bog tzſchres proroka.	Ait Dominus per Prophetam.
Serm. IX. Nakaſanie k monaſcheſtvvujuſchim, jakovvi dolſchiſtvvujout biti. p. 328.	Inſtructio ad ducentes monaſticam vitam, quales eſſe oporteat.
Serm. X. Nakaſanie Oumilitelnoie. p. 329. in Oxon. p. 110.	Inſtructio de contritione cordis.
Incipit. W iedinom ot dnii, outra iedinego.	Die quodam, tempore mututino.
Serm. XI. Nakaſanie o iſtinnom ot retzſchenii i koim obraſom obraſchtſchet duſcha boga, ieſche radi priide goſpod. p. 333. in Oxon. deeſt.	Inſtructio de vera abnegatione & quomodo inventura ſit anima Deum cujus gratia venit Dominus.

Incip. Moltzſchanie ſlaſchavvii i oujedinenie doſtiſajai.	Silentium tenens & ſolitudinem amplectens.
Serm. XII. Woſpominatelnoie o raſchnich dobrodietelnich ſoſtoianiich. p. 334. in Oxon. p. 130.	Admonitio de diverſis virtutum ſtatibus.
Incip. Wesden vvo oumie imam vvidienie, ieſche mnie povviedal.	Toto die mente agitabam viſionem quam vidi.
Serm. XIII. O blagotzſcheſtii i tresvvoſti i oumilenii duſchi. p. 338. in Oxon deeſt.	De pietate & ſobrietate & tranquillitate animæ.
Incip. Bliudi ſebe ſamago liubeſne &c.	Cave tibi ipſi dilecte.
Sermo XIV. Nakaſanie poleſno o ieſche kako ſtaſchati komu ſmirenomudrie; i matſche vv ſebie ſto glavv. p. 343. in Oxon p. 200.	Inſtructio utilis, de eo quomodo conſequatur quis manſuetudinem, continens centum capita.
Incip. Natzſchalo plodonoſia Zvviet.	Principium fructus flos eſt.
Serm. XV. O skvvernich pomisliech. p. 364 in Oxon. deeſt.	De malis cogitationibus.
Incip. Lioubesnii aſchtſche kogda	Dilecti ſi quando malæ cogitationes.

Serm.

skwerni pomisli &c.

Serm. XVI. Nakaſanie tzſchres poslanie o u vv i e ſch t s ch atelnoie o dobrodieteli k' monaſcheſtvvuiuſchtſchim. p. 366.

Inſtructio per epiſtolam ſuaſoriam de virtute ad ducentes monaſticam vitam.

Incip. L i u b e ſ n i i pochvvalaju vvaſchu liuboro.

Dilecti laudo veſtrum amorem.

Serm. XVII. K monachom o puſtinnom i poſtnitzscheskom ſchitii. p. 374. in Ox. deeſt.

Ad monachos de eremitarum vita & jejunio.

Incip. Wnemli ſebie jounosche Vvosliubivvie monaſcheſtvvo vvati.

Cave tibi ipſi juvenis cupiens m o n a c h u s fieri.

Serm. XVIII. O slogulanii i ſtraſtech. p. 375.

De turpiter dictis & cupidiatibus.

Incip. Rasſipani sut obschie vv ſa ſtraſti vvo vvſem tzschelovvietzscheſtvvie.

Diſperſæ vulgo omnes cupiditates in omni genere humano.

Serm. XIX. O outiesnenii duſchi iegda nemo ſch t ſchetvvuet vvo brani ot ratnika vvraga, i molitsa bogu p. 313. in oxon, 134.

De anguſtiis animæ, quando infirma in certamine cum inimico diabolo, & quomodo orare debeat Deum.

Incip.

Incip. Duſcha os korblenaiah prochodit ktebie ſvviatii wladiko.	Anima triſtis accedit te ſancte Domine.
Serm. XX. O ſoſtojanii dobrodietelnago schitijah. 388. Deeſt. in Oxon.	De ſtatu virtutis.
Incip. Bratie blagoslovvenie oupotrevvim.	Fratres benedictione utamur.
Serm. XXI. O ieſche ſovverschennu biti monachu. p. 394.	Quomodo perfectus eſſe debeat monachus.
Incip. Nekogda ko mnie priidoscha nietzi, proſachtſche &c.	Aliquando me acceſſerunt aliqui quærentes &c.
XXII. Poslanie ko Ioannu monaſche ſtvvuiouſchtschemu, o terpienii i ieſche ne prelſchtschatiſa pomis lami vvinoju opravvdanii i glagolati, iako paſtir ſchivvu, i o tzielomudrii. p. 409. in Ovon. p. 343.	Epiſtola ad Johannem Monachum de patientia & ne decipiatur cogitationibus, quaſi juſtus ſit, dicatque; ita ut paſtorem decet vivo & de temperantia.
Incip. Mnogaſchdi ouvvieschts chavvsche blagogovvieinieischago Theodora.	Multoties perſuadebam religioſiſſimo Theodoro.
Serm. XIII. K'no-	Ad novos monachos

vvo-

vvomonaſcheſtvvoni ouſchtschim o dobrodieteclech. p. 444. in Oxon 140. imatſche w ſebie Tzſchetire glavvi.

de virtutum exercitio: continet quatuor capita.

Incip. Goſpod na ſpaſenie Tſchelovviekovv priſched miru.

Dominus in ſalutem hominum venit in mundum.

Sermo. XXIV. O dobrodietelech. p. 426 in Oxon. p. 150.

De virtutum exercitio: habet capita decem.

Incip. Nusschdno oubo vvosmniech.

Neceſſario igitur cogitabam.

Serm. XXV. Ojeſche vvnimai ſebie. p. 437. in Oxon. p. 160.

Ut noſcat aliquis ſe ipſum.

Incip. Dolſchni iesmi lioubesnii nautſchati &c.

Decet nos dilectiſſimi docere.

Serm. XXVI. Jako ne podobajet ſmiejatiſa i koſchtſchunſtwovvati, no plakati i ridati. p. 455. in Oxon. p 170.

Quod non oporteat ſcurrari & cachinnari ſed plangere & ſingultire.

Incip. Natzschalo rasvvraschtſcheni a duſchi monachovvi, smiech.

Initium perverſionis animæ monachi riſus &c.

Serm XXVII. O duchownom ſchitelſtwie

De ſpirituali vita ad novum monachum.

k.

k'novvopoſtrischeno-mu monachu. p. 458. in Oxon. p. 179.	habet 93 verſus.
Incip. Pochvvalich tvvoju vvieru.	Laudabam tuam fidem.
Serm. XXVIII. O pravvom ſchitii p. 471. in Oxon. p. 257.	De recta vita.
Incip. Pravvago ſchitijah ſchelaieſchili.	Rectamne vitam expetis?
Serm. XXIX. O blaschenſtvvach. p. 480. in Oxon. p. 191.	De beatitudinibus.
Incip. Blaschen iſche biſt ſvvoboden.	Beatus qui eſt liber &c.
Serm. XXX. Savviet svviatago Iephrema Syrina. p. 489. in Ox. p. 365.	Teſtamentum ſancti Ephremi Syri.
Incip. As Iephrem oumiraju, vviědomo oubo vvam da budet, muſchie Jedeſtii.	Ego Ephrem morior. notum igitur vobis ſit viri Edeſſeni &c.
Serm. XXXI. Wo svviatich Otzah naſchego Grigoria Jepiſcopa Nysskago slowo pochvvalnoie prepodobnomu Otzu naſchemu Syrinu. in Ox. deeſt.	Sancti patris noſtri Gregorii Epiſcopi Nyſſeni oratio encomiaſtica in ſanctiſſimum patrem noſtrum Ephremum Syrum.
Incip. Dvviſchit ma	Excitat me ad præ-

k na-

k naſtoiaschemu podlogu.	ſentem pertractationem.

Toti operi coronidem imponunt ſequentia ſex diſticha Slavonica, ab interpretibus confecta.

Triypoſtaſiu vv iedinſt vvie vvſiech bogu
Radoſtnim ſerdzem poiem chvvalu mnogu
Udoſtojeni vv knigach bogomudrich
Duchovvna muſcha Iephrema slovv mudrich
Blagonatzſchalo, konetz ſuiat ousrieti,
Obſchtſche ſovvietno, vv prevvodie ſiediti:
Gretzſcheskich slovves vv novvo prevvedenich
Otziem vviernim, vv polſu predloſchenich
Duchovvni mirſti, vvolte protſchitati:
A truſchdſchimſa vv ſich miloſt proſtirati.
Raſumom ſvvoim, pripravvte lioubeſno,
Aſchtſche tſchſto vvdielie ſritza nepoleſno.

Hoc eſt:

Triſubſtantiali in unitate omnium Deo
Læto corde occinimus laudem multam,
Digni habiti in libris divina ſapientibus
Spiritualis viri Ephremi, ſermonum ſapientia refertorum
Felix initium ſanctumque exitum videre.
Unanimique voluntate translationem perficere

Græ-

Græcorum Sermonum denuo translatorum
Oculis fidelium, in utilitatem ſubjectorum.
Quotquot eſtis ſive ſacro ſive ſeculari ſta-
tu viventes hæc legite quæſumus
Et qui iſtis operati ſunt veniam concedite.
Sapientiaque veſtra benevole emendate
Si quid in translatione minus accuratum.

Hoſce verſus ſequuntur abbatis *Dorothei*, quem hodierni Græci perinde ac Rutheni *Dorophеum* pronunciant, moralia ſcripta, centum & viginti ſex paginas occupantia: quorum quidem recenſionem, quoniam hujus loci non ſunt, ſed ob argumenti affinitatem Ephremi ſcriptis tantummodo annexa, alibi daturi ſumus.

§. 3.

Ephremianus hic codex quingentis & octodecim foliis majori forma impreſſis conſtat. moles tamen ejus quatuor digitorum ſpiſſitudinem non multum excedit. Chartæ non minus ac typorum, qui majuſculi ſunt, tantus nitor tantaque mundities eſt, quanta nullum unquam in Ruſſia impreſſum librum me conſpexiſſe memini. ut ſummo itaque jure hæc editio poſſit Imperatoria tantique Herois, qui imprimendam curavit, Majeſtate, amplitudineque digna appellari. Quæ enim ad externum alias libri cultum ſpectant, nihil eorum in hac editione facile neglectum eſt. in qua tam

ſplen-

ſplendida ſunt omnia, ut e Batava potius officina quavis inſtructiſſima, quam Ruſſica prodiiſſe credas. Pro tantis autem in hanc editionem factis impenſis, miror equidem non majorem quondam exemplorum numerum impreſſum eſſe. Quantum enim ex ſumma hujus codicis raritate, magnoque quo vulgo venire ſolet pretio conjicias, pauciſſima tum exemplaria prelum ſubierunt. Sicubi verum eſſet, quod Petropoli a neſcio quo mihi amico relatum eſſe memini: Ephremiana ſcripta, ceu eccleſiæ Ruthenæ ſcitis placitisque in nonnullis contraria iisque qui ab Eccleſia græca divortium fecerunt, hominibus, ſi non re vera, ad ſpeciem tamen faventia, legi vendique eſſe prohibita: non poſtremam hanc quoque raritatis cauſſam eſſe dicerem. Sed vix credibile eſt hoc factum. cum tanta ſemper in admiratione exiſtimationeque apud omnes Eccleſiæ græcæ ſacris addictos Ephremi ſcripta extitiſſe conſtet: ut auctoritatem illis, ſi a Sacra ſcriptura diſcedas, longe maximam unanimi conſenſu detulerint. Rutheni certe dici non poteſt, quanto amore quantaque veneratione doctoris hujus ſcripta hodieque proſequantur. quorum lectio tam mire eos tenet, ut nullum tempus melius collocatum exiſtiment, quam quod in legendis iis conſumatur. Ex omnibus autem Ephremi opuſculis nullum majoris æſtimant, cupidiusque ac majori cum voluptate legunt, quam ſermonem illius *de Antichriſto*, qui in codice Slavonico homilia

 eſt

Digitized by Google

eſt centeſima ſexta. Hanc enim unicam manu etiam exaratam elegantiſſimeque deſcriptam paſſim apud eos invenimus. Tantam igitur ſui exiſtimationem cum apud omnes Ruthenis ſacris deditos Ephremiana ſcripta jamdudum conſecuti ſint: probabile non eſt lectionem eorum unquam fuiſſe prohibitam: & aliunde omnino codicis hujus raritatis cauſa repetenda eſt. Forte an Raskiolskiana illa, quibuscunque recentioris ævi libris in Ruſſia emiſſis tam inimica ſectta, cum multis aliis vel in Sclavonicam linguam translatis, vel Slavonice conſignatis Eccleſiæ libris plurima etiam Ephremianæ hujus verſionis exempla abſtulerit & aboleverit. Eſt quippe genus quoddam hominum in Ruſſia, hæreſi hac infectum, ut libros omnes ſacros & Eccleſiaſticos, poſt *Niconis*, Patriarchæ quondam Rutheni mortem vel in Ruſſia olim impreſſos, vel hodie correctius emendatiusque prodeuntes, antiquæ diſciplinæ contrarios multisque fidei erroribus contaminatos putent. Hinc ſumma illi diligentia curaque vetuſtiores quosque & antiquæ impreſſionis libros undique conquiſitos collectosque theſauri inſtar cuſtodiunt ac conſervant: recentiores autem omnes diris omnibus devoventes igni flammisque perſequuntur. Neque enim illi, experientia quotidiana teſte, religioni ſibi ducunt, eorum quos diximus, librorum magnum ſæpe numerum coëmere aliaque quacunque via comparare, poſtea flammis tradere.

Quo

Quo certe evenit, ut multi Ruthenorum libri ad ſacra pertinentes, ſi non perierint omnino, facti tamen ſint rariſſimi. (*)

§. 4.

Slavonicam verſionem ipſam duæ potiſſimum res commendant. Primum ſatis accurata interpretum, Slavonicæ non minus quam Græcæ linguæ bene peritorum (a) in transferendo diligentia. Deinde codicum quos ad manus illi habuerunt, inque vertendo ſecuti ſunt, antiquitas. Slavonica enim cum græcis, qui extant, ſermonibus ſedulo committentes, tantam plerisque in locis congruentiam ſimilitudinemque deprehendimus, ut iisdem pene verbis ac phraſibus ſingula expreſſa viſa ſint. Manuſcriptorum porro a translatoribus adhibitorum vetuſtatem ſatis illa arguit, jam ſupra a nobis indicata, codicis Slavonici cum antiquiſſimo illo Cryptoferratenſi, quo *Voſſius* uſus eſt, manuſcripto codice conformitas.

(*) Si quis alius Ephremianus hic certe codex rarus admodum & pretioſus dicendus eſt. multas ego privatorum bibliothecas, vario Slavonicorum librorum apparatu inſtructas viſitavi: at in nulla tamen Ephremum reperi. Tandem amici cujusdam opera, qui in taberna quadam mercatoria, inter cæteros ad vendendum expoſitos, Slavonice impreſſos libros eum invenit, ſexque imperiales pro eo ſolvit, auſpicato nactus ſum.

(a) Qui interpretum hic munus obierunt, Græcos natione Slavonicam linguam in Ruſſia edoctos, cujusmodi plures ſemper ibidem adſunt, probabile eſt fuiſſe.

Digitized by Google

tas. (b) Quo accedit clariſſimi doctiſſimique Viri, in Neſkienſi monaſterio græcæ linguæ Profeſſoris *Athanaſii Schiadæ* fide dignum teſtimonium. quippe qui non ſemel ſed ſæpius coram mihi, de variis mecum rebus diſſerenti affirmavit, in uno ex quinque ſupra commemoratis codicibus, notatum ſe legiſſe: ad eorum ipſorum fidem, Slavonicam, qua Rutheni hodie utuntur, verſionem expreſſam olim, recognitam & emendatam eſſe. Quæ omnia ut Slavonicam translationem noſtram (c) faciunt inprimis commendabilem: ita non exiguum illi pretium apponunt varia, quæ in ea continentur inedita. quorum aliqua in græcis impreſſis, nonnulla in latinis operibus, multa etiam in utrisque non leguntur. Ea quæ in Græcis Ephremi operibus deſiderantur, ſunt ſequentia. I. Sermo in codice Slavonico XXVI. qui inſcribitur *inſtructio de patientia*. II. Serm. XLV. *de judicio & eleemoſyna*. III. ſermo XLVI. De coelibatu. IV. ſermo XLVIII. *de pasſione ſalvatoris*. V. ſermo LII. *de poenitentia* VI. ſermo LIII. *de poenitentia*. VII. LVI. *laus monachorum in communione viventium*. IX. LVII. *De mundanis occupationibus & rebus*. X. Sermo LVIII.

(b) Ita e. g. in ſermone de Antichriſto diviſio ſeu ſectio illa per metra, in alia aliaque iterum diviſa, quæ Voſſio teſtante, in nullo codice Græco manuſcripto, præterquam in antiquisſimo Cryptoferratenſi reperitur, ſimili plane modo in Slavonico noſtro extat. vid. Voſſii edit. p 226.

(c) Disſimulari tamen nequit, ſupereſſe nonnulla in Slavonica translatione, quæ limam, medicamque manum ſibi expoſcant.

LVIII. *De elata mente & invidia deque tranſitu a loco ad locum.* XI. LXXXV. *De nonfaciendis, & quod non oporteat Chriſtianos paganorum ludis delectari.* XII. LXXXVI. *de celebratione ſacræ coenæ.* XIII. Sermo XCVI. *de poenitentia.* XIV. XCVII. *ad peccatores & pœnitentes.* XV. C. *de poenitentia.* XVI. CI. *De ſilentio.* XVII. CII. *De fide & ſpe & amore.* XVIII. CIV. *De altero adventu Chriſti.* XIX. CVII. *De poenitentia & ſalute animæ* &c. XX. CVIII. *De ſanctis & puris & vivificantibus* Chriſti ſacramentis. His accedunt ex recens translatis ſermonibus (d) ſeptendecim ſequentes. I. *de precibus.* II. *de amore.* III. *de cantione Pſalmorum.* IV. *de jejunio.* V. *de vana vita.* VI. *de amore paupertatis.* VII. *de beatis locis.* VIII. *quomodo blaſphemia afficiatur Deus.* IX. *De vera abnegatione & quomodo anima inventura ſit Deum* &c. XIII. *De pietate & ſobrietate & tranquillitate animæ.* XV. *De pravis cogitationibus.* XVI. *Inſtructio per epiſtolam ad monachos* &c. XVIII. *De turpiter dictis & cupiditatibus.* XX. *De ſtatu virtutis.* XXI. *quomodo perfectus ſit monachus.*

Eorum qui nec in Græco Oxonienſi codice, nec in latina Voſſiana verſione extant, ſermonum, quinque numero deprehendimus. I. in codice Slavonico ſermo XLV. qui inſcri-

 bi-

(d) Hinc perſpicuum eſt, non uno tempore Ephremi ſcripta in Slavonicam linguam eſſe translata. Nimirum primi centum & tredecim ſermones antiquæ ſunt verſionis in nonnullis fortaſſe correctæ & emendatæ. Reliqui XXXII. in manuſcriptis demum Græcis reperti, in Moſcuenſi codice poſtea acceſſerunt.

Digitized by Google

bitur. *De judicio & eleemoſyna;* quique incipit *Deus exiſtens bonus hominum amator* ſex foliis conſtans. II. ſermo LXXXVI. *De oblatione & celebratione ſanctæ cœnæ*, qui ſic incipit: *Dicebant de aliquo fratre.* conſtatque duobis foliis. III. ſermo CVIII. *De ſanctis & puris & vivificantibus ſacramentis*, hoc initio. *Non ſatis igitur nobis eſt fratres* conſt. 4 foliis. IV. In appendice ſermo IX. *adducentes monaſticam vitam:* hoc initio: *Oportet novum monachum.* V. in appendice ſermo XVII. *De virtutibus ad monachos*, hoc princip. *Dilecti laudo veſtrum amorem.* conſtat ſeptem foliis & dimidio. Hi inquam ſunt ſermones, quorum nec volam nec veſtigium in græcis latiniſque impreſſis Ephremi operibus, quantavis licet attentione a me perlectis, inveni. quique propterea ſine ulla dubitatione τοις ἀνεκδότοις annumerari poſſunt. De cætero notandum hic eſt, in codice noſtro Slavonico, non centum quadraginta unum, ſed centum & quadraginta tantum ſermones comprehendi. Per interpretum enim errorem factum eſt (e) ut ſermo ille Ephremi, quo immodicum riſum in monacho reprehendit, bis poſitus occurrat. primo fol. 36. ubi eſt ſermo vigeſimus quartus, deinde fol. 455. ubi in appendice eſt ſermo vigeſimus octavus. Utrius-

(e) Miror hunc errorem non animadvertiſſe interpretes, cum eadem utriusque ſit inſcriptio, idem plane initium. forte in græco quem adhibuere, codice differentia aliqua eos decepit. quod eo facilius factu fuit, quod non ambos ipſi ſermones, ſed poſtremum tantum, pro novo habitum transtulerint,

usque Slavoniæ verſionis & antiquæ & novæ ut differentia cognoſcatur, habeatque lector, unde de hac ſæpe dicta translatione quodammodo ipſe ſtatuat: ſingulorum initia in latinum converſa, ſpeciminis loco ſubjiciemus.

Fol. 3 ſ. (b) Nakaſanie, jako ne podo baiet monachu ſmiejatiſa, ni glumitiſa, no nepreſtanno plakati. Natzſchalo rasvvraſchtſchenija duſchih monachovvie ſmiech i derſoſt. Jegdah ſche vv ſizevvich vvidiſchi ſebe o monaſche, vvieſchd ſebe jako vvo glubnije potoplajema, i neprestai molaſa bogovvi, jako da isbavviht ta ot ſmerti ſea. Smiech bo i derſoſt pogublaiet monacha. Retzſche bo nieckii ot ſtaretz o derſoſti jakoſche vvietr ſnoi ieſt raſtlievvaja plodih monachovv. o ſmieſie ſche ninie po-

Fol. 45 ſ. (a) Nakaſanie jako ne podobajet ſmiejatiſa i koſchtſchunstvvovvati, no plakati i ridahti. Natzſchalo rasvvraſchtſchenia duſchieh monachovvi ſmiech i derſoſt. jegdah vv ſich ousriſchich ſebe monache, vvieſchd ſebe vvo glubinich slich nispadſcha. Ne preſtaiſche molaiſa bogu, iako da isbavviht ta ot ſmerti ſea. Smiech i derſoſt pogublaiout plodih monaſcheskia. *ſmiech i derſoſt vv ſraſti ſramnia vvvvergaiouth monacha. ne totzſchiu mladago, no i ſtarago. Smiech i derſoſt ieſt.* (f) Retzſcheh niekto ot ſvvia-

(f) Hæc quibus linea ſubducta eſt, in primo ſermone deſiderantur. ſine dubio per errorem omiſſa, cum in latina æque ac græca verſione habeantur;

sluſchai: ſmiech bo blaſchenstvvo plazſchevvnoie vvon isgoniht. Smiech ne ſo ſidajet i ne graniht, no i pogublaiet, i ſoſidanijah rasruſchaiet. Smiech ducho ſvviata goa petzſchalih t, duſchich ne polsujet, i tieło raſtlievvaiet. Smiech dobrodieteli progoniht, ne imat bo pamati ſmertnia, ni poutzſchenia mukam. otnmih gospodin ot meneh ſmiech, darui mih platzsch i ridanie, jegoſche prisno ischtſcheſchi ot mene. Nazſchalo ſche ieſt platzſcha, reſche vvie dati komuſchdo ſebe. Budi ſche platzſch naſch ne po tzſchelovvieku, ni jeſche vviedati Tzschelovviekom, no po boſie vviduſchtſchem taini ſerdetzſchnia. Jako da tiem ſamiem blaſchiſvviatich i oboure vvaiouſchtſchii vvietr, i rastlievvaiouſchtſchii plodih monachovvi: O ſmiechſche ſeh sliſchi ſmiech oblaſchenstvvie sleſi otvvergajet. i jaſche ſoſtroiena rasruſchaiet. Smiech ducha ſvviatago oskorvvlaiet. duſchu ne polſuiet, tielo ſche raſtlievvajet. ſmiech dobrodieteli progonajet, ne imat pamati o ſmerti, niſche rasmischlenia o mukach. Otnmih ot meneh goſpodih ſmiech, i darai mi platzſch i ridanie, jegoſche iſchtſcheſchi ot mene boſche. Natzſchalo platzſcha, jeſche ſnati komu ſebe. Da budet ſche nam platzſch ne po tzſchelovvieku, niſche ko jeſche javvlatiſa tzſchelovvekom, no po bogu vviedouſchtſchemu vvſa tainaja ſerdza: jako da ot nego

mi budem. Budem ſche oubo ſvvietli litzſchem radujouſchtſcheſe o duſie ſvvia tiem i o darovvaniich goſpodnich platzſchuschtscheſa i ridaiouſchtſche. Smislom boga molaſchtsche, jako da soblioudet nas ot wſakia slia vveschtschi, i da ne lischit nas Tzarſtvvia svvojego, i blagich jego, jakosche ougotovval jeſt lioubaschtschim jego; jakosche ougotovval jeſt lioubaschtschim jego.

nego oublaſchimſa. Boudem oubo svvietli lihzem, radoujouſchtſcheſa vv duſie ſvvatiem o darovvnotſch goſpodnich. Platzſchuſchetſche ſche i ridaiouſchtſche vv' mislech, boga oumolaiouſchtſche, jako da ſochranith nas ot vvſakago vvida lukavvago, jeſche ne liſchitiſa zarſtvvia nebesnago i blagich, iaſche ougotowah blagwugodiwſchim jemu.

Hæc ita ad verbum latine reddas. (g) *Inſtructio, quod non oporteat cachinnari & ſcurram agere, ſea plangere & lugere.*

Initium perverſionis animæ monachi riſus & procacitas.(h) quando in his te conſpexeris, monache, exiſtimes te in abyſſum malorum irruiſſe. Ne deſiſtas autem orare Deum, ut eri-

(g) In translatione horum verborum poſteriorem ſermonem utpote magis accuratum ſecuti ſumus.

(h) Græcus interpres reddit γελως καὶ παῤῥησια: latinus; *riſus & impunitas atque licentia.*

eripiat te ex morte iſta. Riſus & procacitas in cupiditates perverſas conjiciunt monachum, non ſolum juniorem (i) ſed etiam ſeniorem. Riſus & procacitas eſt.(k) Dixit aliquis ex ſanctis: exæſtuans ventus & evertens fructum monachi. De riſu autem ſic accipe. Riſus beatitatem lachrymarum aufert, quæque ædificata deſtruit (l) Riſus ſpiritum ſanctum triſtitia afficit. Animæ non prodeſt, corpus autem corrumpit. non habet recordationem mortis, nec meditatur ſupplicia. Aufer a me, Domine, riſum & da mihi planctum & ejulatum, quem a me poſcis Deus. Principium ejulatus eſt, noſſe unumquemque ſe ipſum. Eſto

(i) In Græco hic eſt pluraiis ȣ̓ μονον νεωτερȣς ἀλλα ϗ γεροντας ita & latinus. Verba præcedentia *riſus & procacitas perdunt fructum monachi* in Græco deſunt, non item in latino.

(k) Hic aliqua omiſſa videntur in Slavonico. ſed interpunctione tantum alia opus eſt: nimirum tali: *Riſus & procacitas eſt, dixit aliquis ex ſanctis, exæſtuans ventus* &c. & hæc lectio magis certe placet quam quæ in græca latinaque verſione deprehenditur, ubi verba paululum immutata ſic ſunt: ὁ γελως καὶ ἡ παρρησια κατω φερει τον μοναχον. Ειπε τις των ἁγιων περι της παρρησιας. ἡ παρρησια ἀνεμω καυσȣντι ὁμοια, διαφθειρȣσα τȣς καρπȣς τȣ μοναχȣ.

(l) A græco latinoque μεταφραση hæc ita efferuntur ὁ γελως τον μακαρισμον τȣ πενθȣς ἐξω βαλλει καὶ τα οἰκοδομηθεντα καταλυει.

Eſto autem luctus noſter (m) non ſecundum hominem, neque ut videatur ab hominibus: ſed ſecundum Deum, expiſcantem omnia arcana cordis, ut ab eo gratiam conſequamur. Simus igitur ſereno vultu, lætantes in ſpiritu ſancto bonis a Domino in nos collatis, lugentes iidem & plangentes in cordibus, (n) Deo ſupplicantes ut illibatos nos præſtet ab omni ſpecie etiam mala, ne privemus nos regno coeleſti (o) benedictionibusque, quæ paratæ ſunt gratis & acceptis ei &c.

(m) In Græcis hoc paulo aliter: ἔςω το πένθος ὑμων μη κατ᾽ ἀνθρωπον in latinis autem: ſit *vero luctus noſter.*

(n) Hæc in priori ſermone corrupte ſic leguntur: *budem ſche oubo ſuietli litzſchem radovvviouſchtſcheſa o duſie ſuiatiem i o daravvaniich goſpodnich radujuſchtſcheſa i radaiouſchtſche. Smislom boga molaſchtſche iako da ſoblinder.* h. e *Simus igitur ſereno vultu, latantes* (Voſſius minus recte *gloriantes*) *in ſpiritu ſancto, & de donis Domini lugentes et plangentes. In cordibus Deum orantes, ut cuſtodiat* &c. verbum enim *ſmislom* ad priora pertinere quis non videt? Sic igitur Slavonica corrigenda: *radovvviouſchtſcheſa vv duſie ſuiatiem o darovvvannich goſpodnich. Platzſchtſchuſche ſche i ridajouſchtſche ſmislom: boga molaſchtſche.*

CA-

CAPUT III.

I. Exhibet diſſertatiunculam De falſitate Teſtamenti Ephremiani.

2. Continet duos ſermones Ephremi Syri adhuc ineditos inque codice Slavonico repertos de ſacra coena, Slavonicis latiniſque verbis expreſſos, notiſque quibusdam ab auctore illuſtratos. ex quibus ſimul demonſtratur, Ephremianum ſeculum a ſententia vel errore potius transſubſtantiationis plane fuiſſe alienum.

I. De falſitate Teſtamenti Ephremiani Diſſertatio.

Quod me facturum ſupra pollicitus ſum: Teſtamenti Ephremiani νοθείαν falſitatemque brevibus demonſtrare: in eo nunc ſolvam fidem. præſertim cum inſtituti id noſtri ratio non modo permittere ſed & poſtulare quodammodo videatur.

Ple-

Pleraque illa ſi non omnia, quæ teſtamenti titulum præ ſe ferunt, ſcripta pro falſis ac ſubornatis reputanda eſſe: multi jamdudum eruditi paſſim in ſcriptis ſuis obſervarunt. Inter cætera huc pertinet *Teſtamentum* illud *duodecim Patriarcharum*: latine primum a diverſis, deinde a celeberrimo *Grabio* Oxonii Græce editum. quod etſi non aliter ac genuinum, ipſisque a patriarchis conditum, imperita monachorum turba ſemper æſtimaverit: ſuppoſititium tamen eſſe & falſum a nemine eruditorum hodie dubitatur. (a) Simile ſcriptum eſt *Gregorii Nazianzeni*, teſtamenti & ipſum titulo inſignitum. quod a *Barnaba Briſſonio* primum *in formulis*, deinde a *Leunclavio* aliisque (b) luci datum, neſcio qua ſpecie veritatis *Baronius, Sirmondus* nuperrimeque *Scipio Maffejus*, (c) pro germano quarti ſeculi momumento venditare audeant. Quisquis enim eorum, quos ſingula propemodum ſecula tulerunt, impoſto-

(a) Inter cæteros eruditus Vir *Richardus Simonius* in bibliotheca Critica, malæ fidei hoc eſſe ſcriptum oſtendit: ſic inter alia tradens. *On ne doit nullement douter, que des les premiers ſiecles du Chriſtianiſme l'on ait fabriqué exprés pluſieurs ouvrages qui ont eu cours, non ſeulement parmis les heretiques, mais auſſi parmi les orthodoxes. Je mets dans ce rang celui qui a pour titre: Teſtament des douze Patriarches*: conf. ejusdem *bibliotheque critique ou recueil de diverſes pieces critiques*, Parıſ. IV. Volum. in 8vo edit. Tom. II. p. 224. Cap. XIV.

(b) Reliquis accuratius hoc ſcriptum tranſtulit *Sirmondus*, annalibus etiam Baronianis inſertum.

(c) Omnem operam dat *Maffeius* in hiſtoria ſua diplo-

ſtorum fraudes, inque germanis antiqui ævi ſcriptis callide imitandis verſutiam probe novit, externa illa teſtamenti Gregoriani forma, antiquis Romanis teſtamentis plane ſimili, parum movebitur. Sed his aliisque ſimilis notæ ſcriptis de induſtria nunc prætermiſſis: ad Ephremianum teſtamentum me converto. Quem ingenii foetum quo accuratius perpendo: eo major certe admiratio me ſubit inventos eſſe aliquos, in lisque eruditione judicioque pollentes Viros (d), qui vel tironibus diſcipulisque indignum ſcriptum, magiſtro ipſi communique Syrorum doctori tribuere non vereantur. Verum & hic valet commune ac tritum illud: libenter homines quod volunt id facile credunt. In tanta enim veritatis luce quid aliud credulitatis hujusce cauſſam eſſe dicam non video. Vel unam hujus ſcripti perio-

matica ante biennium Italico ſermone edita, ut ab omni illud falſitatis ſpecie liberet. non dubitans antiquisſimis quibusvis & fide dignisſimis ſcriptis hoc apponere. hinc lib. I. parag. 18. *Dal quarto,* inquit, *ſecolo abbiamo in greco il teſtamento di S. Gregorio Nazianzeno, che trovato nel Archivio di quella chieſa da un lettore e notaio, fu da lui traſcritto e dato fuori.* & paulo poſt p. 46 *in ſomma,* inquit, *la ſincerità di tal documento traluce in ogni parte, talche, ſe bene non coſi vane veramente e ſenza fondamento alcuno foſſero le difficoltà, come il dotto Tillemont giudicolle: non ſaprei con tutto ciò ſcuſare il Gotofredo del eſſerſi ſopra di eſſo moſtrato ambiguo ed incerto.*

(d) Uno ore Pontificii teſtamenti hujus veritatem aſſerere conantur, præter Natal. Alex. & Fleurium, Du Pinius

in

periodum attento ad rem animo qui legit, cumque reliquis Ephremi ſcriptis, a nullo unquam in dubium vocatis comparat, fraudem quam vocant, piam hic ſubeſſe facillime odorabitur. Poſſunt autem illa, quæ ſcripti hujus Ephremiani veritatem ſuſpectam reddunt, vel falſitatem potius demonſtrant, ad quatuor potiſſimum capita vocari.

I. *Genus dicendi ipſeque ſtilus ac totius orationis per totum ſcriptum compages Ephremiano ſtilo neutiquam conſona ac conformis eſt.*

II. *Multa continet hoc ſcriptum, quæ in Ephremi prudentiam, gravitatem, orthodoxiam,* ταπεινοφροσυνην *pietatem denique cum*
fir-

in Biblioth. Ecclef. Tom. II. ubi de Ephremo agit: ipſeque, quod miror, judicii acrimonia pollens *Tillemontius* in *memoires Eccleſiaſtiques* Tom. VIII p 745. qui tamen non totam ab ipſo Ephremo, ſed extremam partem ab ejus familiari quodam compoſitam affirmat. *mais, quand il auroit,* inquit, *effectivement compoſé par avance le commencement de cette piece, cela ne ſe peut dire de la fin avec aucune vraiſemblance, & il eſt bien plus probable, ou plutoſt il eſt viſible que ces ſont les veritables paroles* qu'il *dit en mourant & qui furent recueillies & ecrites mot a mot par quelqu'un des aſſiſtans.* Ex recentiſſimis qui teſtamenti Ephremiani veritatem adſtruere allaboravit eſt ſupra commemoratus *Aſſemannus* in *biblioth. oriental.* Tom. I. p. 141. ſequ. quamquam ille ipſe non diffiteatur quam plurima ab aliis eſſe aſſuta & intertexta. conf. eund. pag. 151. ubi hoc teſtamentum cum ſermone qui inſcribitur *reprehenſio ſui ipſius* conciliare ſtudet. Nuper etiam eruditus quidam in Anglia, ut amicus non pridem inde reverſus mihi retulit, ſingulari aliquo ſcripto teſtamenti hujus γνησιοτητα & αυτενθιαν defendendam ſibi ſumſit.

firma in Deum fiducia conjunctam minime convenient.

III. *Adſunt nonnulla in hoc teſtamento quæ in illum quo Ephremus tunc verſabatur vitæ ſtatum conditionemque non quadrant.*

IV. *Aperte ſibi aliisque Ephremi ſcriptis contradicentia in hoc ſcripto reperiuntur.*

Primo inquam orationis textura ac facies Ephremiano, quo in ſcriptis ſuis germanis utitur, non reſpondet. quod falſitatis argu„mentum manifeſtum facit *Caveus* in prole„gomenis ad hiſtoriam Eccleſiaſticam: ſic tra„dens: ſtilus totiusque orationis contextus „longe diverſus ab eo dicendi charactere, quo „in genuinis ſuis uſus eſt auctor, manifeſtum „præbet ſuppoſitionis argumentum. Stilus itaque Ephremianus cum argumento ipſo, ita eſt perſpicuus ac planus, ut vel infantiſſimus quisque intelligat. Contra in hoc teſtamenti ſcripto omnia tam ſunt obſcura, perplexa & difficilia, ut ne perſpicaciſſimus quidem legendo aſſequatur. Porro periodi in Ephremo omnes apte ſunt compoſitæ ſuisque partibus chærentes. In teſtamento hoc autem ſuppoſititio nulla periodus recte ſe habet. Illic ubique membra membris, commata commatibus partes partibus rite adaptantur. Hic omnibus ſuis membris ac partibus oratio ſcoparum inſtar disjecta ac diſſoluta interſiſtit ac claudicat. In germanis Ephremi ſcriptis utramque, ut ajunt, paginam faciunt

(c) ſa-

Digitized by Google

(e) ſacræ ſcripturæ dicta, quibus tanquam luminibus quibusdam (alia enim rhetorica ornamenta ſolicite non quæſivit) orationem ſuam diſtinguit, atque illa quidem adeo ad rem accommoda, ſuoque loco poſita plerumque afferuntur, ut non aliunde petita ſed ex argumento ipſo nata eſſe videantur. Hic in teſtamento vel nullum plane ſcripturæ dictum, vel haud commode ſaltim & ad præſentem materiam appoſite adductum vides. Ephremiana alioqui dictio non eſt ſterilis, non conciſa nimis, non hiulca: qualis in teſtamento maxima ex parte cernitur. In genuinis Ephremi ſingula pene verba cum judicio, nec ſine ratione poſita conſpiciuntur: contra ea in hoc falſo ſcripto plurima ſunt ἄτοπα & incondite plane ſcripta; ante omnia vero ineptis & plusquam anilibus taulogiis, eorundemque verborum ac phraſium tædioſis repetitionibus laborat. Obſcuritatis malæque cohærentiæ ſatis multa ſunt indicia. Inprimis illa, quæ apud Voſſium p. 789. lin. 24. leguntur. *Virum autem*

(e) Ad ſtilum proprie hæc non ſpectant: poſſunt tamen aliquo modo huc referri. Inter alios enim dictionis Ephremianæ characteres merito etiam numeratur frequens ſacræ ſcripturæ dictorum allegatio: quod hæc *Riveti* etiam teſtantur in Crit ſac. p. 340. & 341. *ſi diutius lector in ſcriptoris a Voſſio interpolati lectione verſetur: nullo negotio vel dictum Hardingi vanitatis arguet, dum art. 3. ſect. 5. ait, homilias Ephrami pene totas ex ſcripturis conſtaſſe, vel earum plerasqun quas latinitate Camaldulenſis & Voſſius donarunt, Ephremi genuinas non eſſe comperiet.*

tem inclytum ac glorioſum decent divitiæ, at pauperi humilitas convenit: & generoſos quidem decet regnum, infimis vero militiæ convenit conſolatio, diſcernens conſolationis gratiam. item illa quæ paulo poſt ſequuntur. *Non autem hæc adfero tanquam gratiam ſpernens: nam & loquor quæ ſcripta ſunt clementiſſime Chriſte. Quæ enim utilitas in ſanguine meo ſi in ignem ardentem miſſus*
„*fuero*? &c. Præcipue autem in his verbis quæ
„pag. 785. linea ultima occurrunt connexio-
„nem juſtam merito deſideres. *in tota vita*
„*mea nemini prorſus maledixit* (f) & *cum nullo fi-*
„*deli unquam contendi. ſiquidem cum apoſtatis o-*
„*mnibus docens, eosque objurgans ac admonens*
„*cunctis diebus meis non obtorpui in ſanctorum*
„*ſententiis atque conſiliis.*" Atque hinc tandem ſic concludit. *Scitis igitur, fratres, virum ſapientem*

(f) Hic tanquam ſorex ſe ipſum ſcripti hujus compilator prodit: dum in tertia perſona loquentem Ephremum introducit. *in tota* inquiens *vita nemini prorſus maledixit,* pro maledixi. quod apertum impoſturæ veſtigium jam alii notarunt. Cæterum in his verbis neſcio plane quid ſibi velit: *cum apoſtatis omnibus docens* &c. Slavonica verſio paulo aliter hæc exprimit: *cum apoſtatis autem omnibus docui & objurgavi* (*ſcil eos*) *in omni vita mea impigre admonens ex ſacris libris.* Græcus ita vertit μετα γαρ των ἀποστατων παντων διδασκων και ἐπιτιμων τας ὁλας ἡμερας μου &c. forte in Græco ita legendum eſt. μετα δε τους ἀποστατους παντας διδασκων, per tmeſin, pro μεταδιδασκων παντας ἀποστατους, h. e. in viam reducens: vel pro ἀποστατων ſubſtituendum erit ἀποστολων.

entem odio neminem perſequi. quæ quomodo ex antecendibus fluant, aut cum iis cohæreant: divinare plane non poſſum. Non bene quoque cohæret, quando is qui non multo ante de ſpe plane omni dejectus ac deſperabundo ſimilis ſua ſcelera deploraverat, & inſtantem mortem ceu quarumcunqae calamitatum principium fuerat averſatus, idem paulo poſt immemor quaſi ſui, a ſe exemplum ſanctitatis omniumque virtutum capere ſuos jubet, ſeque omni plane vitio carentẽ jactitat. Quam ſterilis, jejuna, interſiſtens ac hiucla ſit oratio: initium taſtamenti ipſum liquido declarat. in qua tamen orationis parte elaboranda diligentius alioqui ſcriptores verſari ſolent. Initium autem teſtamenti hoc eſt. *Ego Ephrem morior. Notum igitur cunctis ſit, o Viri Edeſſeni, taſtamentnm quippe vobis relinquo, ſymbolum monumenti doctrinæ veritatis &c.* Tautologiæ ineptiſſimæ hoc indicium eſt, quod phraſin illam moriendum mihi jam eſt, vel undecies una eademque pagina incondite repetitam videas, hoc modo. *Laquei mortis prævenerunt me. dies vitæ deſeruerunt me. veſtimentum corporis detritum eſt. tela perfecta jam eſt. defecit oleum terreſtris meæ lucernæ. qui demerſuri ſunt ſcapham modo appropinquant. meos implevi annos. incola terræ hinc abeo ac migro. Defecit in me ſpiritus. Ea quæ ad me pertinent modo finem habent. terminus advenit.* Ut innumeras duriores metaphoras, aliaque orationis vitia, ab Ephremi ſtilo prorſus aliena taceamus. Ad alterum nunc pergimus

νοθειας argumentum, quo plura in hoc ſcripto incondita, inepta ac puerilia, pietati denique & ſanæ doctrinæ contraria contineri diximus.(g)Et quid quæſo abjectius eſt, judiciique imbecillitatem magis prodit, quam quod indefeſſum ſuum in ſacris tuendis ſtudium dilucide declaraturus, cani ſe paſtoritio ipſum comparat? quid imprudentius, quam tot tantisque diris eos devovere, qui vel ſub altari vel alio templi loco mortuum ipſius corpus collocaverint. Hæc enim auctoris verba ſunt pag. 786. lin. 50. *ſi quis vero fallacibus rationibus auſus fuerit ſub altari me collocare: ſupremum ac cœleſte altare talis nunquam videat.* Judicium prætera in eo quis requirat, quod tantis ſe juramentis adſtringit, Deorumque ac hominum fidem teſtatur, ſe nunquam a vera fide vel latum unguem declinaſſe, cum nemo unquam auditorum, quos in hoc ſcripto præcipue alloquitur, de eo dubitaſſet. Nec minorem in eo judicii lapſum committit, quod, ſi quis pannos ſuos, reliquiarum inſtar, in materiam ſuperſtitionis forte converterit, impieque coluerit, ceu gravisſimum hoc in ſe peccatum ne vindicaturus aliquando Deus ſit timet: his contra ſeuſus verbis: *O Ephrem plus in*

(g) Scilicet hoc tertium νοθειας argumentum pronunciat *Caveus* cit. loc. *Fabulæ*, inquit, *inanes, nugaque ineptiſſimæ ab ævo apoſtolico vel ſcriptoris alicujus antiqui ingenio & gravitate abhorrentes librum, quo continentur, cujuscunque tandem nomen gerat, ſuppoſititium eſſe clamant, ſaltem juſtam de eo dubitandi rationem exhibent.*

in te, quam in me homines crediderunt. nam ſi a te monumenta ſibi ſumere velint, fortaſſe in mandatorum obſervationes quæ ipſis tradidi non crediderunt. quaſi vero tam injuſtum ſe erga homines gerat Deus, ut quæ præter culpam noſtram nobisque inſciis ac invitis fiant, nobis imputet? Ut plura alia ineptiarum genera inconditasque plane nugas tacitus prætercam. Quam multa nunc etiam eximiæ ſancti Ephremi pietati firmæque in Deum fiduciæ, cum vera orthodoxia conjunctæ penitus repugnantia ex teſtamento afferri poſſent! ſed uno alteroque exemplo erimus contenti. pietate Ephremi indigna illa eſt oratio, qua mortem inſtantem reformidans deprecansque ait. *Hei mihi quoniam laquei mortis prævenerunt me! heu quoniam dies vitæ defecerunt!* hiccine Chriſtiano homine, ne dicam tam ſancto Viro, qualis Ephremus erat, dignus ſermo eſt? ſiccine in Chriſtum ſalvatorem pie credentes ſe gerere ſic ſe itineri ad cœlum accingere morientes ſolent? quin gaudent illi potius & exultant, ex hac vitæ miſeria, in ſempiternæ tranquillitatis domicilia ſe tranſituros. non illi mortis adventu expaveſcunt: ſed læto eam vultu animoque erecto exſpectant, certiſſima ſpe nitentes, ab omni tandem malo liberatos, in angelorum Deorumque immortalium jucundiſſimum conſortium brevi ſe venturos. Non igitur in Ephremum cadunt, hæc verba plane deſperantis: *Utrinque circumdederunt me lictores atque ſatellites, ſeveri exactores ad ſubjici-*

jiciendum cervices meas tanquam hominis maleficatoris graviſſimo ſupplicio. Quid igitur? ploremne? at non eſt qui attendat. clamemne? at ubi eſt qui me exaudiat? Hei mihi ab increpatione judicii exſpectatio mihi gravis! Doctrinæ qua Ephremus imbutus erat ſaniori inprimis hoc repugnans deprehenditur, quod pro ſe, aliquando defuncto, preces fieri oblationesque inſtitui efflagitat, his uſus verbis. *Et nunc volo fratres mei commonefacere* &c. ut poſt *meum exitum ac tranſitum aſſidue memoriam mei in precibus veſtris faciatis*: & poſtea p. 786. lin. 43. *Reminiſcamini autem mei, vilis & abjecti in ſanctis veſtris precibus cunctisque deprecationibus. jam in vanitate & peccatis vitam meam complevi* &c. hæc inquam aliaque verba Ephremo tribuuntur, de quibus nunquam ipſe ne ſomnians quidem cogitavit. In vita quidem dum eſſet: amicos & auditores ſæpe ſuos, ut preces precibus ſuis jungant, Deumque ſibi eo propenſiorem reddant conciliëntque rogat: uti e. g. Tom. I. verſion. Voſſ. p. 67. *Omnes eos*, inquit, *rogo* obteſtorque *amici Dei, & fratres mei cariſſimi, ut pro me homine peccatore & minimo apud Deum intercedere velitis* &c. atque has viventium pro viventibus fuſas preces, licitas non minus quam utiles judicabat p. 68. ſic ſcribens: *fratres compatimini mihi, qui commiſerationis habetis viſcera:* non enim otioſe *divina dixit ſcriptura. frater qui adjuvatur a fratre, quaſi alta ac munita civitas* &c. Viventium autem pro defunctis preces Ephremus nusquam in ſcriptis licitas eſſe dixit, nedum

dum ſibi ipſi expetiit. Has & in vanum fieri putaſſe: manifeſte paſſim indicat, ut ſi in laudato ſermone p. 69. *præveniant me*, inquit, *commiſerationes Dei veſtra deprecatione, antequam pertrahar una cum operantibus iniquitatem*: quibus verbis quid aliud ſignificatum vult, quam poſt mortem nullum precibus relictum eſſe locum? Hinc poſt mortem etiam poenitentiam agere non licere tam ſæpe commonet. Nec eſt quod putes a ſeculi ſui contagio labem fortaſſe aliquam traxiſſe noſtrum. Eo enim quo Ephremus vivebat ſeculo nondum hæc peſtis invaluerat hominumque animos occupaverat. ſed multo hæc poſtea opinio, quatenus ſcripturæ ſacræ protinus eſt contraria, foveri in eccleſia publiceque defendi coepit. (h) Adſunt quoque in hoc teſtamento aliqua ſolitæ Ephremi, planeque eximiæ ταπεινοφροσύνῃ minime reſpondentia. inprimis huc illud ſpectat, quando ſe ipſum diſcipulis ſuis omnibusque Edeſſenis exemplum pietatis, ſanctitatis omniumque virtutum, quod in oculis ſemper habeant, proponit. e. g. in his verbis: *memoriam vobis omnibus relin-*

(h) Et hoc igitur clariſſimum falſitatis teſtamenti argumentum eſt. merito enim, *Caveo* auctore νοθεύσεως *damnatur liber, in quo reperiuntur dogmata iis plane contraria, quæ in genuinis & indubitatis operibus verus auctor tradidit.* egregie igitur illi falluntur, ſuaque ipſorum vineta cædunt, qui neſcio quæ purgatorii veſtigia in hoc teſtamento ſe deprehendiſſe credunt.

quam ac ſpeculum immaculatum &c: minime hæc inquam arrogantia ſuperbiaque in demiſſi animi Ephremum cadit. Tantopere enim huic, quam ταπεινοφροσυνην Græci vocant virtuti ſemper ſtuduit Ephremus, ut ipſi propria quaſi dici queat. Unde *Tillemontius* cit. „loco pag. 312. „La vanité, inquit, eſt le „vice qu'on pouvoit le moins ſoupçonner y „avoir de part, puisque l'humilite eſtoit le „propre caractere de ſaint Ephrem: Elle eſt l'ame de tous ſes ecrits.

Reperiri quoque nonnulla in hoc teſtamento diximus, quæ in eum quo hæc ſcribens verſatus fuiſſe dicitur, vitæ ſtatum minime conveniunt. Et ſane non aliter ſe res habet. Nam morti vicinus teſtamentum ſcripſiſſe vel ore protuliſſe fertur. Quem autem unquam morientem ejusmodi tam prolixis nugis adeo oporoſe excogitandis conſarcinandisque vacantem vidimus? Quis unquam moribundus orationem tam longam ſtudioſeque meditatam recitavit? Brevia ſunt & interrupta quæ morientes proferunt. De aliis rebus cogitant in limine mortis conſtituti, quam ut oratores agant, variisque ineptiis tempus terant. (i)

(i) Nonnulli varia quæ ex hoc teſtamento Ephremo tributo abſurda fluunt prævidentes, non ab ipſo Ephremo ea, qua nunc eſt, forma compoſitũ aiunt: ſed a diſcipulis potius ejus in formam redactum: qui ea quæ beatus vir breviter tantum

Sed & multa in hoc teſtamento obveniunt, quibus & ſibi ipſi & aliis Ephremi ſcriptis aperte contradicit. quando alibi np. pag. 788. lin. prima & ſequ. eum ſeſe eſſe fatetur, *cujus in corpore cunctæ iniquitates & peccata aſſidue regnaverint*. alibi autem in ſe tanquam virtutum omnium exemplum intueri, ſeque imitari diſcipulos ſuos jubet. Reliquis Ephremi ſcriptis varia quoque in os contradicentia occurrunt. ita e. g. p. 786. nullum ſe unquam marſupium, nullum baculum geſtaſſe, nullius argenti aurive poſſeſſionem habuiſſe gloriatur. at contra ea in ſermone *qui confeſſio & ſui ipſius reprehenſio* inſcribitur p. 606. *inexplebilem* ſuam *munerum accipiendorum aviditatem* ipſe accuſat. Idem in hoc teſtamento in ſe tanquam virtutū ſpeculum inſpicere quoscunque mandat. in ſermone autem: *de vita religioſa & monaſtica*, apud Voſſ. p. 551. auditores ſuos ad diligentes preces aliasque Chriſtiano dignas virtutes excitans & exſtimulans, alios potius ſanctitate conſpicuos viros quam ſe imitari jubet. „ne otio, inquit, atque deſidia ob„torpeſcas neque ad me pigrum ac ſegnem „attendas. Mihi enim ſufficit confuſio vul„tus mei. qui dico & non facio, moneo, & „non intelligo. Cæterum imitator eſto per„fectorum ac ſpiritualium patrum, & regu-

tum præceperit & prolocutus fuerit, diductius perſecuti ſint. Verum hac ipſa reſponſione Teſtamenti fidem non ſalvant, ſed potius deſtruunt ſuamque cauſam produnt.

„lam iſtorum exquire ac ſequere, eorumque „decretis inſiſte.” Neque non illa cæteris Ephremi locis contradicunt, quando idcirco mortuum ſuum ac inanime corpus templo inferri ponique ſub altari vetat, quod foetidum cadaver ſit, nec deceat vermem putredine ſcatentem (quæ *Voſſii* verba ſunt) in templo & ſanctuario reponi. alio enim loco & quidem in ſermone *de morte*, quem non *Baſilio* ſed *Ephremo* tribuendum eſſe poſtea probabimus, longe aliter de corporibus eorum qui in Chriſto ſalvatore pie ſancteque obdormiverunt judicat, tantumque abeſt ut cadevera ea impura vocet ut ſancta potius omnique honore digna arbitretur. Sic enim ille „pag. 204. „at exitus, inquit, & vitæ diſceſ„ſus pretioſus & illuſtris habetur, non qui„dem in genere omnium hominum ſed eo„rum duntaxat qui ſancte & juſte vitam hanc „tranſegerunt. Pretioſa itaque mors eſt. & poſtea: Antea quidem in mandatis „datum erat ſacerdotibus & Nazarenis ne ſe „aliquo mortuo inquinarent, &c. nunc au„tem ille qui oſſa martyris contingit, quan„dam ſanctificationis communicationem, & „eam gratiam quæ corpori inſidet aſſumere „creditur: pretioſa enim coram Domino „mors ſanctorum ejus. (k)” Eant nunc adver-

(k) Hunc locum ii notare debent qui corpora defunctorum ſine diſcrimine cadavera vocanda putant; quos ut ab

verſarii atque hæc loca inter ſe pugnantia in concordiam reducant & concilient. Quod antequam fecerint, reliquaque dubia contra veritatem germanitatemque falſo crediti Ephremiani teſtamenti mota ſolverint ac diluerint, nunquam profecto a nobis impetrabunt, ut ſcripti hujus antiquitatem cum iis veneremur. (l)

---

ab aliis noſtratibus Theologis ita a magnæ famæ Viro, Theologo conſummatiſſimo, Profeſſore apud Lipſienſes Primario *Henrico Klauſingio*, Præceptore quondam noſtroFautoreque maxime colendo in collegio mst. refutatos me legiſſe memini.

(l) Plures aliæ quæ falſitatem teſtamenti hujus arguunt, ſuppetunt rationes. in primis duæ (1) quod terminis plane obſcurisſimis, atque ab Ephremi ingenio ac conſuetudine abhorrentibus paſſim ſcateat. in his e. g. verbis: *& per ignem illum trinonymum ſanctiſſimæ trinitatis* &c. *per tres intelligibiles ignis ſubſiſtentias quæ ſunt altitudo, & voluntas tua & unum atque idem.* quæ poſtrema verba, *altitudo, voluntas tua, & unum atque idem,* equidem divinare non poſſum quid ſignificent, nec alii credo me ſagaciores. Certe ſi *Böhmii* aut aliorum Quackerorum tempore hoc ſcriptum primum prodiiſſet: ab horum aliquo conſignatum crederem. In Ephremo quidem certe nusquam hujusmodi vocabula reperies, qui tandem quam ſcopulos barbara ejusmodi, obſcura, atque inaudita vocabula vitavit. (2) Quam maxime ſcripti hujusce fidem ſuſpectam reddit, quod in variis antiquis codicibus

græ-

græcis manuſcriptis non reperitur. Arabica etiam verſio id non habet. nec in antiqua Slavonica verſione, ad vetuſtiſſimos græcos codices expreſſa legitur. Verum non opus eſt ad hæc & ſimilia argumenta confugere, cum alia per ſe jam ſatis gravia firmaque attulerimus. quæ & ipſa ad reliquorum etiam Ephremo falſo adſcriptorum ſermonum, qualis e. g. qui *reprehenſio ſui ipſius & confeſſio*, inſcribitur, aliorumque multorum futilitatem demonſtrandam valere poſſunt.

Digitized by Google

II.

DUO SERMONES EPHREMI SYRI

QUI NEC IN GRÆCO OXONIENSI CODICE, NEC IN OPERIBUS LATINIS VOSSIANIS REPERIUNTUR EX SLAVONICO VERSI INQUE LUCEM PRIMUM PROLATI.

Digitized by Google

Præfatiuncula.

Quo rarius plerumque in antiquis Græcorum æque ac latinorum patrum ſcriptis ejusmodi occurunt loca, unde illi qui tranſubſtantiationem in ſacra cœna credunt, erroris aperte convincantur: (a) eo magis profecto mihi gratulor, inter cætera Ephremi Syri adhuc inedita inveniſſe, quæ ſi non reliquis omnibus quæ in hunc usque diem a noſtratibus Theologis producta & adhibita ſunt teſtimoniis, apertius ac dilucidius, æque tamen aperte ac evidenter transſubſtantiationem in prima Eccleſia non eſſe creditam teſtantur. Non leve eſſe fateor nec reliquis facile poſtponendum teſtimonium illud *Chryſoſtomi* quod in epiſtola ejus ad *Cæſarium* (b) his præcipue in verbis reperitur: „an-

(a) Factum hoc inde eſt quod circa eccleſiæ incunabula inaudita res erat tranſubſtantiatio, nec quemquam patrum vel in animum venit ſuſpicari, fore ut ejusmodi opinionis monſtrum aliquando ederetur. hinc de vera ac reali corporis ac ſanguinis Chriſti in ſacra cœna præſentia graviter quidem ac luculenter multa, de panis autem quam nemo omnium in dubium vocabat, veritate pauca ab iis diſputata vides.

(b) Totam hujus epiſtolæ tantopere controverſæ, atque a *Petro Martyre* primum inventæ poſteaque ab *Emerico* Bigotio deſcriptæ & ad edendum paratæ hiſtoriam exponit illuſtris Vir, *Scipio Maffeius* in libro Italico ante biennium circi-

„antequam ſanctificetur panis, panem nomi-
„namus, divina autem illum ſanctificante
„gratia, mediante ſacerdote, liberatus eſt
„dominici corporis appellatione, etiamſi na-
„tura panis in ipſo permanſit: hoc inquam
eſt teſtimonium *Chryſoſtomi* plerisque noſtra-
tium non ſine cauſa magni æſtimatum (c)
Majoris tamen adhuc ponderis eſſe noſtra in
duobus quæ mox ſequentur Ephremi Syri
ſermo-

circiter Mantuæ in 4to edito, cui titulum dedit *Iſtoria diplomatica, che ſerve d'introduzione all' arte Critica in tal materia, con raccolta de' documenti non anco divulgati* &c. pag. 127. ſeq. ubi & epiſtolam ipſam ex codice Florentino a ſe deſcriptam, quam una cum literis, variisque annotatis *Jacobo Basnagio* jam ante in Hollandiam transmiſerat, adjectis quibusdam obſervationibus inſeruit. Eandem hiſtoriam perſtringit *Wilhelm Ernest. Tentzelius* in *exercitat. ſelectar.* parte poſteriore: pag. 348. nec non celeberrimus Vir, Profeſſor eloquentiæ Lipſienſis longe meritisſimus *Joh. Erh Kappius* in binis de hac epiſtola Lipſiæ habitis diſſertationibus doctrina multa refertis.

(c) Quantum huic teſtimonio Chryſoſtomi noſtrates æque ac Reformati tribuant: inter cætera his verbis declarat *Maffeius* pag. 270. *Niun antico monumento fu forſe mai, come ſapete, tanto avidamente fra voi altri Signori da noi ſeparati abbracciato, ne ſi univerſalmente celebrato,, come il preſente* &c. & poſtea: *gran trionfo ſi cantò da tutte le communioni ſeparate dalla chieſa cattolica Romana a motivo di tale epiſtola, quaſi ſi foſſe ſcoperto per eſſa, eſſere ſtato S. Gio Griſoſtomo di ſento diverſo dal noſtro in materia dell' Eucariſtia.* neque hoc ſane negari poteſt, quidquid etiam *Harduinus, Le Quien, Maffeius* aliique Pontificiæ ſectæ addicti effugiorum quærant, qui quamvis reliqua omnia, ſuppreſſionem tamen hujus epiſtolæ per ſe ſuſpicionis plenam in dubium vocare non poſſunt.

ſermonibus de ſacra cœna conſcriptis reperta teſtimonia: parum abeſt, quin mihi ipſi perſuadeam. Quæ enim adverſus illius epiſtolæ fidem auctoritatemque a Pontificiis vulgo moveri ſolent, dubia: locum hic plane non habent. Objiciunt e. g. incertam rem eſſe, utrum Chryſoſtomo an alii cuivis hoc ſcriptum tribuendum ſit. At hoc dubio Ephremiani ſermones carent. quos quidem apertis poſtea argumentis demonſtrabimus ad nullum alium quam Ephremum auctorē referri poſſe. Opponunt deinde adverſarii, non agere Chryſoſtomum in hac epiſtola proprie atque ex profeſſo, de ſacra cœna, ſed de longe diverſa materia: nec firmum adeo certumque inde teſtimonium peti poſſe: (d) præterea teſtimonium hoc ipſum eſſe tam obſcurum & ambiguum ut ad alia, cujusmodi multa ſint, clariora Chryſoſtomi loca neceſſario recurrendum ſit. Hæc autem omnia noſtris ſermonibus neutiquam obverti poſſunt. Nam & unice in illis dataque opera de ſacra cœna *Ephremus* agit, & omnia in illis ſatis plana tamq; perſpicua ſunt ut ambigui nihil contineant. nullus denique eſt in toto Ephremo locus, ex quo germana veraque auctoris ſententia de ſacra cœna apertius luculentius atque explicatius hau-

(d) *Jo dimando* Maffeius inquit, *perche trattando in più loghi il Griſoſtomo dell' Eucariſtia non in esſi; ma debba ſi la ſua dottrina in tal materia peſcare in epiſtola, che tratta d' altro, ed' in cui ſolamente d'una ſimili tudine ſi tocca* dell' *Eucariſtia*? vid. cit. loc. p. 292.

hauriatur. Quæ cum ita ſint; non male me nec Lutheranæ cauſæ, nec comodo curioſitatiq; lectoris conſulturum credidi, ſi ſermones hoſce duos *Ephremi Syri* adhuc ineditos, ex fide digna Slavonica verſione productos communi luci, omniumque oculis exponerem. (e) Nam etſi Lutherana religio, immotis Scripturæ ſacræ fundamentis unice innixa, nullis ejusmodi præſidiis, nullis patrum teſtimoniis ad ſe tuendum penitus indigeat; (f) nulla tamen res magis valet ad immiſſa vibrataque adverſariorum tela retorquenda eosque in viam revocandos, quam ſi hos ipſos, quos cauſſæ ſuæ patronos, ſententiarumque aſſeclas conſtanter crediderunt, Lutheranis in caſtris militare vident. Nec vana fortaſſe eſt ſpes noſtra fore, ut adverſarii noſtri, novum hoc Ephremi teſtimonium ſane quam evidentisſimum remoto omni præjudicio legentes ſuæ, de transſubſtantiatione, ſententiæ tandem valedicant. Quo minor autem cuiquam de teſtimonii hujus ſinceritate dubitandi, interpretisque in ſubjunctis ſermonibus transferendis vel fidem vel diligentiam requirendi anſa relinquatur: Slavonicum textum ipſum, latinis e regione poſitum afferemus, ut ſingula unusquisque examinare, veritatemque teſtimonii hujus cognoſcere ipſe queat.

(e) Merentur omnino & reliqui tres ſermones in codice noſtro Slavonico extantes, inediti, ut in latinam linguam translati prodeant. quoniam autem per temporis chartæque ſpatium hoc fieri jam non licet: in aliam occaſionem ἔκδοσιν eorum differemus.

(f) Abſit enim ut hæc aliaque patrum teſtimonia contra Pontificios urgentes, traditionem tamen eorum ceu fidei normam cum iis agnoſcamus, auctoritatemve patrum nimis efferamus. quippe qua κατ᾽ ἄνθρωπον duntaxat contra adverſarios diſputantes utimur. Parum igitur nos movet quod clariſſimus *Maffeius* in epiſtola ad *Baſnagium* Proteſtantium levitatem & inconſtantiam ſugillaturus cit. loc. ſcrib.: *Molto piacemi primieramente di vedere, come con queſto trionfo moſtrano pur anch' eſſi di riconoſcere la forza della tradizione conſervataci da' padri e non sò dunque perche altri volte anzi d'ordinario tanto poi l'annilliſcano e la diſprezzino.*

Sermo Primus Ephremi Syri Inſtruct. de ſanctisſimis & vivificantibus Chriſtianis ſacramentis. (a)

Non ſatis igitur eſt, fratres, Chriſtianos tantummodo nos vocari. cum opera quoque ipſa a nobis requirantur. Si quidem verum eſſe credatis, quod magnum Jacobum, fratrem Domini dicentem percipitis: fidem ſine operibus mortuam eſſe. Minime itaque negligendum eſt præceptum de bonis operibus. Alioquin Chriſtianismus ſolus nihil nos juvabit. Neque id profecto mirum. Quid enim militem pugnare juvat, niſi legitimo modo pugnet? Sic enim illum pugnare ac dimicare oportet, ut imperator mandat. Quodſi igitur & nos Chriſtianorum tantum nomen profitemur: non autem ſpiritualibus, ut decet, armis præliamur, nulli nobis uſui Chriſtianiſmus futurus eſt. Verum nos neque pro aliis rite propugnamus, nec noſtræ ipſorum animæ conſulimus. Et quid tandem aliquando in formidabili illo judicii die reſpondebimus? At quomodo, inquies fieri poteſt, ut qui in mundo vivit, ſervetur? Quid ais? brevi hæc te, ſi vis, docebimus. Non locum quemquam ſalvare ſcias, ſed ſincerum cor, firmumque ſerviendi Deo propoſitûm. In paradiſo exiſtens *Adamus*, maxima in tranquillitate, ſalutis naufragium faciebat. *Loth* autem interSodomitas agens

Nakaſanie o ſuiatich i pretzſcheſtich, i ſchivvotvvoraſchtſchih Chriſtovvich tainach. in cod. Slavon. pag. 283. ſermo 108.

Ne dovvolno oubo ieſt nam bratie, jeſche imenovvatiſa totzſchiu Chriſtianom, no i diela trebie ſut nam. Aſchtſche li ſche ne vvierujete to oubo sliſchite, zſchto glagolet vvelikii Jakovv brat boſchii, Jako vviera besdiel mertvva jeſt. i vvesdie oubo trebie jeſt nam, ſapovviedei dielanija. Semuſche ne ſuſchtſchu, Chriſtianſtvvo nam ni na kii sche ouspiech budet. niſche ſemu tzſchudiſa. Kii bo jeſt ouſpiech vvoinu & vvoinſtvva togo, aſchtsche ne boret po ſakonu, jakoſche podobajet bratiſa vvoinu po ſvvoiemu vvoievvodie; aſchtschsche i mi vv chriſtianſtvvo totzschiu odiejavvscheſa., i tiem oruschiim ne borem, jakosche podobaiet nam bratiſa, oubo ni nakuju sche polſu budet nam chriſtianſtvvo. Mische ni ſa iniech boremſa, ni ſvvoëja duſchi breschem. I ne vviem oubo Zſchto imami otvvieſchtsati na ſtraschnom ſudia, retschesche mi : kako posredie mira moschno jeſt ſpatiſa; zſchtò ſie glagolschi; aschtsche goſchtscheschi, as ti vvkratzie skaschu : jako ne mieſto spasaiet, no blagii oum, i jesche k bogu proisvvolenie. Adam vv rai ſii, jako vv' vvelizie tischnije, no potope. Lot sche vv ſo-

agens mediisque quaſi fluctibus jactatus ſervabatur. *Saulus* ille regiis habitans in palatiis, hanc pariter ac æternam vitam amittebat. Contra ea *Hiobus* fimo immerſus, magnisque ac prope innumeris miſeriis & afflictionibus oppreſſus, coronam tamen iuſtitiæ conſequebatur. Quam recte igitur fieri poſſe negabis, ut quis in mundo verſans incolumis evadat? Enim vero hoc temere nimis affirmatur. At quare non ſæpius in ſanctis divinisque templis convenimus, unde maxima profecto in nos utilitas redundat? Nonne videtis eos, qui munere quodam a Principe, honoribusque ornari cupiunt, nequaquam deſides ac oſcitantes inveniri, tolerare hiemem, calorem æſtatis ferre, nullaque plane incommoda refugere, omnem inſerviendi occaſionem quærere, nihilque magis curare, quam ut ne minimam quidem ſui Principis offenſionem incurrant. Hæc quidem in illos dicta volumus, qui vel templis intempeſtive ſe ſubducunt, vel eo, quo ineffabile illud ac tremendum ſacræ cœnæ myſterium adminiſtratur, tempore, in illis ſtantes, variis indecoris ſermonibus tempus conterunt, idque tam ſancto venerationeque digno loco! Quid agis frater? non ne cum verbi divini miniſtro orante dixiſti: elevemus ad Deum corda noſtra? Nihilne metuis homo? nihil te putet tremenda hac hora mendacii crimen admittere? O rem admirandam! Cœleſtis regis epulas apparatas! agnum Dei ipſum pro te mactatum! ignem cœleſti menſa emi-

domiech jako vv vvolnach morskich no ſpaſasa. Saül, vv palatach Tzarskich ſii , i ſiju ſchisn, i onu pogoubi. Iouvvsche na gnoiſchtſchi ſieda, vv'vviedach i vv skorbiech vvelikich, no vvienetz pravvdnii prijath. Da jesche oubo ſia glagoleschi, jako ne moſchno jeſt posredie lioudei ſpastiſa; to ſei glagol nitzschtosche jeſt. Potzſchto sche oubo ne tzschaſto ſebe sobiraiem na boscheſtvvenia i svvatia ſobori, ponesche polsa vvelika ot ſich nam bivvajet; ili ne vvidite aschtsche kto choschtschet ſan vvſiati ou knasa, kako ne lienitſa, no prebivvaiet blis knaſa, ſimu terpa, i ſnoi podemla i iniech podvviſaia, jesche pomoschtschi jemu ko vvladizie o ſem, da bi ne pogrieschihl, jegosche ſchelaiet. Sie sche vvſa glagoliu as ische vvon is i tzerkwe ischodaschtschim, ili vv' nei ſtoiaſchtſchim, i vv tzschas sluschbi ſtraschnijatojah i trepetnija trapeſi, beſiedouiouschtschim beſiedi nepodobni ſvviatago ſego i tzscheſtnago mieſta! tzſchto tvvorischi o bratie; nieſi li ovvieschtschalſa ieſi, iegda retzschet Jerei: Gorie imieim ſerdza. Tische retzscheschi: Imam ko goſpoda. Ne bonschiliſa ot tzschelovvietſche, ni ſramlaieschiliſa, vv tzſchas ſei ſtraschnii losch obrietajaſa; o vvelikoie tzſchudo! trapeſa Tzara nebesnago prigotovvtena! Agnazu boſchiju tebe radi ſakalajemu, ochniju duchovvnomu ot ſvviatia trapeſi istekajemu! Seraphimom predſtoiaschtschim i cheruvvimom

Digitized by Google

dmicantem ! adſtantes Cherubimos ! & Seraphimos circumdantes, facieque alis obtecta cum omnibus cœleſtibus exercitibus una cum ſacro miniſtro pro te orantes ! ſacrum ignem exeuntem ! ſanguinem Chriſti, tui mundandi gratia ſacro calici infuſum ! Nonne te pudet ? non ploras ? non tecum ipſe habitas ? ut nec pro te ipſo, nec pro aliis Deum ores ? Quid ? conſcientia nonne ipſa te judicabit ? Centum & ſexaginta octo horis hebdomas conſtat, hoc eſt ſeptem diebus. in his tu nec unam horulam Deo tuo dicabis ? Quod ſi tu tamen tempus hujus vitæ occupationibus, quin & ridendo garriendoque conſumſeris : quo vultu audebis ad hunc divinum tremendumque ignem tanta immunditia conſpurcatus accedere ? audeasne impuris manibus accedens, regis veſtes tangere ? Vix crediderim. Ne putes quem hic panem, quodque vinum vides ; eadem hæc exiſtere. Minime frater : nolito hoc credere. Precibus ſacerdotis ſanctique ſpiritus adventu panis fit corpus , vinum ſanguis Neque enim ut alius cibus ſeſe habet in hominibus, ita hic quoque. Sed quemadmodum candelam ceream ita exedi ac conſumi flamma vides, ut nullæ particulæ in cera relinquantur: ſic cum hoc myſterio quoque comparatum eſt. Totum enim in totum corpus (ſcil. hominis) abit (ſe digerit) inque ejus ſubſtantiam quaſi reſolvitur. (b) Corporibus enim carentes

mom paraschtschim! Scheſtokrilatim litza svvoia ſakrivvaiouschtſchim, i vvſiem ſilam nebesnim ſo jereëm ſa ta molaſchtschimſa. Ogniju duchovvnomu ſchodaschtſchu krovvi Chriſtovvie vv tzschaſu tainuju ſa tvvoie otzschischtschenie vvlivvaiemie. Ne ſtidischilisa ni li obridaieschi ſebe, ne ſomnischisa, ni ſa ſebe oubo molaſa, nische ſa inago. i ſovvieſt tvvoja ne oſueschdajet li tebie, o tzschelovvetzsche; ſto i ſcheſt deſat, i osm tzschaſovv imuschtschi nedieli, eschejeſt sedm dnei. jedin sche totzschiu tschaſs sebie otlutzschihl ieſt bog. Jeda oubo i toi dielami ſejah schisni smiechi i beſiedami ſujetnimi preprovvoschdajeschi, i kako smiejeschi k tomu boscheſtvvennomu i ſtraschnomu ogniu priſtupiti, s takoju skvvernoju; jeda oubo smiejeschi priſtupiti i priati ſa riſu tzarévvu, gnoi derſcha vv ruzie svvoëi; mniu oubo nikakosche. Ne jakosche chlieb, vvidiſchi, ili vvinò, i tako mniſchi a ſuschtscha; Ni bratie moi, ne pomiſchlai tako. Molitwoju bo Jereevvoju i ſoscheſtvviem svviatago ducha tvvoritza oubo glieb ſei plotiju i wino krovviju. ne bo jakosche ino braschno bivvajet vv tzschelovveziech, takoschde i ſiè. no jakoſche svvieschtschu vvoschtschanuju, ognem vvidischi isſutzschaiemu, i drasgu niekotorich ne oſtanuschtschich vv vvoſtzie: tako i pri tom tainstvvie bivvaiet. Wseh boh raſidetſa po vvsemu tielu i vvſiaknet

 knet

tes *Seraphim ardentibus carbonibus Eſaiam ſancti-ficabant. Ignis vero non unam habet naturam ſed duplicem, ligno enim conſtat & flamma. Non aliter ſacer panis non una panea natura canſtat, ſed & divina.* (c) Corpus enim (ſcil. Chriſti) quod unius naturæ eſt cum divina, non una natura gaudet ſed duplici. (d) Huc igitur ſi accedis Chriſtum amans homo, tremendum illud ſanctiſſimumque ſacramentum accipis non ab homine vel ſacerdote, ſed ab ipſis Seraphimis, *eodem igneo cochleari, quod Eſaias vidit.* Perpendite hoc igitur dilecti mei. Dominus noſter Jeſus Chriſtus ea nocte qua prodi ſe voluit, diſcipulis hoc ſuis & apoſtolis teſtamentum reliquit: immo vero omnibus in ſe credentibus, quo tempore ſcilicet in ſancto & celebri illo monte paſcha vetus cum diſcipulis ſuis comedit, atque ita totum vetus Teſtamentum abſolvit. Hoc facto diſcipulis lavavit pedes, in ſancti baptiſmatis ſignum; fractoque pane diſcipulis obtulit, dicens: Accipite & edite, hoc eſt corpus meum, fractum pro vobis in remiſſionem peccatorum. Similiter vinum & aquam calici infudit (e) iisque dedit, inquiens: bibite ex hoc omnes: hic eſt ſanguis meus Novi Teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in memoriam mei. Quoties enim hunc panem comeditis & calicem hunc bibitis, mortem filii hominis annunciatis. Verbum Dei itaque cum ſit vivum & efficax, Deusque omnia quæ vo-

knet na ſuscheſtvvo. *Beſplotnii bo Seraphim ouglem goriaſchtſchim oſti Iſaiju. Ogn ſche ne iedino ieſteſtvvo imat vv ſebie, no dvva, drevvo bo ieſt, i ogn: takoſchde i glieb ſei ſvviatii ne iedino ieſteſtvvo imat chliebnoie, no i boſcheſtvvennoie.* Plot bo jedino jeſtvvenna s'boſcheſtvvennim, ne jedino jeſteſtvo imath, no dvva. Da oubo priſtoupajuschtschii Chriſtolioubzi, ne jako ot tzschelovveka priemlem ſtraschnoie onoje pritzschaschtschenie ili ot ſuieschtschennika, no jako ot ſamogo onago Seraphima, *ſo ognennija tejah tſchitzi jouſche vvidie Iſaia.* I ſe ſche raſumiei vvoslioublenne: Goſpod oubo nasch Jiſus Chriſtos, chota ſa nih priati ſmert vvolnuju, vv noſchtſch onu, vv'niuſche predatiſa vvoschotie, ſavviet poloschich outzschennikom ſvvoim i apoſtolom: i paki tiemi vvſiem vvierujouschtschim k nemu jegda na gornizie ſuiatago i slavvnago ſiona vvetchuju Phasku ſo outzschenniki ſvvoimi ſniel, i skontzschavv vves vvetchii sakon. Po tom sche oumih noſie outzschennikom svvoim priloſchenie svviatago kreschtschenia ſodievvaia, takoshde pedlomivv chlieb podadė ihm glagola: priimite i jaditzte, ſie jeſt tielo moie iesche ſa vvih lomimoie vvo oſtavvlenie griechovv. Takoschde naliavv tzſchaſu vvinah i vvodih dadeh ihm glagola: Piite ot ſeiah. vvſih, ſia jeſt krovv moia novvago ſavvieta, jasche ſa mnogia islivvaiema vvo oſtavvlenie griechom. ſie tvvorihte vv' moie vvospominanie. Jeliſchdi bo asch-

 tſche

voluit, creaverit, ſic ut dicente eo, fiat lux confeſtim lux facta ſit : dicente porro fiat firmamentum: factum ſit: cum præterea verbo Dei coelum fundatum, cœlum, inquam, & terra aqua & ignis aër omnesque plane creaturæ in uſum hominis productæ ſint, cumque voluerit ſupra omnia venerandus Deus verbum, homo naſci: quomodo is quæſo ipſe efficere non poſſit, ut panis ipſum corpus Chriſti vinum ſanguis ipſius ſit. Principio terræ mandavit herbam producere : quæ propterea in hanc usque horam, pluviam mittente cœlo, vi divini, quod initio accepit, mandati, herbam emittit. Jam vero ſimili modo Deus dicit, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, & hoc facite in memoriam mei. Cum igitur omnia omnipotenti ejus juſſu fiant: usque dum ipſe veniat, prout ipſe ait; dum venio: cumqne pluvia in terram decidente, gramen revireſcat : tum vero & ſpiritualis hæc pluvia. hoc eſt ſpiritus ſanctus, ſacerdotis precibus ipſiusque efficacia accedens panem hunc corpus & vinum ſanguinem aperte efficit. (f) Quemadmodum enim Deus principio quæque creans, ſpiritus ſancti virtute ea procreavit, ita & hodienum omnia virtute ſpiritus ſancti ſupernaturali modo facit. quod nemo tamen niſi per fidem intelligit. Dicente enim ad archangelum ſancta Virgine; quomodo hoc mihi eveniat, quæ nullius viri notitiam habeo? reſpondebat Gabriel, ſpiritus ſanctus te ſuperveniet, virtus-

que

tsche glieb ſei iadihte, i tzſchaſchu ſiju piete, ſmert ſina tzſchelovvetzscheskago propowiedaiete. Jelma oubo slovvo boſchie schivvo ieſt, i dieiſtvvenno, i vv ſe ſieh, jelihko vvosgotie bog, i ſotvvorih. i aschtsche retzſcheh budi svvieht, i biſt ſvvieht. budi tvverd, i biſt. Jaschtsche slovvom goſpodnim nebeſa outvverdiſchaſa: i aschtsche nebo i ſemlah, vvodahſche, i ogn, vvosduch ſche i wſa tvvar slovvom boschiim ſovverschiſchaſa, i slovvuschtschii Tzschelovvjeku: i aschtsche vvoschotieh vvſiatzscheskich bog slovvo ſotvvoritiſa tzschelovvieku, toh oubo ne moſchet li proſphoruh ſijuh plotijuh ſvvoejuh ſotvvoriti i i vvinoh i vvoduh krovviju; vv' natzſchaltie oubo ſemlih travvu povveliel jeſt, i ſvveſtih: i daſche do ſego tschaſa doſchdiu bivvſchu abie isvvodiht ſvvoiah raschtſchenia boſchi ihm povvehlieniem, i iako ſchenohma gradet ihs ſemlih. ſihlu slovvom goſpodnim i hspervva priihmſchi. Retzscheh bo bog, ſia ieſt plott moia, i ſiah ieſt krovv moia i ſotvvorihte na moiu pamath. Da oubo vvſemoschtschnim iego povvehlieniem bivvaiet, dondeſche priidet, tako bo i glagohla, dondeſche priidu. I iakosche doſchd priſched na ſemliu abie vvosraſtit travvu: takoſchde i ſvviatii ſei doſchd, rekuſche ſvviatu duch, molitvvoiu Jereevvoju priſivvaiem, ſiloju ſvvoeju poſietivv, abie ſotvvoriht glieb ſei plotijuh, i vvinoh krovviju. Jakoſche bo ispervva ſotvvorihl ieſt bog, togo ſvviatago ducha

que altisſimi te obumbrabit. Similiter quæres jam quomodo panis Corpus Chriſti fiat? en ſic habeto. ſpiritum ſanctum adventu ſuo hoc efficere, quod humana mens capere non poteſt. Immovero fratres mei, non aliter, mihi credite, accipimus ſanctiſſimum Chriſti corpus, ac ſi ora noſtra ad coſtas Domini ad moventes ex iis bibamus. Tam vère, inquam, accipimus vivificantem ſanguinem Chriſti. Quod reliquum eſt, quæſo vos fratres, ne templis vos ſubducatis, neve ſi in iis ſtatis aut verſamini, garriatis, hancque horam, quo cultus divinus celebratur, ſine terrore tranſigatis: ſed cum timore terroreque ſtantes, oculis dejectis animi ſenſa ad Deum elevemus, tacitique in corde Deum invocemus. Nonne quæſo animadvertiſtis, quomodo ii, qui in mortalium regum conſpectu verſantur, tremebundi eos circumſiſtant, pedem loco non moventes, non garriant, oculosque circumferant, ſed toti propemodum contremiſcentes, non aliter, quam ſi loco affixi eſſent, iis adſiſtant. hoc igitur homo, cum ſcias: quemadmodum ad terrenum regem accedendum eſt, tu quoque tremebundus ad Deum accede. Sæpius hoc dixi, fratres, nec dicere deſiſtam, quoad illi, qui ſanctum templum ingrediuntur, reſipiſcentes, ita, ut fas eſt, preces ad Deum concipiant. Accedamus igitur integri vitæ ſcelerisque puri, vere ut dicere queamus: & remitte nobis peccata

noſtra,

ducha dieiſtvviem ſotvvorihl ieſt ſiah : da i nihnie duchovvnim dieiſtvviem vviſche ieſteſtvvah tvvoriht, iegoſche ne moſchet niktoſche domislitiſa, rasvvie vvieroju. Retzſchehbo ſuiatoja Dievva ko archangelu, kako mi ſe budet, ponesche muscha ne ſnaju; Otvvieſchtschah jei Gabriil, glagohlah: Duch ſvviatii naidet na ta, i ſihla vvihschiago oſienihtta. Tiſche ninie vvoproschaieſchi, kako chlieb plotiju chriſtovvoju moſchet biti; reku ti oubo i as: Duch ſvviatii tvvoriht ſija priſcheſtvviem svvoim, jegoſche Tzſchelovvietſcheskii ouhm domiſlitiſa ne moſchet. Jei bratija mojah vvoslioublennaja, tako priemlem plot onu ſvviatuju, jakoſche ouſtih ſvvoimi prinikſche k rebru goſpodiniu, i pijouſchtſche ihs nego: tako i priemlem ſchivvotvvoraſchtſchouju onu krovv. Ne moſihte moliu vvas ihs tzerkvve ihsgodihti niſche vv' nei ſtoiaſchtſche beſiedovvati, niſche tſchaſa togo slaſchebnago bes ſtracha prepovvoſchdati. No da ſtoim ſo ſtrachom i trepetom, otſchihma dolu ſraſchtſche, oumom ſche gorie vvosnoſaſchtscheſa, i vvosdichanmi besglas nimi vvopiem vv ſerdzi. Ne vvidiſchi li o vvoslioublenne, predſtoiaschtſcia pred tzarem tliennim, kako oubo ſo ſtrachom predſtoiaht, ne poſtupaiouſchtſche ſmieſta, ni beſiedoujouſchtſche, niſche otzſchima ſiemo i onamo vvosmeſchtſchuſchtſche, no ſo ſtrachom, i s bojasniju predſtoiat, jako a vvodruſchemi. Sia oubo tſchelovvetſche

vvi-

noſtra, ſicut & nos remittimus peccatoribus noſtris. Aliter enim precari velle nefas eſſet. Simplici animo ſimpliciquе hac oratione Deum invocate: remiſi miſericors Deus peccatoribus meis, & mihi remittas velim: condonavi domine: & mihi condona gratia & miſericordia abundans. Veniam ego dedi, & mihi da veniam. Amico, qui in me peccaverat, indulgentem me præbui, & mihi ſervo tuo talem te præbe. Quandoquidem hæc igitur explorata, amici, habeatis: diligenter eadem animo vobiſcum reputantes, cum tremendum Dei judicium, ignisque inextinguibilis immineat: a deviis ſemitis noſtris in viam revertamur. Certum enim eſt adventare cœlorum regem, qui quidem adveniens terrena ipſe omnia abolebit, nec tum quisquam vel mercaturam ipſe faciet, vel alium qui cum intercedat, inveniet. Præſens hoc iis ſeculum datum eſt, qui a malo averſi ad bonam frugem ſe recipiunt. Futurum ſeculum ad interitum eorum comparatum eſt, qui male vixerunt. Hoc laboris, illud quietis, hoc certaminis, illud præmii ac mercedis diſtribuendæ eſt. Revertimini ergo, omniaque quæ dixi ad animum revocate. Secundum carnem vitam inſtituimus, ſecundum ſpiritum vivamus! in pigritia ſocordiaque viximus: ad laudem Dei in vitæ integritate vivamus! Heluati ſumus: ſupra alios nos extulimus: reſipiſcamus ergo! Ecquid autem efferimur? cum quidem

vvidievv, ponehjako k ſemnomu tzariou: tako i k' bogu priſtupih ſo ſtrachom i s' bojaſniju. Sia ſche mnogaſchdi glagoliu, i glagola ne preſtanu, dondeſche ouvvihſchdu iſpravvivvſchichſa vvchodaſchtſchich vvo ſvviatoju tzerkovv, iakoſche podobaiet vv chodihti na molitvvu k bohgu. Tako oubo dah vvchodihm neslobivva ſerdza ihmuſchtſche, dah vvosmohſchem i mih reſchtſchih: oſtavvi nam dolgi naſcha, jakoſche i mih oſtavvlaiem. Straſchno bo jeſt glagolemoie vvoslioublennii: i proſto vvopiet k bohgu glagohla ſitze: proſtich ſogneſchivvschago ko mnie goſpodi, proſtih mah i tih milolſtivve. oslavvich as vvladihko, oslavvi i tih mihloſerdze. Ouſtoupich as, ouſtoupih ih lih ſomnie. Rasrieschich as drucha mojego ſogrieſchschago ko mnie: rasrieſchich i tih mnie rabu tvvoiemu. Sieh oubo vviehdouſchtſche o druhſi, i ſia vvo oumnie ſvvoiem poluſchivvſche, chotaſchtſcheje bihti ſtraschnoie ono ſudiſchtſche i ogn neougaſihmii, obratimſa poneh ninie ot slago ſvvoego puhtih. Priiſtih bo imat Tzahr nebesnii iegdah poſoriſchtſche i torſchiſchtſche ſchitijah ſego rasruſchiht, i ktohmu ne budet nikomuhſche doſtoihno kupli tvvorihti, niſche buhdet s kihm. Sieh oubo ieſt vvrema pokajavvſchehmuſa ot slich, priahti proſchtſchenie, i potrudivvſchimſa vv neh, vvſahti ſchisn beskonetzſchnouju. Ono oubo vvremia na oſouschdenie, ihſche slabie i skvver-

dem pulvis, cinis lutumque ſimus. Ecquid contemtus aliorum ſuperbiaque nos tenet? cur noſtris honoribus divitiisque gloriamur? adeamus quæſo cæmeteria; miranda ibidem & terrifica arcana contemplabimur. Ibi naturam plane deſtructam ac diſſipatam, nudata oſſa, corpus putrefactum inque cineres redactum videbimus. Ad hæc oculos converte, ſapiensque videri ſi vis, horum quis Dominus, quis ruſticus extiterit, expone. Quemnam hic nobiliſſimæ, quem mediocris, quem abjectiſſimæ infimæque ſortis fuiſſe dices? Ubinam hic Dominus? ubi ſervus? ubi ſapiens? ubi inſipiens? ubinam pulchra & blanda juventus? ubinam jucunda forma? delectabilis facies? ubinam pulchri lucidique oculi? ubinam jucundiſſimus viſu vultus? ubinam ſonora vox? Nonne pulvis omnia? nonne lutum ſordesque omnia? Hæc igitur, o miſeri, intuentibus nobis, ultimumque, dum in hoc corpore habitamus, vitæ mundique diem ſedulo meditantibus, graviſſima cauſſa ſubeſt, vitam primo quoque tempore emendandi. Avertamur a rebus hujus vitæ caducis, ejusque nimia conſuetudine, ne quando in futuro judicii die fruſtra nos hujus vitæ, per negligentiam actæ, pœniteat. Enimvero dilecti, de hoc cogitemus, inque nos ipſos deſcendamus, ne ſempiternos ipſi cruciatus ultro irruamus. Neque enim noſtrum interitum Deus quærit, non pernicie noſtra delectatur. Deus, æternus licet, noſtri gratia

in

skvvernie ſchivvuhſchtſcham. Sieh vvremia nah trudih, ohno ſche na pokoi. Sieh nah dielanie: ono ſche na vvosdaianie msdam. Wosdvvigniteſa, i retzſchennoie vvſiem oumom ouslischihte. Schichom plotski, poſchiwem duchom. Schichom slaſtmi pochotnimi poſcihwem w ſoblioudenii duschevvniem. Schichom lienoſtiju i neradieniem, poſchiwem kriepzie na slawu bogu. Pitachomſa, i welizſchachomſa, to pokaiemſa o ſem. Tzſcheſo rahdi oubo vvelizſchamſa, pepel ſuſchtſche, i perſt, i ſmad; Potzſchotoh preſorſtvvo ih gordihniu ihmami, ih chvvalimſa slavvoju i bogoſtvvom. Iſihdem oubo vvo grobiſchtſcha, moliu vvas, i vvidim divvnia ih ſtraschnia taini: vvihdim jeſteſtvvo vvſeh rasſihpahno, koſtih obnaſcheni, plot isgnivvſchu i iſtlievvſchu. Prihnikni oubo tamo. iaſchtſche ieſi mudr, to povvieſchd mih: kto tamo vvladika; kto li radnihk; kto li dobra rohdai ktoh li prednago; ktoh li posliednago; ktoh lih rab; ktoh li goſpodin; ktoh lih mudr; ktoh li neſmislem; gdie dobraja ta i krasnaja jounoſt; gdieh osklablenoie, to i ſvvietloie litzeh; gdieh dobrii onih, i ſwietlo pomavvajauſchtschii otzschi: gdieh liepoie ono i krasnoie litzeh; gdieh dobrii onih ih ſwietlo pomavvaiouſchtſchii otzſchi; gdieh liepoie ono i krasnoie lihzeh; gdieh sladkii on glas; ne vvſeh li ſieh pepel ieſt; ne vvſeh li prach; ne vvſeh li gnoi i ſmad; Siah vvſah vvidievvſche mi oubosii, i pomi-

Digitized by Google

in terram venit. Omnium creator rerum, quo caput declinaret non habebat. Ipſe viventium æque ac mortuorum conſtitutus judex, in judicium abripitur; omnium creaturarum conditor, a ſua ipſius creatura flagellatur. is, quem angeli intueri non audent, ab cœno ipſo conſpuitur, doloribus omnibus injuriisque afficitur, in ſepulchro collocatur. At hæc omnia ex ſummo in nos amore propenſioneque perpetitur. Nos contra deſidia torpemus, eum ipſum deſpicimus, mandata ipſius non curamus. Pro quo ſi ſanguinem noſtrum cum vita profunderemus, ne minimam tamen ejus meritorum partem videremnr aſſecuti. Sanguis enim ab illo profuſus, creatoris, noſter ſervorum eſt. Longiſſimo autem intervallo domini & ſervorum ſanguis inter ſe diſtant. Quandoquidem igitur perſpectum hoc vobis eſt: quam primum revertamur, omni ſtudio ac contentione Deum, quoad ſpatium bene agendi, nobis conceditur, quærentes: ne forte ſol occidat, luxque pereat, nosque ipſi in tenebris occumbamus. Virtuti, agite, demus operam, ut æternis cruciatibus erepti, Jeſu Chriſto benedicente, regno cœleſti digni reputemur. Cui laus ſit & gloria & adoratio una cum patre & ſpiritu ſancto nunc & perpetuo & in ſecula ſeculorum Amen!

Digitized by Google

misliyvſche posliednii den ſmertnii, dondeſche jesmih vvſem tielie; naipatſche doſtoino jeſt nam pokajahtiſa. Bosvvratimſa oubo kajouſchtscheſa, ot ſuietnich diel i beſied, dah ne na ſtraschniem onom ſudiſchtſchi, vvo tscheh natſchnem kajatiſa, vvrema ſvvoie pogubivyſche. Jei bratia mojah vvoslioublennaja, vvospomianem ih priidem vv ſebe, ne dadihm oubo ſebe vv' vvietzſchnuju muhku. ih bog boh ne choſchtſchet naſchego sla, niſche kraſujetſa naſchim pogibeniem. Bog boſii prevviezſchnii, nas rahdi Tzschelovvieck nah ſemli javviſa, iſche vvſiu tvvar ſosdavvii, ne imaſche, gdieh glavvi pod klonihti. Sii ſudiah, ſchihvvim ih mertvvihm, na ſud vvedetſa tvvoretz ſii vvſatzſcheskich, ih sluſchenie ot ſvvoeja tvvahrih priemlet. jegoſche angeli ne vvidaht, toi ninie ot brenia plewanie, na litzih ſvvoiem priemlet, i goreſti vvkuſchaiet, i vvo grobie polagaietſa. Sia ſche vvſa priemlet, vvelmih lioubuh nas i mihluja. Mihſche potſchſtoh lienimſa ihli preſirajem jego, i poh vvohli jego ne ſchivvem; aſchtſche bichom krovv ſvvoju proliali ſanego, to i ſé ne vveliko tzſchudo tvvorihm: krovv bo proliannaja ſa nas tvvorzah naſchego ieſt, nascha ſche krovv rabia jeſt. i ina oubo ieſt krovv gospodske, ineſche rabia. vvieduſchtſchesche ſia, vvosvvratimſa oubo dobrie, i skoro predvvarihm vvsſiskati goſpoda, dondeſche vvrema ou nas jeſt podavvaia nam dobraja diejati; dondeſche ſolnze ne

ſaide,

Sermo II. de oblatione ſ. προςφορα ſanctiſſimi panis.

De fratre relatum nobis eſt, eo, quo cultus publicus celebraretur, tempore, in templum, ut ſueverat, ituro Satanam illudentem hæc inſuſurraſſe: quid malum ibis in templum ad panem ibi vinumque, hoc eſt corpus & ſanguinem Domini accipiendum? falleris. Quibus verbis ludibriisque aurem præbentem fratrem, non, ut ſolebat, coetum ſacrum adiiſſe. Fratres igitur tam diu eum manere (ſic enim fieri mos eſt in eremo illa, ut cultum divinum tantiſper intermittant, precibusque tantum vacent, quoad omnes fratres convenerint.) Cum vero ſatis diu fruſtra expectaſſent: neque ille tamen adeſſet: egreſſos quosdam fratrum cellam ejus intraſſe, de morbo vel morte quæ intervenerit, varie in via diſſerentes. Qui cum in cellam pervenerint, quid cauſæ ſit quod in templo non compareat, interrogaſſe. Hanc vero retegere eum puduiſſe. Animadvertiſſe ſtatim fratres, malum illi conſilium a diabolo ſuggeſtum, multisque cum precibus, ut ſibi diaboli conſilium aperiret etiam atque etiam rogaſſe. Tum faſſum illum dixiſſe: veniam vos oro fratres: cum pro conſuetudine mea templum peterem: hæc mihi in mentem venerunt: non adſunt ibi corpus & ſanguis Chriſti, quo non niſi vulgaris panis ac vini accipiendi gratia nunc tendis. Quodſi igitur vultis ut comitem me vobis præbeam: de veri-

ſaide, dondeſche ſvviet jeſt, da ne omratſchi-wſche pogihbnem. No blagaiah tworaſchtſche isbudem vvietzſchnia muhki i tzarſtvvia boſchia doſtoini buhdem blagodatiju goſpoda naschego Jiſa Chriſta. iemusche slavva, tzſcheſt, i poklonenie kupno ſo otzem i ſo ſvviatim duchom ninie i prisno i vvo vvieki vviekovv Amihn.

Serm. II. in Slavon. cod. 86. p. 184.

Nakaſanie o prinoſchenia ſuiatago pritzſchaſchtſchenia.

Glagolachu o niekoiem bratie, jako bivvſchu ſoboru vvo vvremia nedieli, vvoſtavv po obitzſchaju jeſche vvniti vv tzſcherkovv, i porugaſa iemu diavvol, glagola k nemu vv pomislie: jako kamo ideſchi vv Tzerkovv, da priimeſchi glieb i vvihnoh jahko tielo i krovv Chriſtovvu; ne rugaiſa. Bratt ſche davvii vvieru pomislu, ne ide vvtzerkovv bojeſt obitzſchaju. Bratiamſche ſchduſchtschim jego: takovv bo jeſt obitzſchaipuſtihni toiah, ne tvvorachu ſobora, rekhſche molit vvih, dondeſche ſnidutſa vvſa bratija. Oſchidajouſchtſchim ſche jego pomnoſie, i onomu ſche ne priſchedſchu. nietzii ſche ot nihch vvoſtavvſche idoſcha vv kellijou iego glagolajouschtſche: jeda kako bolievv brat i oumre. i jegdah priidoſcha vv kellijou iego, i vvoproschachu iego potzſchtoh neh priſchel ieſih vv ſobor brate; onſche ſtidiaſcheſa povviedahti ihm. Raſumievvſche ſche onih diavvol slokosnennii ſovvieht, padoſcha je-

veritate ſacræ προσφορᾶς me confirmate certumque facite. ad quæ illi reſpondentes, ſurge, inquiunt, noſque ſequere: Deum rogabimus ut te juvet ſuaque recondita virtute, id quod videri nequit, oculis tuis aperte ſubjiciat. Sacris igitur inceptis, ac precibus peractis: medio in templo fratrem ſiſtebant: quiquidem ardentiſſimas inter preces omni illo, quo ſacra peragebantur tempore, totum os lachrymis opplere non deſiſtebat. Finitis ſacris, precibusque abſolutis, patres fratresque eum ad ſe vocabant, dicentes: quid tibi Deus revelaverit nobis expone: ut & nobis proſit. Tum vero ille collachrymans, cum cantionum, inquit, ſacrarum canon doctrinaque apoſtolica recitaretur (g) ſanctumque Evangelium diaconus prælegeret: tectum templi apertum coelumque patefactum ſingulaque Evangelii verba quaſi in ignem mutata ad cœlum adſcendere & quaquaverſum radios ſpargere conſpexi. Evangelio recitato Clerici præcedebant, diaconi cum ſacratiſſimis ſacramentis ſequebantur. Quo facto mihi cœlum videbar apertum cernere, ſanctumque ignem cum innumeris ſanctis angelis emicantem, ac deſuper duas alias pulcherrimas facies, quarum ſplendor fulguri ſimilis erat, quarumq; pulchritudo exprimi plane non poteſt, apparentes. Binas inter facies infans conſpiciebatur cum angelis ſanctum altare circumſtantibus. Binæ illæ facies ſuper ſacra menſa; infans in medio illorum cernebatur. Sanctiſſimis

mu na nogu ſo oumileniem, dah ihm iſpovvieſt diavvolii ſovvieht. On ſche iſpovvieda ihm glagola: proſtihte ma bratie. jakoſche vvoſtach po obitzſchaiou itih vvtzerkovv, i retzſcheh mih pomisli, nieſt tielo i krovv Chriſtovva, kamo ideſchi priati glieba proſtah i vvinah; i aſchtſche choſchete da priiduh s vvahmi, outvverdihte mih pomislo svviatie i prosphorie. Oni ſcherieſcha i vvoſtahni i gradih s nami i pomohlimſa bogu dah tih pomoſchet, i tainujou ſihlu ſvvoju nevvidimujou vvihdimu javviht. i Woſtavv priide snihmi vv tzerkvv. J bivvſchei molitvvie k bogu o bratie dah jahvvitſa jemu boſcheſtvvennich tain ſila. J jegdah natzaſcscha ſovverschahti ſobor rekſche molitvvo, poſtavviſcha brata posredih tzerkvve. Onsche i doh otpouſchtſchenia ſobora neh preſtah sleſahmi oumivvaja litze ſvvoie. Po ſoborie ſche rekſche poh otpuſchtſchenii molihtvvi prihsvvavvſche iego otzih i bratija, i vvoproſchachu jego glagolaiouſchtſche: ztſchto tih pokaſall jeſt bog povvieſchd nam, dah ih mih polsuiemsa; On ſche s platzſchem natzſchat glagolahti: iako iegdah biſt pravvilo piesnennoie, i protzſchteno biſt apoſtolskoie outzſchenie, ih natzſchah diakon, tzſcheſtih ſvviatoie Evangelie, togdah vvidiech pokrovv tzerkovvnii otvverſt. ih nebeſa iavvlaiouſchtſchaſa ih koiesdo slovvo evangeliskoie, jako ogn biſt: ih javvlaſcheſa doh nebeſeh. Ih iegdah biſt skon-

ſimis ſacramentis abſolutis, Diaconi a Clericis recedentes, ad panem, qui offerendus erat frangendum accedebant. Ac vidi tum egomet duas facies ſacræ menſæ ſupervolare viſas infantique ſuper menſa ſtanti pedes manusque colligantes: cultrum item habentes atque infantem iſtum mactantes, ſanguineque calici qui in menſa poſitus erat, infuſo, eandem diſſecantes, panique imponentes, qui corpus ſtatim fiebat. ibi tum recordabar verborum Apoſtoli 1 Cor. V. 7. & nos habemus paſcha, hoc eſt Chriſtum pro nobis ſacrificatum. Cumque fratres ad panem ſacrum ſumendum accederent, corpus illis porrigebatur, *& cum Deum invocarent, dicentes: Amen: panis in manibus eorum erat.* Accedenti & mihi tandem corpus præbebatur: quod cum tangere non auderem: vocem hanc perſonantem audiebam. cur non hoc, homo, vis accipere? nonne hic idem eſt, quem tu quærebas? Atqui ego, ignoſce mihi quæſo, domine, reſpondebam, qui corpus hoc tuum capere non poſſim. Iterum tum vox perſonabat, dicens: ſi corpus accipere homo poſſet: corporeum etiam illum inveniret, quem tu inveniſti. *Jam vero fieri non poteſt, ut corpus quis accipiat, ordinavit igitur Deus, ut ſacer panis altari imponatur.* Adam quidem quemadmodum in principio manu Dei factus, carneque indutus, vivificantis ſpiritus halitum accepit: ita in terram illa reſoluta, ſpiritus in eo non permanſit. Chriſtus autem

car-

tzſchanie Evangeliskoie, naprediſche oubo poidoſcha klirizi, diakonom imuſchtſchim boſcheſtvvennich tain pritzſchaſtie i vvidiech nebeſah otvverſtah i ogn schodaſchtſch ſo mnoſcheſtvvom ſvviatich angel i vverchu ich ihna dvvah litza prekrasne jeasche nieſt moſchtſchno dobroti ispovviedahti, bie bo ſvvieht ich jako molnia. I posredie dvvoju litzn malo otrotzſchach. Angeliſche ſtaſcha o kreſt ſvviatia trapeſih. Litza ſche ona dwah vverchu ſuiatia trapeſi, ih otrotzſchah posredih. J ichiakoſche biſt kontzſchanie boſcheſtvvennich Tain pribliſchivvscheſa diakoni ot kliroſa, prelomihti chlieb predloſchenja, i vvidiech as dvvah litza, jaſche bieſta vverchu ſvviatijah trapeſi, ſvvaſavvſche rutzie i noſie otrozſchate ieſche bie vverchu ich. ih imieſta noſch, i Saklaſtah otrotzſchah. ih isliaſta krovv iego vv tzſchaſu, jaſche bie vverchu ſvviatia trapeſi. i ſodrobivvſche tiehlo iego, poloſchitſa vverchu chlieba, i biſt chlieb tielo. Togdah pomianuch apoſtolah glagolajouſchtſchah : ibo pascha naſcha ſa nih poſchreſah Chriſtos. I jakoſche pribliſchiſchaſa bratia prijati ſvviatia prosphorih. I da jaſcheſa ihm tielo. *ib jakoſche priſivvachu glagoliouſchtſche : amihn, ib biſt chlieb vvrukach ich.* Jas jakoſche priidoch prijathi, dadeſa mih tiehlo ih ne moſchach iegoh priahti. Ih sliſchach glas vvoh ouſchijou moejou glagoliuſchtſch mih : Tzſchelovvetzſche tzſcheſo rahdi ne prihmeſchi ; nieſt li ſeh jegoſche

carnem cum ſpiritu ſancto communem habet, cujus quidem carnis participem reddit hominem, cujus ſpiritus in corde ſedem habet. Jam ſi credis, accipis quod in manibus habes: *cumque dicerem, credo Domine, ecce, me dicente Amen: corpus quod in manu mea videbatur, panis erat,* Deumque laudabam *ſacroſque panes ſumebam.* Finitis autem ſacris cum clerici convenirent: inter duas facies infantem iterum videbam. Quo facto multa dona Clerici apportabant, videbamque templi tectum deſtructum, virtuteſque divinas in cœlum ſe elevantes, infantem denique inter facies verſantem. His ego auditis in cellam revertebar Deumque Dominum laudabam. Amen!

Digitized by Google

jeſch iskal; ih riech, miloſtivv mi budi goſpodih, jako tiehla ne mogu prijahti. Pakiſche retzſcheh mi: aſchtſche bi mogl tzſchelowiek tiehlo priimahti, tielobiſa, ih obrietahlo, jakoſche ih tih obretel jeſih: noh nihktoſche moſchet tiehla priimati, ſego rahdi povvelieh bog bihti, gliebom predloſchenia. Jakoſche bo ispervva Adam rukimah boſchiihmah biſt plott, ih vvduhnubu vvon duch ſchivvohten i plott ot lutzſchiſa vv ſemliu, duch ſche ne prebiſt vv nem. Noh Chriſtos ſvvoju plott ſo ſvviathim duchom ihmat, i plott oubo mihloſerduiet vv tzſchelovviehka, duchſche ſtoit vv ſerdtzie, i aſchtſche vvieroujeſchih, priimih ieſche imaſchi vv ruhkuh; *ihjako riech vvieroujou goſpodihn, ihſeh mih rehkſchu amihn, ih biſt tiehlo jeſche bie vv' ruku moeiouh chlieb*, ih pochvvalihvv boga, prijach ſvviatoujou prosphoruh. Jegdah ſche ſoborr otpieh, ih priidoſcha kliritzi vvkupie, ih vviediech pahki otrotzſchah posredih dvvoju litzu. Kliritzi ſche ſtreblajouſchtſche dahri, ih vvidiech pokrovv tzerkovvnu otvverſt, ih boſcheſtwennia ſihli vvosnoſaſchtchaſa nah nebeſah, ih otrotzſchah posredie litzu. Sijah sliſchavvſche bratie, ih mnogoie oumilenie priemſche otidoſcha vv kellii ſvvojah, vvoſſilajouſchtſcheh slavva bogu otzu, Amihn.

(a) Hu-

(a) Hujus ſermonis non eſſe alium auctorem, quam *Ephremum*: non una ratio evincit.

I. Syri ipſi teſtantur de ſacra cœna eum peculiaria ſcripta reliquiſſe. De quo ita clariſſimus Aſſemannus in bibl. Oriental. p. 86. *Laudatus*, inquit, *auctor Syrus vitæ Ephremi narrat, cum præter alia plurima edidiſſe commentaria in Geneſin .... de nativitate Domini, de baptiſmo ejusdem & jejunio ac reliquis ſalutaris diſpenſationis myſteriis &c.* Nulli autem, quod ſciam in Ephremi operibus reperiuntur tractatus, ſacræ coenæ myſterium data opera explanantes: dum ea omnia quæ ſparſim de hoc fidei articulo ab eo tradita deprehenduntur, non niſi aliis argumentis ſint intermixta, inque transcurſu quaſi allata. Speciem igitur veritatis habet non exiguam, ſermones hoſce ambos de ſacra cœna proprie tractantes ad Ephremum auctorem referri oportere.

II. Omnes illi dicendi characteres, quos cum veteres, tum hodierni Critici in genuinis Ephremi ſcriptis ceu germanos ac proprios dudum obſervarunt in his quoque ſermonibus, in priori præſertim cognoſcuntur. Sunt enim perſpicui, ſunt faciles, ſunt denique ad concitandos permovendosque lectorum animos non inhabiles. Porro interrogationis & exclamationis figuræ, uberrime in Ephremianis ſcriptis frequentatæ, identidem occurrunt. Non igitur

tur eſt, cur dubitemus, quin Ephremiani foetus ſint ingenii.

III. Hi ipſi ſermones, in vetuſtiſſimis, quos in Slavonica verſione conciñanda Rutheni interpretes ſecuti ſunt, codicibus manuſcriptis græcis, in Moſcuenſi Imperatoria bibliotheca, ut ex ſupra allatis conſtat, hodieque reperiundis, Ephremi nomine tanquam auctoris inſcripti extant.

IV. Iidem propemodum loquendi modi, eædemque formulæ quas in duobus hiſce ſermonibus, in priori præſertim auctor adhibet, in reliquis etiam ſcriptis ejus genuinis paſſim obveniunt. Ita e. g. locutio illa: *adſtantes ecce* (ſacro altari) *Seraphimos & Cherubimos circumdantes, facie alis obtecta*, ſimilis illi quæ in ſermone *de feſtis diebus* ap. Voſſ. p. 9. deprehenditur. *Angeli mundi cum tremore miniſtrant faciemque obtegentes, non audent reſpicere* &c. ſimilis item illi, quæ, *Aſſemanno* in *biblioth. oriental.* p. 67. recenſente, in commentario ejus in Exodum occurrit. *Ne quis ex eo ſedens comedat. nam ſi Seraphim cum tremore ei adſtant, quis eum audebit ſedendo manducare?* Item in hoc loco: *Adeamus quæſo cæmeteria, miranda ibi & terrifica arcana contemplabimur. Ad hæc oculos converte, ſapiensque videri ſi vis, horum quis Dominus, quis ruſticus extiterit, expone. Ubinam pulchra juventus? ubi ſerviens? ubinam ſapiens? ubi inſipiens? ubinam pulcher viſus? ubi jucunda forma?* Quibus ſimilia plane ſunt iſta

ſer-

ſermonis de morte qui in editione Voſſiana p. 200 legitur (a) *circumſpice illos, qui ante te ſimilibus ſe ſplendoribus efferebant. ubinam illi, qui civilibus dignitatibus ornati erant? ubi invicti rhetores, ubi oratores? ubi duces? ubi poteſtates? Contemplare ſepulchra. vide num poteris diſcernere, quisnam ſervus? quis Dominus? quis pauper? quis locuples fuerit?* &c. His accedunt iſta ſermonis verba: *Nonne quæſo animadvertiſti, quomodo ii, qui in mortalium regum conſpectu verſantur, tremebundi eos circumſiſtant, pedem loco non moventes* &c. Quippe quæ paucis mutatis in ſermone, qui inſcribitur *ad incitamentum & amorem ſpiritualem*, quique apud *Vosſium*, p. 366. (b) reperitur, ita efferuntur: *Contemplemur mente ac conſideremus cariſſimi eos qui coram rege conſtituti ſunt terreno, thronoque mortali ac corruptibili miniſtrant, quomodo omni cum ſcientia* (c) *& timore Rege (legendum regi) ſuo adſiſtant?* Similiter antitheſis illa in ſermone noſtro obvia: *Hoc* (ſeculum) *laboris, illud quietis: hoc certaminis, illud præmii ac mercedis eſt*. in alio etiam Ephremi ſermone *de poenitentia* apud Voſſi-

(a) Ex hoc ipſo patet ſermonem hunc rectius Ephremo Syro quam Baſilio Magno tribui: quamquam poſterius defendit VOSSIUS.

(b) Idem ſermo in principio Tom. II. inter ſententias Ephremi ex collectione S.S. patrum deprehenditur.

(c) In prima hujus ſermonis verſione pro *ſcientia* legitur apud *Vosſium veneratione*; quæ lectio merito præferenda.

Voſſium p. 145. hoc modo proponitur: *hic voluntas, ac fruitio, ibi tormenta & egeſtates: hic riſus, ibi vero luctus & gemitus* &c. ut alia loca ſimilia prætereamus.

V. Nulla vel νοθειας vel interpolationis ſuſpicio in hos ſermones cadit cum illi ipſi, quos transſubſtantiationem in ſacra cœna conſtanter credidiſſe Pontificii contendunt, nimirum Græcæ Eccleſiæ placitis ad dicti, ex antiquis Græcis, codicibus, e græcia ipſa allatis, in Slavonicam eos linguam transtulerint. ut verendum adeo non ſit, ne Lutheranæ aliive transſubſtantionem non admittenti ſectæ dediti aliqua de ſuis addiderint.

(h) Oſtendit in his verbis ſanctus Ephraimus, non ſimplicis, nudi, communisque panis loco habendum eſſe panem Euchariſticum, ſed cum ſanctiſſimo corpore ſanguineque Domini noſtri Jeſu Chriſti, vere ac realiter in ſacra cœna præſenti arctiſſime conjunctum. Præcipuam in eo differentiam ponit, quod non aliorum ciborum inſtar in ventrem demiſſus per alvum poſtea egeratur: ſed per totum hominis corpus ſe diſtribuens, in ipſam quaſi hominis ſubſtantiam reſolvatur: non aliter ac candelam ceream, ita flamma conſumi cernimus, ut ne minima quidem ceræ particula relinquatur. Hunc enim eſſe auctoris ſenſum in his verbis: *totum enim* (ſcil. ſacramentum ſ. panis conſecratus) *in totum corpus ſe-*

ſe

ſe digerit, inque ipſam illus abit ſubſtantiam, clariſſime alter ille Ephremi locus, in ejus de fide hymno occurrens, atque ab *Aſſemanno* cit. loc. p. 97. adductus, indicat: qui ſic habet: *Corpus ejus* (ſcil. in ſacra Euchariſtia de quo hoc loco agit) *nova ratione noſtris corporibus immiſtum eſt* (ſcil. mediante ſacro pane) *ipſius quoque ſanguis puriſſimus in venas noſtras diffuſus, ejus ſimiliter vox aures noſtras conſpectusque oculos noſtros perculit.* TOTUS IPSE NOS TOTOS PERVASIT: *& quia eccleſiam ſuam dilexit nimis, non illi dedit æmulæ ejus* (ſcili. ſynagogæ) *manna, ſed ipſe panis vitæ factus eſt illi, ut ipſum comederet.* Scilicet utriſque in locis admirabilis illa fidelium cum Chriſto ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, interventu facta *κοινωνια* declaratur, qua tam arcte illi conjunguntur, ut in unum corpus quaſi coëant.

(c) Hæc illa demum verba ſunt, quæ Pontificiam tranſſubſtantionem aperte impugnant quæque evidentiſſimum non creditæ ab Ephremo tranſſubſtantiationis præbent teſtimonium. Comparans hic ſcilicet panem ſacræ cœnæ conſecratum cum igni (d) ſeu ardenti quavis materia, ità infert: quemadmodum ignis non una prædita eſt natura, ſed duplici, ligno ſcilicet, ſeu materia igni, con-

(d) Aliis quoque in locis Ephremus Euchariſtiam cum igni comparat: e. g. in *ſermone de natura Dei curioſe non ſcrutanda. Ignis,* inquit, *immortalis ſunt myſteria Chriſti, cave ea temure ſcreteris.*

concipiendo apta, & flamma ipſa conſtans: pariter & ſacer conſecratus panis non ſola panea natura conſtat ſed & divina. Duo alias a Pontificiis ejuſmodi, quæ noſtrates contra transſubſtantiationem e patribus adducunt, teſtimoniis opponi ſolent: ut vel de pane non conſecrato ſermonem eſſe, vel per naturam panis non ipſam ſubſtantiam ejus, ſed accidentales tantummodo proprietates deſignari contendant. Sic clariſſimus *Maffeius* contra illa epiſtolæ Chryſoſtomianæ verba *etiamſi natura panis*
„*in ipſo permanſit* cit. loco hæc affert: Chi e
„e aſſuefatto alla favella de'primi, conoſce
„ſubito, che per natura del pane non al-
„tro và inteſo, ſe non le proprietà natu-
„rali di eſſo, il ſenſo, l'apparenza, la fi-
„gura, la conſiſtenza, la virtu di nodrire,
„tutto ciò che umanamente fa chiamar quel-
„la coſa pane e tutto ció che ne' baſſi tem-
„pi ſi è poi detto accidenti del pane! &c.
„*& poſtea*, niuna, *inquit*, diſcordanza ſi
„potrebbe provare in lui dalla dottrina
„cattolica, poiche per natura del pane ot-
„timamente puó intenderſi il compleſſo
„delle ſue naturali e ſenſibili proprietà, a
„tanto piu facilmente quanto che non ſi
„erano ancora fiſſati in tal materia i ter-
„mini. Che ſecondo tal modo di parla-
„re ſia in fatti ſtato diſtinto anticamente
„tra la ſoſtanza delle coſe e la natura &c.
Neutram vero adducto huic teſtimonio

Digitized by Google

verti poteſt. De conſecrato enim pane Ephremum loqui: primum ex adjecto illi epitheto quo ſacrum eum vocat intelligitur. Deinde tale quoque hic panis prædicatum habet, quale nulli niſi conſecrato convenit. *divina* ſcilicet *natura conſtare*, hoc eſt Chriſti corpus & ſanguinem fidelibus offerre dicitur. quæ certe divina virtus pani propria eſt ſacramentali. Multo minus autem per *paneam* hic *naturam* accidentia tantum panis ſignificari poſſunt: Quo enim ſenſu accipitur *natura divina*: eodem etiam panea. Jam vero per divinam naturã, nemine non fatente (e), intelligitur ſubſubſtantia Chriſti ipſa. Ergo nec per naturam panis quidquam aliud quam ſubſtantia panis ipſa denotari poteſt. Non alium quoque hujus vocis ſenſum ſimilitudinis adhibitæ vis admittit. Cum enim ejusmodi ſimilitudo ignem panemque Euchariſticum dicatur intercedere, ut quemadmodum ille duplici natura, materia & flamma: ita hic duplici etiam natura, panea ac divina conſtet: flamma autem materiaque ad flammam alendam apta, nemine non conſentiente ad ſubſtantiam ignis ipſam pertineant, eumque in eſſe ſuo, ut [philo]ſophi loquuntur, conſtituant: ea profecto

...imum enim hæreſis crimen in ſe admitteret, qui non [ſubſta]ntialem & totum Chriſtum, ſed accidentalem tan[tum] & partialem, ut ita dicam, in ſacra cœna diſpenſari [ſed] e conſecrato pane fidelibus exhiberi tueretur.

fecto etiam conſecrati panis conſtitutiva pars, quæ natura panea ab auctore hic vocatur, de nulla alia quam ſubſtantiali, hoc eſt ſubſtantiam panis conſecrati ipſam ingrediente ac conſtituente explicari poteſt. Similium enim ex recepto illo Philoſophorum canone ſimilis eſt ratio. Accedit vocis ipſius, quæ in Slavonica hic verſione ab interprete adhibita eſt, quæque Græcum ſine dubio vocabulum φυσιν exprimit, diſertum teſtimonium. Legitur enim ibi Slavonica vox *jeſteſtvva*. Jam vero unicuique vel qui prima Slavonicæ linguæ rudimenta poſuit conſtat, nihil aliud vocabulum hoc ſignificare quam *eſſentiam* vel *ſubſtantiam*: ut enim eſſentia ab eſſe, ſubſantia a ſubſiſtere, ita *jeſteſtua* a ſimili verbo ſubſtantivo derivatur. ut impudens plane eſſet ac temerarius, qui aliam ei vim ſignificationemque tribueret.

(d) His verbis auctor verum eſſe probat quod paulo ante affirmaverat: non ſolo pane ſed & divina natura conſecratum panem eſſe præditum, ſic concludens: ſi in ſacramento altaris in & ſub ſpecie panis Chriſtus ipſe vere exhibetur, Chriſtus autem non humana tantum ſed & divina natura gaudet: præter paneam naturam divinam quoque pani Euchariſtico ineſſe ſequitur.

(e) Quoniam in græca præſertim eccleſia mos obtinuit vino in Euchariſtia adhibito frigidam affundere: ſuſpicari aliquis hinc poſ-

 ſet,

Digitized by Google

ſet, ab homine potius græco, quam ab Ephremo Syro ſermonem hunc eſſe conſignatum. Sed & in Syriaca eccleſia hanc conſuetudinem receptam ſcimus. Inter alios ſcriptores Syros hoc teſtatur *Severus* Alexandrinus quondam Patriarcha in libro *de ritibus baptiſmi & ſacræ ſynaxis* apud Syros Chriſtianos receptis, quam *Guido Fabricius Boderianus* Antvverpiæ 1572 in 8vo edidit, in quo hæc verba p. 109 occurrunt: *& quando miſcet calicem* (ſacerdos) *dicit*: *Dominus noſter Jeſus Chriſtus crucifixus eſt inter latrones Jeroſolymis & lancea confoſſus eſt in latere ſuo & ex eo defluxerunt ſanguis & aqua:* ubi per verba iſta *& quando miſcet calicem*, nihil aliud quam κραμα illud, ſeu vinum aqua mixtum denotatur. Eodem uſum eſſe dilectiſſimum noſtrum, cum ſacramentum cœnæ ſacræ inſtitueret, ſalvatorem, etiam ex noſtratibus Theologis nonnulli probabile eſſe opinantur. In his *Joh. Conr. Danhavverus* in μυϛηριοσοφια p. 454. „Crama „*inquit*, quod attinet, hoc eſt vinum, aqua „(vel etiam nive, more veteri, de quo „Dempſterus ad Roſin.) mixtum, ut repu„diandum illud non eſt, dummodo ſub„ſtantia vini non ſit mutata, quia proba„bile eſt hac temperatura uſum ſalvatorem „ex more gentis Hebreæ Prov. IX. v. 25. …oc. XVIII, 6. conf. lib. Miſchnaioth de …ediction 7. probabile inquam non cer…a, fatentibus Thoma, part. 3. quæſt. 74 art.

„art. 6. & Lyrano ad 1 Cor. 2. poſteaque „hæc addit. alias in antiquitate crama no- „tum eſt, Juſtinus apocalypſ. 2. fecit men- „tionem ὕδατος καὶ κράματος. Irenæus „lib. 5. c. 2. mixtum calicem dixit. Deni- pue ideo etiam repudiandum non eſſe κρᾶ- μα putat; quod οἰνοκαπήλων malitia id fie- rie hodie quoque poſſit. Cæterum jam Ephremiano ſeculo hunc morem viguiſſe *Heineccii* illa in libro de *Eccleſia Græca* P. II. p. 221. teſtantur. *Im vierten Seculo fing man an das Waſſer vor ein nothvvendiges Stück des Sacramnnts auszuruffen, man vvolte es aus der heiligen Schrifft und zvvar aus dem Evangelio Johannis bevveiſen. Cap. XIX.* 34. Originem hujus conſuetudinis idem auctor ſic deſcribit. ad aliam, inquit, quæſtionem nunc venimus, utrum primi Chriſtiani vinum aqua miſcuerint? & omnino hoc factum fatendum eſt. Nam non ſolum ex Juſtino martyre conſtat, Eccleſiæ præfectum panem, vinum & aquam in coenam ſacram conſecraſſe, ſed idem etiam Irenæus aliique ſcriptores teſtantur &c. Non illa autem perſuaſione adducti hoc faciebant, quaſi ad ſacramenti ſubſtantiam aqua pertineret, multo minus ex ſuperſtitione, quaſi ſingulare myſterium ſubeſſet ſed ſola neceſſitate compulſi! quoniam tam forte erat orientale vinum, ut ab hominibus ſobrietatis paululum ſtudioſis non ſine admixta aqua bibi poſſet.

 (f) Fa-

(f) Fateor in hoc & ſequenti ſermone de vera ac reali Chriſti in ſacra cœna præſentia paſſim ita loqui, ut at Pontificia tranſſubſtantiatione parum abfuiſſe videatur. At huic dubio tollendo ſufficere illa poſſunt, quæ clariſſimus *Heineccius* docte non minus quam vere P. II. p. 224. ſcribit. Die patres, inquit, *reden öffters alſo daſs man gevviſs meynen ſolte, ſie hätten eine transſubſtantation geglaubet. Hingegen führen ſie an andern Orten ſolche Redens-Arten, vvelche den Evangeliſchen beyſtimmen*: & poſtea. *Man ſtritt nicht einmal über dergleichen Frage, ſondern man blieb bloſs bey dem einfältigen Glauben, daſs in ſ. cœna der vvahre Leib und Blut Chriſti vvahrhafftig zugegen ſey. Weil man ſich nun bey ſolcher Beſchaffenheit der Sachen nicht beſorgen dürfte, daſs man einer oder der andern Parthey zu gefallen oder zu vvider redete, ſo bedienten ſich die Väter in ihren expreſſionen einiger Freyheit, und redeten alſo vvie es mit ihrem Begriff, oder dem Zuſtand ihrer Gemeinde am beſten übereinzukommen ſchiene. Zum Exempel, vvenn ſie merckten daſs ihre Zuhörers dieſes ſacrament für ſchlecht Brodt und Wein halten möchten, ſo lehrten ſie das Gegentheil, zuvveilen mit ſolchen Worten, die faſt zu hart ſchienen*. Idem de Ephremo noſtro dicas, qui etſi interdum κρυπτο παπιζειν paniſque tranſmutationem credere videatur, plane tamen ab illa ſententia alienus fuit. & quid apertius quæſo hoc evincit, quam ex eo ipſu ... a adductum teſtimonium, tam grave

certe,

certe, ut, nihil habeant adverſarii, quod obloquantur. Accedit alter ille locus quem ex hymno ejus de *ſempiterna verbi generatione de ejusdem incarnatione* & reali in Euchariſtia præſentia Clariſſ. Aſſemannus in biblioth. oriental. p. 101. adducit: *In pane tuo latet ſpiritus qui non comeditur, in vino tuo ardet ignis, qui non bibitur. Spiritus in pane tuo, & ignis in vino tuo.* quibus verbis quid aliud ſignificat Ephremus, quam in *ſub & cum* pane & vino, ipſum Chriſti corpus & ſanguinem exhiberi?

(g) quidnam ſit *canonem Pſalmorum recitare vel canere* clariſſimus *Heineccius* cit. loco Part. III. p. 27. ita explicat. *Jetzo iſt dieſes noch zu mercken, daß ſolche Geſänge in eigene Geſang-Bücher zuſammengetragen vvorden, vvelche man ſovvol bey den Früh-Metten, als bey der Meſſe brauchet. Dieſe vvaren unterſchiedlicher Gattung: etliche vvurden genannt* ἀναςάςιμα, *die zum Gedächtniß der Auffërſtehung Chriſti geſungen vvorden, andere* ςαυραναςάσιμα, *andere* ἀνατωλικα &c. *Wannn nun unterſchiedliche ſolcher Geſänge zuſammen gehäuget, und in einer ſuite abgeſungen vverden, ſo vvird ſolches* κανων *genennet.* conf. *Joh. Caſpar. Suiceri theſaurum Eccleſiaſt.* Amſtelod. 1728. duob. tom. in fol. recuſum in voce κανων. κανων, inquit, *eſt Pſalmus & canticum certis diebus ordinarie & certis diebus cani ſolitum.* Aliam tamen dat hujus vocis derivatione *Zonaras* ad canon. Anaſtaſ. Damaſcen. κανων, inquit, λεγεται ὅτι ὡρισμενον καὶ τετυπωμενον ἔχει το ἐμμετρον ἐννεα ᾠδαις συντελουμενον. h. e. *canon appellatur quoniam certum & formatum habet metrum quod novem melodiis abſolvitur* &c.

INDEX

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM IN HOC LIBRO CONTENTARUM.

A.

De abbreviaturis Ruthenorum. p. 45.
De alphabeto duplici Slavon. 76.
De alphabeto Hieronymiano falſo ſic dicto. 77. 107.
Jacobi Andreæ oratio de primo Trubero. 161.
Apocalypſis Johannea in quibusdam editionibus N. T. Slavonici poſt calendarium poſita 180.
Joſeph. Simon. Aſſemannus laudatus 225.
- - - ejus merita in Ephrem. Syr. 225. 226. ſeq
Auberti conſilium de nova editione Græcorum Ephr. operum adornanda interruptum. 266.

B.

Baronii annales in linguam Slavon. verſi p. 3.
Barbaries ſeculi quo Methodius & Cyrillus vixerunt non impediunt, quominus verſionem ſuam bibliorum Slavonicam confecerint. 130.
Matth. Belius præcipuis hujus ſeculi hiſtoricis annumeratus 63.
ejus prodromus Hungar. antiq. & novæ laudatus. 63. 64 ſeq.

ejus-

Digitized by Google

ejuſdem de veteri literatura Hunno Scyth. tractat. ibid.
Bellarmini ſententia de Hieron. verſione. 106.
De Eduardi Bernhardi libris. 9. 203.
Nicol Bergius laudatus. 4. 7.
De bibliis Slavonicæ dialecti Wittebergenſibus. 152.
De Bibliis polyglottis Eliæ Hutteri. 162. quænam verſio bibliorum Slavonica iisdem inſerta? 163. 214.
De bibliis piæ memoriæ Imperatoris Petri I. auſpicio in Hollandia impreſſis. 167. horum pauca exempla Hollandice & Slavonice prodiiſſe. 169, 170.
De bibliis Wendicis aliisque Slavonicæ dialecti. 176.
De bibliis Radzevilii Ducis auſpicio impreſſis cum Oſtrogienſibus non confundendis. 200.
Biblia Slavon in genere. 8. 9.
De Adamo Bohorizio ejusque libro ad Slavonicam literaturam pertinente. 158. ſeq.

C.

Demetrii Cantemirii liber de religione Muhamedana 20. & in præfat.
Joh. Gottl. Carpzovius laudat. 162.
Chamberlaynii oratio Domin. variis linguis ſcripta. 78. 69.
Character Alphabeti Slavon. Cyrillicus falſo Hieronymianus dictus. 27.
De charactere Glagolitico non adeo expedita eſſe omnia. 79.
De charactere Serviano. 95.

Chemnitii ſententia de auctore verſionis bibliorum Slavon. 106.
De Codice quatuor Evangeliorum mſt. Moſcuenſi. 43.
De codice bibliorum Slavon. Moſcuenſi. 26. ſeq
De codice bibl. Slavon. Oſtrovienſi 21. 187 ſq.
Concilium ſuper controverſia de linguæ Slavon. in ſacris uſu Romæ habit. 112.
Concordantiæ Slavonicæ in Pſalmos. 182.
De Conſtantino Oſtrovienſi Duce ejusque elogia. 12. ejus in Evangelia ſacra ſtudium. ibid. Oſtrovienſis editor. 14. 15. 40. it. in addendis.
De Conſtantino Philoſopho Cyrillo alias dicto. 113.
Controverſia de Slavon. linguæ in ſacris uſu. 107. ſeq.
De Converſione Moravorum ad Chriſtiana ſacra. 211.
Cyrillum nonnulli ſolum verſion. bibl. Slavon. auctorem faciunt. 57.
De Cyrilli patria reliquisque circumſtant. 132. eum Wolodimiri tempore non vixiſſe. 139.

D.

Dalmatæ acerrime ſententiam de Hieronymo bibl. Slavon. auctore defendunt. 105.
De Dalmatino bibliorum Slavon. Wittebergenſ. interprete. 153.
Dieckmannus de voce Kirch. 47.
Diſſidium græcæ latinæque Eccleſiæ jam Methodii ætate 101.
Diſſertatio de Tomis Ovidii exilio (cujus nonnulli

nulli Perilluſtrem Baronem de Huiſſen, ingens illud muſarum decus, communemque literatorum mœcenatem auctorem eſſe volunt) laudatur. 84.
Diviſio N. T. apud Ruthenos. 53.
Abbatis Dorothei ſcripta Græca in Slavonicam linguam translata. 338.

E.

Editiones variæ N. T. Slavonici. 172.
Ephremi duo ſermones de ſacra cœna inediti. 372.
An Ephremus linguam Græcam calluerit 221.
Ephremi pleraque Syriaca periiſſe. 224.
Quinam in Ephremi ſcriptis Syriacis conquirendis ſtudium imprimis poſuerint. 224.
Græcorum Ephremi operum nova editio quomodo inſtruenda. 266 267.
In Ephr. operibus quænam pro adulterinis habenda. 284.
De ſermonibus nonnullis Ephr. Syri ſuppoſititiis. 286, 287.
De Ephremo ejusque ſcriptis. 219 ſeq. quo cultu eum Rutheni proſequantur. ibid. & ſeq.
Epiſtola de ſtatu præſenti rei literariæ in Ruſſia laudata. 22.
De epiſtola Chryſoſtomi ad Cæſarium. 369.
Error eorum qui Hieronymum Slavonicæ bibliorum Verſionis auctorem putant 104. qui Slavonica biblia Moscovitica etiam dialecto conſignata exiſtimant. 164.
Error eorum qui Vetus Teſtamentum a Ruthenis

thenis contemtim haberi contumeliisque proſcindi putant.

F.

Joh. Albert. Fabricii Polyhiſtoris Hamburgenſis Teſtimonio confirmatur verſionis bibliorum Slavon. auctorem eſſe Methodium. 61.

Fons erroris de verſione ab Hieronymo compoſita detectus. 106 ſeq.

Friſchii diſſertat. de Slavon. ling. laudat. 76 ſeq.

Abrahamus Frentzelius Hieronymum verſionis auctorem facit. 57.
id. notatus. 155.
De ejus libro, qui origines linguæ Sorabicæ inſcribitur, judicium. 59.

G.

Erneſtus Glückius laudatus. p. 23. 165. an novam verſionem bibliorum Moſcovit. ediderit. 165. 175.

De Græca operum Ephremi Syri verſione. 233.

De Græcorum operum Ephremi Syri editione Oxonienſi. 235.

Græca varia inedita Ephr. Syri in bibliothecis reperiri. 240.

H.

Steph. Hahnii liber de verſione Lutheri laudatus. 201.

Heinſii epiſtolæ duæ ineditæ. 32.

Hieronymum quinam Slavon. bibliorum verſionis auctorem faciant? 58. ejus locus in epiſtola ad Sophronium explicatus. 68. 128. nusquam verſionis Slavon. a ſe compoſitæ ipſe

ipſe meminit. 70. 76. Dalmatas concives non habuit. 71. Ejus patria. 72. 92 ſeq. ejus temporibus Slavos nondum Illyricum intraſſe. 73. Slavonici ſermonis fuiſſe ignarum. 74. Alphabetum Slavonicum nunquam fecit. 76. num Slavis Evangelium prædicaverit. ? 80. nullam etiam Dalmaticam verſionem bibliorum concinnaſſe. 97. ab eo confectam eſſe verſionem, quare Pontificii finxerint? 121 ſeq. an linguam Syriacam calluerit. 209.

Roberti Huntingthoni ſtudium in conquirendis Syriacis Ephremi mst. 231.

I.

De interpretibus bibliorum Slavon. 15. 37.

Jeremias Patriarcha Conſtantinopoli an. 195. ad eum Conſtantinus Dux legatos, accuratos bibliorum codices manuſcriptos petitum mittit. ibid.

De imaginibus Veronicis 160.

Johann. Octavus Pont. domeſticæ linguæ uſum Slavis permittit 112. ejus epiſtola ſuper hac re ſcripta ibid. invitum Slavonicæ linguæ in ſacris uſum conceſſiſſe. 118. metuit ne Conſtantinopolitani ſedi Slavi ſe ſubjiciant ibid.

K.

Joh. Erhard. Kappius Profeſſ. Lipſienſis laudatus. 369.

Henricus Klauſingius Theologus Lipſienſis laudatus. 365.

De Elia Kopievvitz p. 166. ejus typographia Amſtelodam. pro libris Rusſicis erecta. 166.

Chriſt Kortholti liber de lectione SS. in linguis vulgo cognitis. 5. 155. 208.

L.

Frid. Adolph. Lampii hiſtor. Eccleſ. Hungar. laudatur. 74. 127.

Leibnitzii teſtimonium de primo Slavorum in Illyricum ingreſſu. 73.

Lelongius laudatus. 5. notatus 190.

De Libris Slavonicis eccleſiaſticis. 193.
Libri a Cyrillo in Slavon. linguam converſi. 131. 132.
Linguæ domeſticæ in ſacris celebrandis uſus neceſſarius & legitimus. 107. 111.
De literis Slavonicis primum inventis. 113.

M.

Scipio Maffeius notatur. 370 ſeq.
Manuſcriptum Slavonicum de ſecta Ruskolskiana. 19. de vita & geſtis Ducis Michaelowitzii. 39. de Stepenna kniga dictum. 124 & 139.
Methodius quo tempore vixerit 193. de ejus verſione biblica certiora. 57. 191.
qui nam auctorem illum eſſe verſionis bibl. Slavonicæ probaverint. 60. 61. Methodius ac Cyrill. inſcio Pontifice Slavon. ling. in ſacris uſum introducunt 109. primi fuerunt qui domeſticæ linguæ uſum, latina rejecta, introduxerunt. ibid. non dici poſſe abrogaſſe latinæ linguæ uſum 116. a quo miſſi in Moraviam? 116. eorum audax facinus quomodo palliare ſtudeant Pontificii? 118. multos ſacros libros in Slavon. linguam verterunt. 125.
Methodii ac Cyrilli doctrina laudatur 130. eorum genus, patria, educatio &c. 132. ad Gazaros convertendos mittuntur 135 ſeq. quo tempore & ubinam linguam Slavon. didicerint? 136. utrorumque memoriam a Ruſſis coli probabile eſſe. 138.
Michaelowitzii Ducis auſpicio typographiam reſtauratam bibliaque alioſque ſacros libros impreſſos 19 20. primus biblia Slavonica in Ruſſia imprimi curavit. 40.
Miraculum in concilio Romæ habito quod accidit. 112.

N.

Novum Teſtament. Rutheni ſummo cultu proſequuntur. 184.

O.

Objectiones contra ſententiam de Methodio Verſionis Slavonicæ auctore diſſolvuntur. 129.
Olearius citat. 5. notatus. 182 ſeq.
Origo conſuetudinis ſacra domeſtica lingua in Ruſſia celebrandi. 15.
Origo vocis Germanicæ Karck 47.
Orthographia vocis Slavi. 13. 183.
Orthographia vocis Oſtrog. 205.
Orthographia vocis Methodius. 128.

P.

Paiſius Metropolita Gazenſis ob eruditionem laudatus. 31. Romæ partem ætatis peregit. ibid.
PatresGræci in Slavonicam linguam converſi. 3. 19.
Patrum loca quomodo explicanda quibus totum mundum Chriſtianum factum prædicant. 87.
Pontifex ſibi ipſi contradicit. 114.
Poſtellus notatus. 104.
Præfatio codicis Moſcuenſis recenſetur. 38.
De libro Pſalmorum Slavonice exarato recentisſimo. 181.
Pufendorfii liber de officio hominis & civis Slavonice translatus. 4.

R.

Richardus Simonius quid de verſione codicis ſacri in Slavon. ling. translati tradiderit. 4.
Ruthenorum libri 3.
Ruthenorum diligentia in libris deſcribendis. 16.
Ruthenæ dialecti libri hoc ſeculo etiam imprimi cœperunt. 20.
Rutheni Slavonica biblia legentes non omnia intelligunt. 23.
Num Ruthenorum Epiſcopus concilio Niceno interfuerit. 87.
Ruthenorum conſuetudo caput primum Johannis in homagio Imperatori præſtando oſculandi. 216.

S.

Sauberti liber variarum Lectionum Matthæi 172.
De Sauromaticæ gentis nomine eamque cum Getica eandem eſſe. 65. locus Saxonis explicatus. 69.
Slavonicæ literaturæ præcipua capita 3.
Slavonicæ gentis linguæque amplitudo 8. 9.
Slavonica lingua an inter mortuas referenda. 10.
Slavonicæ linguæ cum latina convenientia. 39.
Secta Schismatica in Ruſſia. 42 ſeq.
De gente Scythica 63 ſeries librorum Veteris & Novi Teſtamenti in bibl. Slavon. 46.
Sparſwenfeldtius laudatus. 7.
Stredowskius notatus. 78.
De Stridone Hieronymi patria. 74.

T.

Tentzelius notatus. 277.
Teſtamenti Ephremi Syri falſitas demonſtrata. 380.

Te-

Teſtamenta pleraque antiqua eſſe, falſa. 351.
Teſtimonia contra Tranſſubſtantiationem in patrum ſcriptis non multa occurrunt. 368. quæ nam hujus rei cauſa. 368.
Theodoreti locus quo Scythiæ frigora calore Evangelii ſervere dicuntur, examinatur 81.
Theodoreti locus de variis antiquis verſionibus explicatus, 62 &c.
Tomitanos eosdem eſſe ac Getas 82. 208.
De Typographicæ artis origine & progreſſu in Ruſſia. 17.

V.

De Venedis Slavis etiam dictis 127.
Verſiones Slavonicæ in genere. 3. 4.
De verſione bibliorum Armenica. 61. 206.
De Verſione bibliorum Sarmatica ſ. Getica. 85. Dalmatica Vitæbergenſis. 99.
Verſio bibl. Slavon hodierna a vulgata plane recedit. 101. ex ſeptuaginta virali verſione translata 101.
De Verſione Ephremi Syri latina. 267. Ambroſii Camaldulenſis. 268. Zini. 272. Voſſii 267.

Corrigenda reſtant.

Pag 12. lin. 1. *cura.* p. 58. lin. 14. poſt itemque inſeratur, *inquiens*, p. 71. lin 25. *demonſtratur.* p. 73. lin. 28. inſeratur § 4. quæ hic incipit. p. 100. lin. 12. deleatur *verſione*, p. 111. lin. 14. *nomina.* p. 139. lin 16 *Mutius Panſa.* p. 154. lin. penult. deleantur *novumque Turcicum* &c. p. 167. lin. 7. *Trivoltino.* p. 176. lin 12. *Croatica dialecti* p. 220. lin. 28. *videbor* p. 268. lin. 28. lin. tota nota (c) deleatur: re enim penitius indagata a me potius quam clariſſimo *Oudino* errorem commiſſum eſſe animadverti. vidi enim in bibliotheca hac Hamburgenſi ὁδοιπορικὸν Ambroſii a Niclao Bartholini Florent; in 4. editum, ut & antiquam Dionyſ. Areopagitæ verſionem ab eo concinnatam, in quibus abbas totiusque Camaldulenſis coenobii præſul appellatur. p. 295. lin. 22. (in not.) lege *verſionibus partim, partim ſecum ipſa conſpicet.* p. 299. lin 11. *qua Johanne Schwaigero* p. 352. lin. 17. *credulitatis cauſſa eſſe dicam.*

FINIS.

Digitized by Google

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
Digitized by Google

BS 292 .K6
Johannis Petri Kohlii, Introdu
Stanford University Libraries
3 6105 041 243 655

BS
292
.K6

Digitized by Google

Digitized by Google